DN. VENDELINI SCHELLING, ... ACTIONUM ET EXCEPTIONUM FORENSIUM, ...

Wendelin Schelling, Philipp Rhyner




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 A
36




DN. VENDELINI SCHELLING, IVRECONSVLTI CLARISSIMI, ACTIONVM ET EXCEPTIONVM FORENSIVM, VTROque Iure, tam Ciuili quàm Pontificio proditarum, Explanatio diligens & Illustris.

Cum Indice Rerum ac Verborum notatu dignorum, copioso.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote. M. D. LXXXII.



AD LECTOREM CANDIDVM PHILIPPVS RHYNERVS, VTRIVSQVE IVRIS DOCTOR, ET Legum in Gymnaſio Heydelbergenſi Profeſſor.



AEPENVMERO admiratus ſum, candide lector, excellentia illa & ſubacta priſcorum hominũ ingenia, quibus ſubtiliſſima de rebus contentionis diſſerẽdi iudicandiq; acrimonia contigerat, eam incurriſſe perſuaſionem, vt plæriq; ipſorum exiſtimarent, ſtatuas & imagines electro auroq; inhærentes, poſitasq; publicis in locis & itineribus columnarum pyramides, veluti rerum præclarè & fortiter geſtarũ indices, multò plus ad conſequendã nominis immortalitatem, famæq; amplificandæ autoritatem cõferre, quàm monumenta doctrinæ & eruditionis, omnemq; tum contemplationem, tum virtutũ actionem literis & memoriæ mãdatam, quæ multis pòſt ſæculis in omniũ hominum ore & admiratione illæſa cõſiſteret. Ego verò ita non dubito, vt ea planè apud me ſententia ſit conſtituta, beatã & glorioſam eos traduxiſſe ætatem, qui in locupletanda variarum ſciẽtiarum cognitione omnem poſuerunt operã, & eò contenderunt, vt quotidiè nouis doctrinæ acceſſionibus exorſas ſtudiorum telas operasq; perfectiores conſtituerent, vitæq; breuitatem poſteri-

tatis memoria consolarentur, quibus hoc efficitur, vt absentes præsto sint, mortui viuant. Neq; enim video quid ad parandam dignitatem & augendam existimationem, insignis illa statua, ab Asinio Pollione in bibliotheca Romana, quę prima ex hostium manubijs confecta est, erecta, honoris aut gloriæ adiecerit M. Varroni, viro solidæ & absolutæ doctrinæ, quæ & dudũ vniuersa & penitùs sublata cogitationis etiã obliuione distracta est, atqui rerum scriptarum seriem, & lucubrationes posteris temporibus relictas, nulla temporum iniuria obruet, nulli motus profligabunt, nulla vetustas in ijs prædicandis obmutescet, ac etiamsi pauca aut nulla eorũ monumentorũ vestigia extent, huius tamẽ hominis fama & eruditio nunq̃ ex doctorum animis euelletur, sicut neq; Iustinianum Imperatorem tantum illustrarũt ædificia varijs in plagis extructa, quæ magnificè à Procopio Rhetore & Historico Cæsariense extolluntur, quantũ Iuris studium ab ipso si non fœliciter, non inutiliter tamẽ restitutum, Legesq́; ex innumeris responsorũ sanctionumq́; classibus, ad certam cognitionem temporumq́; conditiones redactę. Eam ob rem vel eruditi hominis doctrinam minuere, vel inuidiæ faces subijcere videremur, si præsentes hasce lucubrationes Doctoris Vendelini Schellingij diutiùs in cœno sopitas occultari pateremur, easq́ue veluti ex puluere & vmbra non in lucem euocaremus. Nam cùm ille Decretalium professionem in celeberrimo Heydelbergẽsi Gymnasio multis iam annis fœlicissimè exercuisset, & quod Valẽtinia-

nus Imperator in Constantinopolitanis professoribus requirit, bonis moribus, facundia dicendi, iuris peritia, & copia differendi egregiè præstitisse, & superasse videretur, tãdem vitam cum morte commutando, humanam naturam imbecillitati & ægritudinibus obnoxiam non abdicauit, relinquens nobis magna etiam scriptorum volumina, quibus se immortalitati proculdubio totum consecrasset, si ab ipso authore nec arrogãtiæ nec gloriæ studioso, omnia illa quę ab executoribus vltimæ volũtatis inuenta sunt, ad editioné præparata & elaborata fuissent. Neq; dubito si ipsa ἀυτόγραφα rectè cognosci, legi aut discerni possent, multò plura futura, quæ in lucem publicata instructiores iuris candidatos efficerent, & ad consilia scribenda acrius subtiliusq́; iudicium suppeditarét, vt eo etiã nomen Heydelbergę nostræ meritò gratulari debeamus, tantorũ eam esse altricem hominũ, quę vt peruetusta est schola, ita præclarissimos omnium facultatũ Doctores, tanquã ex equo Troiano, & Isocratis ludo prodeuntes, gremio fouit, & studiorũ patrocinio tueri est solita, imò etiã hac tempestate non ita calumniantium aculeis exposita, aut eum in modũ contemnéda, vt aliquid in ea quod ad facultaté linguarumq́; professioné pertinet, desiderare queas. Atqui id quidem liberè pronunciare audeo, non paucos, qui in summorum Principum admiratione, politicarũ rerum gubernatione, tum verò causarum cognoscendarum vsu & exercitio constituti sunt, etiam hac tempestate, vt prioré ætatem silentio prætercam, ex hoc doctrinæ virtu-

tumq́; emporio, ad eam emersisse fortunã & autoritatem, vt grauissimarum administrationum consilijs, memoriá posteritatis facillimè & promereri & cõsequi potuerint. Omitto eos, & sanè plurimos, qui politiorum & humanarũ artium cognitioni, ad cuius perfectioné proximè accedunt, non modicam portionem primæ & difficillimæ institutionis sibi ex hac schola contigisse ingenuè profitentur & gloriantur. Ac si nulla alia memorandæ eruditionis exempla Gymnasium nostrũ reliquisset, tamen is vnus Schellingius est, qui insigni virtutum splendore totam & vniuersam hanc studiorum mercaturam preciosis Iuridicæ philosophiæ mercibus propositis, illustrare & exornare satis potuit, cuius ea fuit in docendo fidelitas, in consulendo subtilitas, grauitas in decidendo, vt eo adminiculo industriæ & diligentię externorum etiam hominum laudem & famã sibi cõciliaret. Huius rei locupletissimi erunt testes, qui viuam eius vocem audiendo cognouerunt, & artificiosam in legendo industriam propiùs sunt complexi, eam quidem talem, vt nõ nisi exactum aliquid studioq́; singulari excogitatum adferret, & audientiũ animos gratia docendi (quæ mirifica est attrahendorum & instruendorum ingeniorum fascinatio) ita in eius admiratione retineret, vt quàmplurimos alliceret, qui famæ suę celebritate excitati, aut discẽdi, aut transcribendorum dictatorum causa ad nos cateruatim conuolarent. Et cùm multi Italicum morem secuti, dictandi vsum, vt superuacuũ, quo solo hora conteratur, prorsus reijciant, ego quidé facilè

cilè consensero, si modus adhibeatur, ne vel ab alijs cógesta omninò mutuari studeamus, aut quæ verbis quidē alijs scripta sunt, nouo connexionis tectorio & colore ad nostrũ laborem transferamus. Quærendũ semper est aliquid & indagandi solertia inueniendũ, eo modo et ratione antea nó traditum, quod dictando vtiliter communicari posit, Et solet quidē viuæ vocis ἐνάργεια intelligentium animos vehementer delectare, memoriam verò labilem consolatur reiteratum annotatæ & scriptæ diligentiæ studium, ideoq; improbandũ non est, vt quę in Legibus enarrandis hactenus silentio occultata & nouiter inuēta sunt, stylo scribentium committantur, neq; nobis solum reseruentur: quę verò multi prius accuratè cogitarũt, dictando (cùm aliàs introspicienda extent) prætereantur, eo tamen consilio vt in lectione penitus nó omitti, sed ad ea auditores remitti debeãt, atque in his omnibus requiritur docentis iudicium, & diligens ætatis & conditionis in discentib9 obseruatio. Vnde illos cõmentarios, studiose lector, de Actionibus & Exceptionibus tibi exhibemus, vt ex ijs viuentis eruditionem, probè cognoscas, mortui verò memoriã animo tuo excidere nũquàm patiaris. Nam cùm post ipsius obitũ plæraq; opera aut imperfecta, aut mutila, vel nondũ recognita & faciliori lectioni exposita, relicta essent, factũ est vt quæ auditorũ diligentia, eo dictante excepisset, vndique conferretur, ne vnà cum corpore gloriam ipsius prorsus extinctã cupere videremur. Ac dum ita de hominis fama amplificanda sollicitaremur, parens meus,

piæ memoriȩ, Thomas Rhynerus, Historiȩ, Oratoriæ, Poëticesq́; in Heydelbergensi Academia professor, (cuius tales fuerunt viuendi rationes, eruditio & pietas, vt alios iudicare malim, ne φιλοστοργία animi affectũ auertere videatur) vtranq; hanc Agendi & Excipiendi materiã ex ipsius autoris ore publicè pronunciatam, & limatiori literarum charactere cóscriptam cómunicauit, vt Typographo, qui eius volumina Testamẽtariorum voluntate certo erat mercatus pretio, cũ ex αὐτογράφῳ se expedire non posset, ad excudendum forent aptiores. Neq; dubitare debes, & politiori orationis elegantia, reiq́; ipsius maiestate Tractatum hunc emẽdatiorem in multorũ conspectum prodijsse, si ex ipsius autoris manu prȩlo submitti potuisset, Valdè verò periculosum est etiam quæ περιεργῶς à prudentibus dicta aut scripta sunt, temerè immutando variare, cuius rei gratia ne præclarum hoc opus perpetuò sepultum delitesceret, patris mei exemplar faciliori impressioni peruium, in manus sumere oportebat.

Actionum autem & Exceptionum materiam ab ijs qui multis retrò annis vixerunt, & recẽtioribus Iureconsultis egregiè & exactè discussam, commendare superuacaneũ est. Quis enim ignorat in foro contentioso persequendi effugiendíque rationem ita esse vulgatam, vt ex ea omniũ controuersiarum altercationes, velut ex riuo & fonte in planum deducantur, litigandiq́, modus & formula tanquàm ex prȩscripto commonstretur. Et sic quidem natura comparatum est, vt quod nostrum est, & iure nobis debetur, pertinaciter

citer tueri & postulare non vereamur, eademque
seueritate ostendendæ innocẽtiæ euitandæq; cõ-
tentionis viam & occasionem inquiramus. Nam
quemadmodum Vlpianus Pomponij verba refe-
rens, generali Actionis appellatione omne reme-
dium contineri asserit, ita Exceptionis vocabulo
omne id complectimur, quod ad declinandum
perimendumq́; actum iudicialem etiam parum
habet momẽti. Hinc est quòd Iurisconsulti Acti-
onem & Exceptionem ita semper coniungant, vt
ea commixtione vtriusq; necessitatem & mutuã
relationem mirificè ob oculos ponant. Cæterùm
semper ponderanda est actionis natura, neq; so-
lum vulgaris instituendę postulationis formula,
vel narratio rei aut causæ ad debitam conclusio-
nem applicata, considerari debet, imò in hoc ela-
borandum, vt ipsa proprietas, effectus & solen-
nitas Actionis in Legibus comprehensa, non ig-
noretur, quando vt exceptione agentem sub-
moueas, omnia quoque ad elabendum præcepta
probè excutienda sunt. Reliquum igitur est, can-
dide Lector, vt eas Lucubrationes ab ipso autore,
ex hoc oppido, vbi professus est, oriundo, nec di-
gestas, nec emẽdatius castigatas, fauore aliquo su-
scipias, & contemnendi suspicionem planè amo-
ueas, nam vt Græco prouerbio dicitur, μωμήσεταί-
τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Quòd si acutus Lector aliquid
in ijs (neq; enim omnibus omnia sapiunt) requi-
rit, is neq; temporis, neq; præsentis huius editio-
nis videtur habere rationem, Tuarum erit parti-
um, operam nostram in prouehendis bonis lite-
ris benignè consulere. Bene vale, Heydelbergę, 6.
Idus Aug.

 INDEX

INDEX EORVM, QVAE HOC OPERE TRACTANTVR.

A.

Actio

Actio

Actio

B.

C.

Canoni-

Corru-

D.

Dolus

Exce-

F.

Iudicis

L.

Liberum

Primum

Recon-

T.

V.

Vniuer-

FINIS.

DN. VENDELINI SCHELLING IVRECONSVLTI CLARISSIMI, ACTIONVM FORENSIVM

vtroque Iure, tam Ciuili, quàm Pontificio, proditarum, Explanatio diligens & illustris.



Vanquam tam iure Ciuili, quàm Canonico, hodiè non sit necessarium subtiles Actionum formulas exprimere in Iudicio, tamen necessarium causam & modum agendi, & factum ita describere, vt Iudex secundùm hanc descriptionem sententiam formare possit. ff. communi diuidundo. l. vt fundus. C. de fideicommissaria libertate. l. vltima. c. licet heri. de simonia, & c. examinata. & c. dilecti. ext. de iudicijs.

Duplices sunt causę Actionum Realium. Proximæ, scilicet dominia, vel quasi. Remotæ, sunt tituli, quibus dominia rerum acquiruntur. In Actionibus etiam sunt duplices, scilicet causæ proximæ, quæ sunt obligationes. Remotæ sunt contractus. In Actionibus realibus oportet causam propinquam exprimi: Dominium, vel quasi. In Actionibus personalibus oportet causam remotam exprimere. c. abbate sanè, de re iudic. lib. 6. l. siue possidetis. C. de probationibus.

Actio est Ius persequendi &c. vt in Instit. Definitio est salua, pertinens ad omnes Actiones personales & reales. Largè sumenda sunt verba huius definitionis. Similis habetur definitio. ff.

eod. tit. Actio est Ius persequendi, id est, persecutio. Nam Actionis verbo etiam persecutio venit.

In Iudicio.) Quia nemini licet propria autoritate persequi rem, paucis exceptis: vt, Marito vxorem persequendi. Debetur, credere, & debere, sunt correlatiua.

De quo iure sunt Actiones, Naturaline an gentium, aut Ciuili? Sunt de iure Ciuili, non Gentium aut naturali, Quia illa sunt infirmiora, quàm quæ possint Actionem parere, sed tantùm Exceptionem producunt. Bart. l.1. de conditione indebiti, dicit, quòd sicut mulier non potest parere sine marito, ita ius Gentium aut Naturale sine Ciuili. Iam de partibus aut speciebus, in quo multus est labor, & res non aliena à Canonibus.

Sunt in Instit. sex diuisiones Actionum. Adiectæ sunt sex & quatuor, vt sint sedecim. Prima, Actionum aliæ sunt in rem, aliæ in personam. Tres primæ diuisiones sunt præ cæteris obseruandæ.

Personales Actiones proueniunt ex cõtractu, vel quasi, ex maleficio, vel quasi, mediante obligatione. Dictæ personales, quia non potest eas cedere alij, ita adhærent ex parte Actoris, cuius ossibus inseparabiliter cohęrent, sicut character baptismi. glo. l.3. in princ. ff. pro socio. Licèt vtiles cedantur. l. Sticho. ff. de peculio. Sed ex parte rei dicuntur personales, quia eius personam nõ egrediuntur. C. de actionib. & oblig. l. penult.

Reales actiones competũt ratione iuris, quòd quis habet in re, ratione directi dominij. l. in rẽ. ff. de rei vendi. Vel ratione vtilis dominij. l.1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis. Vel ratione pignoris aut seruitutis. Et hæ semper com-

petunt

petunt aduersus eum qui possidet. l. actionum genera. ff. de actio. Vel qui quocunque modo detinet, habens facultatem restituendi. l. officium. ff. de rei vendicat.

Mixtæ actiones sunt, quibus agimus ad rem, quæ nobis potest deberi, & ad rem quæ est nostra, in qua Ius habemus. Vt actio Familiæ herciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum. Instit. de actio. §. quædam.

Personales in rem scriptæ, sunt quæ origine sunt personales, quia nascuntur ex obligatione, tamen semper comittantur possessorem rei. Vt est Actio ad exhibendum, quæ ex quasi contractu nata est. Et datur contra eum, qui detinet rem, siue ciuiliter, siue naturaliter. l. 3. §. est autem personalis. ff. ad exhibendũ. Similiter quædam Interdicta personalia in rem scripta sunt. l. 1. §. fina. ff. de Interdictis. & l. 1. ff. quorum legatorum.

Iaso. vide in Inst. de actio. qui de Libellorum conceptione elegantissimè scribit, & rara tradit.

SECVNDA DIVISIO.

Omnium Actionum aliæ sunt Ciuiles, aliæ Prætoriæ. Ciuiles, quæ ex legibus duodecim tabularum descendunt, vel ex autoritate Iurisprudentium, & eorum responsis. l. 1. ff. de orig. iuris. Prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua Iurisdictione comparatas habet. Et in his continentur ædilitiæ. ff. de verb. oblig. l. 5.

Hodie omnes Actiones descendentes ex statutis Ducum, Marchionum, & Episcoporum, sunt Prætoriæ. Quare si sint pœnales, durant anno. Et hoc si tales habeant administrationẽ iure alieno, quẽ agnoscũt superiorẽ, quia tũc statuta

eorum dicuntur Iuris prætorij, quia illi sunt loco præsidis. glos. c. 1. verb. obseruetur, vt si inter Dominum & Vasallum, de inuestitura lis oriatur, in vsib. feudorum. Secùs si habeant administrationem iure proprio, & superiorem non recognoscunt, quia tunc sunt principes. Bart. in l. relegati. ff. de pœnis. & statuta eorum censetur ius Ciuile.

TERTIA DIVISIO.

Actionum aliæ sunt persecutoriæ rei; Aliæ persecutoriæ pœnæ; Aliæ sunt mixtæ.

Rei persecutoriæ sunt illæ, quando res, pro qua agitur, Actori abest, & Reo adest. Vt rei vendicatio, Publiciana, & omnes ex contractu descendentes. Et illæ in simplum sunt; perpetuæ sunt, & transeunt ad hæredes. Instit. de perpetuis & temp. actio.

Pœnæ persecutoriæ, quando nihil abest Actori, neque quid adest Reo, Vt condicta re furtiua, si agatur furti pro duplo, vel quadruplo. ff. de condict. fur. l. si pro fure. §. 1. Quandoq; fit, vbi nihil abest Actori, sed adest Reo. Vt in Actione in factum, de calumniatoribus, qua agitur pro pecunia accepta, vel calumnia fieret. ff. de calum. per totum. Interdum fit, vbi abest Actori, sed nihil adest Reo, vt in Interdicto de vi & vi armata. ff. de vi & vi armata. l. 1. & in actione legis Aquiliæ, pro seruo occiso. l. item Mela. §. sed si seruum plures. ff. ad l. Aquil.

Pœnales ex vtroq; parte vel ex parte rei, tantùm sunt temporales, & non transeunt ad hæredem rei, nisi lite contestata, aut aliquid ad hæredem peruenerit. Instit. de perpet. & temp. acti. ff. de actio. & oblig. l. in honorarijs. Sed Paulus de

Cast.

Cast. in l. pœnales. C. ad l. Falcidiam, hoc addit: Quòd actiones pęnales ex delicto vel quasi, trãsmittuntur ad hæredem eius cui competunt etiã ante litem contestatam, quando competunt pro delicto commisso circa rem familiarem. Et sic persequuntur damnum rei familiaris, Vt actio furti, & vi bonorum raptorum. Secùs si damnum rei familiaris, sed contumeliam, vt actio iniur. quæ ante litem contestatam non est in bonis nostris.

Mixtæ actiones sunt, quæ tam pœnæ, quàm rei persecutionem continent, vt vi bonorum raptorum, quia in quadruplo rei persecutio continetur, Pœna autem tripli est, & actio legis Aquiliæ, de damno iniuria dato, & reliquæ commemoratæ, in §. ex maleficijs. Instit. de actionib.

QVARTA DIVISIO.

Actionum aliæ sunt in simplum, duplum, triplum, &c. De hac in iam dictatis vide.

ALIA DIVISIO.

Actionum aliæ sunt Bonæfidei, id est, in quibus exuberat bona fides, & officium Iudicis, per excellentiam sic dictæ. C. pro socio. l. cùm in societate. Quia si incidat in eas dolus, nihil valent. Et multa hic veniunt, quæ non sunt expressa in Locatione vel Venditione. Vt si sit fenestra fracta, & deducą in mercede, etiamsi nihil dictum sit in Locatione, Et sunt decem & octo, numeratæ in §. actionum. Aliæ sunt Stricti iuris, quæ nõ ita exuberant in bona fide. Et sunt aliæ omnes præter enumeratas, Vt omnes reales, ex mutuo & ex stipulatu.

Sunt etiam quædam Actiones, habentes natu-

ram bonæ fidei, quanquam ſint ſtricti iuris, Vt actio ex teſtamento. l. in minorum. C. ex quibus cauſis. Item, Actio ex donatione cauſa mortis. l. Seia. ff. de donat. cauſa mortis.

ALIA DIVISIO, QVAE EST Acceſſoria.

6 Actionum aliæ Directæ, aliæ Contrarię ſunt. Directæ ſunt ex contractibus, vbi nomina contrahentium & contractus ſunt diſtincta, & vnus accepit gratia alterius. Et competunt habentibus Ius ſiue dominium principaliter, Vt commodanti, deponenti, mandanti, &c. Contrariæ ſunt, vbi nomen contrahentis ab alio deſcendit. Et competunt ei, ad quem Ius rei vel negocium principaliter non pertinet, Vt cõmodatario, depoſitario. mandatario. gl. in l. conſenſu. ff. de act. & oblig. Bart. & Bald. in l. curatoris. C. de negocijs geſtis. Et illæ contrariæ in quatuor caſibus infamandi poteſtatem non habent, licèt earũm directæ infament. ff. de infam. l. 1. & l. furti.

ALIA SECTIO.

7 His accedit alia diuiſio. Actionum alia Directa, alia Vtilis. Directa eſt, quæ ex verbis legis, & mente, ſiue ex mente tantùm propter identitatẽ rationis competit. Bald. in l. curatoris. C. de negoc. geſt. Vt, ſpontaneo geſtori Actio ex verbis edicti directa competit. Sed Vtilis tunc datur, quando non ſunt verba legis præſtò, nec mens adeſt: ſed adeſt interpretatio legalis, extendens legem de caſu ad caſum, quia præſupponit & pręſumit legislatorem ſic voluiſſe, ſiue hoc cogitaſſe propter ſimilitudinem rationis. ff. ſi quadrup. paup. fec. di. l. pen. Paul. de Caſt. in l. actio

negociorum.ff.de nego.geſt. Et hoc verum eſt in vtilibus perſonalibus. Sed reales vtiles diſtinguuntur à directis per vtile dominium, Bald.in l.curatoris.C.de nego.geſt.

Et omnes datiuæ Actiones, quæ ex quædam æquitate ſcripta naſcuntur, ſunt vtiles Actiones ex ceſſione. Bart.in l.Iuriſgentiũ.§.1.ff.de pactis. Nam Actionum etiam aliæ ſunt natiuę, quę ſunt directæ. Aliæ ſunt datiuæ, hæ ſunt vtiles.

ALIA DIVISIO.

Actionum aliæ Arbitrariæ, aliæ non Arbitrariæ. Arbitraria Actio tunc dicitur, quandocunque propter aliquod accidens conceditur Iudici arbitrium faciendi condemnationem vltra id, ad quod obligatio erat contracta, & præter naturam Actionis. Et ideò non ſunt Arbitrariæ, niſi Actiones ſtricti iuris. Bonæ fidei non ſunt arbitrarię, Quia licèt condemnatio fiat vltra id, ad quod priùs obligatio fuit contracta. Hoc tamen non eſt pręter naturam, ſed ſecundùm naturam, quæ in eis eſt, vt in eis veniat quicquid æquum eſt venire.l.in bonę fidei, de eo quod certo loco. Sed ſunt nõ Arbitrarię, ſed omnes bonę fidei Actiones. Nã actiones ſtricti iuris regulariter abhorrẽt, vt in plus fiat condẽnatio, quàm partes expreſſerũt.ff.de ver.obli.l.quicquid. In quibus Iudex propter aliquod accidens incipit habere arbitriũ & poteſtatem condemnandi præter naturam Actionis. Vt ſi Iudex pręcepit rem reſtitui, & reus ſit contumax in reſtituendò: Iudex propter hoc accidens habet arbitrium, vt deferat iuramentum in litem de affectione, & iuxta illud condemnet. Iaſon in l.in actionibus. ff. de in litem iurando.

ALIA DIVISIO.

Actionum aliæ sunt Vniuersales, aliæ Generales, aliæ Singulares. In Actionibus vniuersalibus petitur vniuersitas incorporalis, vt; Peto hæreditatem, quia sum hæres. Dictæ quia pro vniuerso iure competunt. ff. de petitione hæreditatis. l. hæreditas. & de verb. sig. l. nihil aliud. Et sunt quatuor; Petitio hæreditatis, Familiæ herciscundæ, Actio ex testamento, quæ datur pro hæreditate ex Trebelliano restituenda, & Actio pro empta hæreditate.

Generales competunt ad id, quod sub se plura capitula continet, non tamen vniuersum Ius. Vt est Actio negotiorum gestorum, & tutelæ, in quibus generaliter concipitur libellus. Sed lite contestata res specificantur. C. de iudicijs. l. licet.

In singularibus Actionibus est exprimenda res cum qualitatibus & circunstantijs, vt certũ sit quid petat Actor. l. ne libellus fiat. & c. l. si in rem. ff. de rei vend. Panor. c. 2. de libelli oblatione, glo. l. 1. ff. de edendo.

ALIA DIVISIO.

Actionum aliæ sunt persecutoriæ solidi, Aliæ sunt, in quantum quis facere potest, vel quatenus patiuntur facultates, deducto eo ne egeat. Instit. de actio. §. sunt præterea. Et quæ personæ condemnantur, quatenus facere possunt, vide ff. de re iudicata. l. sunt qui in id.

ALIA DIVISIO, QVAE ELICITUR *ex §. præiudiciales. Instit.*

Præiudiciales contingentes & connexæ inuicem, sunt quando sententia lata in vna facit præiudicium in alia, & parit exceptionem rei iudicatæ.

catæ. Quod fit, quando vna causa est principalis, & aliæ sunt accessoriæ ad illam, quarum vna intentata, necesse est aliam silere, & sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia. Vt quæstio de proprietate præiudicat quæstioni de fructibus & seruitute. l, fundum. & l. fundi.ff.de exceptionibus.

Sed præiudiciales præeminentes sunt, quando Actiones sunt maiores, quæ dum pendent, præiudicatur alijs minoribus quæstionibus, Vt causa criminalis respectu ciuilis. C. de ord.cog. l.fin.& l.per minorem.ff.de iudicijs.& l.fin.C.de petit.hæred.

Sed præiudiciales de statu personæ alicuius, sunt in quibus agitur de magno præiudicio, scilicet status. Vt quando quæritur, an quis sit libertus, vel ingenuus. Vel an sit filius, vel non. An sit liber, vel seruus. Inst.de act. §. præiudiciales. & C.de or.cog.per tot.

Hactenus de Speciebus, adeoq; diuisionibus Actionum, nunc ad rem ipsam, id est, arborem, quam pulcherrimum composuit Ioannes quidã Cremonensis, qui sæpè citatur ab Angelo, Bartolo, & cæt.

DE ORDINE ACTIONUM.

EVM ordinem obseruabimus in Actionibus tractandis, quem secutus est Trebonianus, in Pandectis de Iudicijs, id est, Actionibus. In quo agit per septem libros. Ergò primùm de realibus, & deinde priùs de Ciuilibus quàm Prætorijs. Deinde reales debent præcedere personales, quia sunt digniores, certiores, tu-

tiores. Licèt personæ sint digniores rebus. ff. de ædil.edict.l.iustissimè.& l.2.ff.de statu hominū. & l.1.ff.de acquiren. rerum domin. Tamen Actiones reales sunt digniores, quàm personales. l. eorum.ff.de dam.infect.& l.plus cautionis.ff.de regul.iur. quia dantur pro iure, quod Actor habet in re. Sed personales pro iure, quod Actor habet in rem vel ad personam: & primum Ius potentius est, & fortius: hinc est, quòd difficilius tollitur. Nam Imperator non potest tollere dominiū, nisi ex causa publicæ vtilitatis. l.item si verberatum.§.1.ff.de rei vendicatione. Tamen Actionem personalem tollere potest. l.fina.C. si contra ius vel vtil.pub. Innocent.in c.quæ in ecclesiarum.de constitutionib.

Iam inter Actiones reales simplicius videtur agendum esse, primùm de singularibus, quàm de vniuersalibus. Licèt illud non obseruet Trebonianus. Et primùm quidem de rei vendicatione. Et obseruantur hæc in singulis Actionib. Vt dicamus, Cui competant, Aduersus quem, Cuius rei gratia, & Libellus. Deinde etiam formabimus ex aduerso Exceptiones.

Competit autem rei vendicatio domino. 2. & aduersus possidentem rei mobilis vel immobilis, & possidenté naturaliter vel ciuiliter. Item contra tenentem. 3. Competit ad rem restituendam. Hæc sunt essentialia, ex quibus formatur talis libellus, vt ostendat, quæ sit res. Deinde vt ostendat, se esse dominum eius rei, vel ratione directi, vel vtilis dominij. Posteà dicat in libello, quòd eam rem reus possideat, vel certè detineat, aut dolo desierit possidere. Deinde in genere petat se declarari dominum eius rei, & id cum fructibus perceptis, vt condemnetur reus,

Ex aduerſo Exceptiones, quæ prohibent ingreſſum huius litis. Vt ſi dicat reus: Ego non poſſideo. Nam Actio de rei vendicatione ſolùm aduerſus poſſidentem datur. ff. de rei vend. l. fin. Aut ſi dicat: Tu poſſides, Quia impedit ingreſſum litis. Item exceptio doli mali.


Rei vẽdicatio directa competit domino, qui aut iure Gentium, aut iure Ciuili directum dominium acquiſiuit. ff. eod. l. in rem. Contra poſſidentem rem mobilem, vel immobilem. Vel tenentem, qui habet reſtituendi facultatem. ff. de rei vendicatione. l. officium, vt poſſidens rem reſtituat. l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. & l. ſed etſi par. Et ad declinandum actorem eſſe dominum. l. ſicut. §. ſed ſi quæritur. ff. de rei vendica.

Qui inſtituit agere rei vendicatione, videat an competat ſibi Interdictum, Quod ſi ita ſit, illo agat. Quærat igitur primò, an aduerſarius ſit poſſeſſor, aut dolo malo poſſidere deſierit. Hæc omnia & alia ſunt paſſim ex legibus huius tituli, in ff. excerpta. Eſt rei Actio & perſecutoria rei, in ſimplum, ſtricti iuris, perpetua, ideoq; tranſit ad hæredes, & non infamat, directa, ſingularis, natiua: ſcilicet non quòd ex obligatione naſcatur, alioqui eſſet perſonalis, ſed ideò natiua, quia vel ex dominio vel poſſeſſione naſcitur, tãquam ex materia: & eſt perſecutoria ſolidi, arbitraria, nõ præiudicialis. Hæ ſunt conditiones & qualitates huius Actionis de rei vendicatione directa.

Sed eſt altera rei vendicatio indirecta, vbi qui ab vtili dominio vel poſſeſſione decidit.

Rei vendicatio vtilis Ciuilis, competit domino, contra eum, qui dolo deſijt poſſidere. ff. de reg. iu. l. parũ, Sed rei vendicatio vtilis prętoria,

com-



competit emphiteotæ, vel superficiario.l.1. ff. si ager vectigalis, contra habentem rei restituendę. ff.de rei vendicat,l. officium.& l.superficiario.

Contra rei vendicationem vtilem competit exceptio declinatoria iudicij, scilicet quòd conuentus dominum nominet in iudicio,& petat inducias ad denunciandam litem domino l.2.C. vt in rem actio.

DE ACTIONIBVS IN Rem incorporalem.

DVplex Actio incorporalis, Confessoria & Negatoria.

Confessoria directa competit vsufructuario prohibito vel deiecto, contra deiectiorem, & omnem posidentem.ff.de vsufr.l.cuiuscunque. Et si vsufructus petatur. l. vti frui. §.vtrum. Et competit vsufructuario indirectè & per consequentiam.d.tit.l.1. Et nulli alij compepetit, quàm domino fundi dominantis. Seruitutē enim nemo alius vendicare potest, quàm is, qui dominium in fundo vicino habet, cui seruitutē dicit debere.ff.si seruitus vendicetur.l.1, Alia est incorporalis negatoria. Triplices sunt Seruitutes, scilicet merę personales, vt sunt operę & ministeria seruorum. De illis nihil hic. Aliæ sunt meræ Reales,& sunt duplices: Vrbanæ & Rusticæ. Et vrbanæ illæ sunt affirmatiuæ & negatiuę. vt, Hæc domus habet prospectum, stillicidium vel potestatem immittendi tignum, vel non,& c. Rusticæ sunt vel nominatæ, vel non nominatæ. Aliæ sunt mistæ, quia aut debentur à persona rei, aut à re debentur personæ, Et hæ rursus diuiduntur,&c,

Serui-

Seruitutum quædam sunt Vrbanæ, quæ prædijs vrbanis inhærent. Aedificium autem quocunque loco sit, dicitur prædium vrbanum, etiã in villa, quia prædium vrbanum non locus, sed natura facit. l. vrbana prædia. ff. de verbor. signi. Rusticæ, quæ prædijs rusticis inhærent. Rusticũ autem prędium, est prædium sine ædificio, etiamsi in vrbe: & seruitus denominatur à prædio cui dabatur. glos. l. 1. ff. de seruit. vrb. pręd. Vnde seruitus viæ debita domui dicitur vrbana à prædio. gloss. in l. pater filiæ. ff. de seruitut. legata.

Negatoria, competit domino negãti fructuario esse ius vtendi & fruendi, Vel se dominum habere ius prohibendi. ff. si vsusfructus petatur. l. vti frui. Contra fructuarium contendentem se habere ius vtendi & fruendi, vt fructuarius cesset vti frui. ff. si vsusfructus petatur. l. vti frui. Vel competit domino neganti suum fundũ seruire. ff. de seruit. l. 2. & 3. Contra vicinum dominum fundi. ff. si seruitus vendicetur. l. 2. Qui vicinus contendit altius tollere, vel flumina immittere. l. fistulas. ff. eod. Vel communem parietem onerare. d. tit. l. si quando. Vt vicinus emendet vitium parietis, & idoneum præstet, & caueat de reficiendo. ff. si seruitus vendicetur. l. harum actionum. Et caueat de futuris tignis non immittendis. d. tit. ei. Aut vt tollatur proiectus, vel paries procumbens in meum.

Vtilis negatoria competit vsufructuario, ne vicinus eo inuito altius tollat, vel in area ædificet. l. vsufructu legato. ff. de vsufruct.

DE ACTIONIBVS PRAEiudicialibus.

IN Rem præiudicialis, qua quæritur, an quis liber vel seruus sit, Ciuilis est. Quòd si queratur, an sit libertus vel ingenuus, filius vel non filius, Prætoria est. Instit. de actio. §. præiudicialis. Appellantur autem præiudiciales, quia in eis agitur de maiore preiudicio, quàm esse possit, videlicet de statu hominis, scilicet de libertate vel familia. l. fi. ff. de capitis dimi. Et sententia lata preiudicat & facit Ius quoad alios, fauore libertatis, si is agebat, cuius principaliter interest.

Et differunt præiudicialis pretoria, & actio in rem, adiecta causa. Nam præiudicialis pretoria, non datur contra tertium, sed contra illos, de quorum statu agitur, & illis ipsis competit, si suijpsius controuersiam faciant. Actio autem in rem adiecta causa, datur contra tertium detinentem filium, vel libertum inuitum vel volentem. Et in eis concluditur sic: Vendico filium, quia in potestate mea est. Sic vendicatur adiecta causa de iure Quiritum, id est, de iure ciuiū Romanorum, quo iure inducta est patria potestas. l. nam & ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Neque possunt vendicare per modum dominij, quia liberæ persone in nullius dominio sunt, & subditi Ciuitati, Comiti vel Baroni, per modum iurisdictionis vendicantur.

Præiudicialis vtilis datur, vbicunque agitur pro iure, quod quis habet in persona alicuius ex iure vel consuetudine. Et competit vtilis præiudicialis, licèt directa deficiat per extensionem, quæ fit ad casus non cogitatos, de

qui-

quibus æquum eſt actionem dari, Vt dominis contra colonos aſcriptitios. C. de agricol. & cenſitis, per totum. Et competit pro iure obedientiæ, ratione religionis, vel iuriſdictionis. Bart. in l. ſiue contra. §. 1. in penult. columna, de liberis agnoſcendis.

DE PETITIONE HAEreditatis.

ACTIO petitionis hæreditatis eſt mixta, non omnino realis, quia habet pręſtationes perſonales, id eſt, quicquid habet illa res, id eſt, ius & actiones, debita &c.

In illa actione ſunt duo: Poſſeſſor & Petitor.

Petitio hæreditatis datur illi, qui dicit ſe hęredem de iure Ciuili, ex teſtamento, vel ab inteſtato, per ſe vel mediam perſonam. l. 1. 2. & 3. ff. de hæred. Licèt ante ſe fuerint mille ſucceſſores, quia qui hæredis eſt hęres, etiam primi teſtatoris eſt hęres. ff. de vulgar. & pupill. l. paterfamilias, &c.

Item, competit bonorum poſſeſſoribus, vel alijs iuſtis ſucceſſoribus. ff. eod. l. item veniunt. §. fina. Competit eí, qui hæreditatem mercatus eſt, vel cui ex Trebellianico reſtituta eſt. ff. eod. l. ei qui. Contra poſsidentem hæreditatem, pro hęrede, id eſt, putantem ſe hęredem, cùm non ſit. ff. de petit. hęre. l. pro hęrede. Vel contra poſſidentem pro poſſeſſore. ff. eod. l. regulariter. Competit contra deſientem dolo malo poſſidere. d. tit. l. nec vllam. §. fin. Contra debitorem hęreditatis, contendentem ſe hęredem. l. ſi debitor. ff. de petit. hęredit. Contra hæredem poſſeſſoris. ff. eod. l. Neratius. Ad pronunciandum peti-

torem hæredem, & quòd fiat restitutio accessionum per officium Iudicis mercenarium, id est, fructuum, post litis contestationem. C. eod. l.1. vsurarum.l.item veniunt.§.ait senatus.& fiat restitutio omnium lucrorum.d.l.item veniunt. & l.ita videndum. & l. post senatusconsultum.

Contra hanc Actionem sunt aliquot Exceptiones. Præcipua est, si dicis, te iusto titulo possidere, ideò contra te non agendum, & est declinatoria iudicij, & iniungitur tibi onus probandi tituli, & hoc fit ante litis contestationem: post litem contestatam datur peremptoriæ locus. Ergo titulus excludit petitorē hæreditatis. Verum est si titulus præcessit mortem testatoris, non sit sequutus, ne fiat processus in infinitum, quia alicunde quæreretur titulus. Neq; sufficit hic titulus putatiuus, neque titulus diuisionis. Atq; hęc exceptio est notanda.

Secunda, alia Exceptio est, si dicat reus aduersus petitorem: Tu semel excidisti ab hæreditate tua facta, Ergo excludendus es à petitione tatis, quia res semel factæ sunt tuæ, & cessauit esse hæreditas.ff.de fideicommiss. hæred. petit.l. 1.Bart.

Tertia, si petitor approbauit testamentum, in quo possessor est scriptus hæres.

Quarta, si præscripsit possessor per quadraginta annos, vel per triginta etiam annos, excluditur Actor.C.eod. l.hæreditatis. Atque hoc est verum, etiamsi possessor nullo titulo possideat.

Datur autem etiam vtilis petitio hęreditatis, quæ datur contra emptorem hæreditatis. Item. contra maritū habentem hęreditatem in dotē.

Sequitur alia Mixta, id est, partim realis, partim personalis.

IVDI-

IVDICIVM FINIVM Regundorum.

QVòd mixta ſit, habes ex l.1.ff.de iudicio finium Regundorum. Naſcitur ex delicto, ideò quoàd originem, eſt perſonalis. Quoad rem perſequendam, id eſt, effectum, eſt realis, quia perſequimur fines agri.

Finium regundorum Actio competit domino ruſtici prædij vicini. ff. eod. l.2.

Cumpetit Emphiteotæ, fructuario, creditori. l.4.§.fin.ff.eod.

Vaſallo, vbi cōditio domini non ſit deterior. c.omnes filij. ſi de feudo fuerit controuerſia.

Competit perſonis eccleſiaſticis. C. de ſacroſan.eccleſ. l.iubemus, ſecundo loco. Cum ſolennitate authenticæ hoc ius porrectum.

Tutori & Curatori cum decreto. C.de prædijs minorum. l.inter omnes.

Dominis habētibus iuriſdictiones vicinas in territorijs. Ioannes Fabri in §. quædam. Inſti.de actionib.

Competit domino etiam vrbani prædij, vtilis ſaltem.glo. Inſtit.de actio.§.quædam. in verbo, agros.

Contra poſsidentem vicinum agrum, & occupantem terminos vicinos. ff.finium reg.l.ſi irruptione.& extrà, de probatio.c.ex literis.

Vt dirimantur confinia terminis poſitis per Iudicem, per adiudicationem & condemnationem.d.tit.l.2.Inſtit. de offic.iudic.§.fin.

Ad intereſſe, id eſt, vtilitatem quam poſſeſſor accepit ex loco quem vicini eſſe apparet. d. tit.l. 4.& ad fructus perceptos poſt litis conteſtationem, d.l.4.

EXCEPTIONIS.

Exceptio contra hanc Actionem est præscriptio triginta annorum. Item conuentus potest dicere, quòd suus vicinus non sit dominus tanti modi, & tot iugerum, quantum ab eo petit. Item, si cum iusto titulo possedit limites & fines agri, tunc præscribit. Aliàs sine titulo præscribit xxx. anno spacio. Limites diœcesium, parochiarum, baroniarum, ducatuū, non præscribuntur.

Partes Iudicis in his tribus iudicijs. §. vlt. de offi. iudi. Instit. tractantur. & in §. quædam. Inst. de actio. Sequitur tertia Actio mixta.

FAMILIAE HERCIS-cundæ Actio.

Familiæ herciscundæ Actio competit cohæredi, possidenti hæreditatem, vel non possidenti, si aduersarius confiteatur hæredem. ff. famil. hercis. l. 1 Siue hæreditas sit ex testamento, vel ab intestato, aut à Senatusconsulto, vel constitutione principis. ff. eod. l. 1.

Et aduersus cohæredem etiam non possidentem. ff. eo. l. hæredes, ex gestis adita hæreditate, putà damnum dando, vel redditus accipiendo. ff. eod. l. qui erat hæres. & Instit. de oblig, ex quasi contr.

Vt corpora hæreditaria diuidantur inter plures hæredes. ff. eod. l. 1. Vel vt plures hæreditates inter eosdem communes ex diuersis causis diuidantur. ff eod. l. hæredes. ant vt quotta hæreditatis diuidatur. C. de inoff. donat. l. 2.

Vt res communes absumptę, vel deterioratę, restituantur, in æstimatione, vel precium venditarum hæreditatum. C, eod. l. incerti iuris. & l. in

fami-

familiæ. Item, vt fructus cepti diuidantur. l. inter cohæredes. ff. eod. & l. non est ambiguum. C. eod. In summa, vt commoda & incōmoda communicentur. ff. eo. l. item ex diuerso.

Familiæ hercis. Actio vtilis, competit possessori bonorum, vel ei cui restituta est hæreditas ex Trebelliano Senatusconsulto, aut cæteris honorarijs successoribus. ff. eo. l. sed & eius rei. Aut competit arrogato, cui quarta ex constitutione D. Pij delata est ff. eo. l. 2. Item competit emphyteotæ, superficiario, vel fructuario. ff. eo. l. veniunt. & l. item prædia. & l. & puto.

Contra compossessorem, vel hæredem. glo. in d. l. sed & eius rei.

Ad diuidenda corpora hęreditaria, inter possessores bonorum, vel ad iura adiudicanda. ff. communi diuidundo. l. arbor.

Exceptiones.

Exceptionum hic competentium, prima est communis illa alijs etiam, scilicet præscriptio xxx. annorum. Secunda: Tu non es cohæres meus. Quæ exceptio prohibet ingressum litis, & est necessaria, quòd primùm proponatur. De ea l. 1. ff. famil. herc. dicitur. Hæc exceptio est de essentia huius iudicij. Item potest dicere Reus: Tu antè egisti hac actione, & succubuisti. Igitur quia hæc Actio tantùm semel intentari. l. si filia. eod. Item, de collationibus bonorum potest obijcere, an habeat bona, quę sua peculiariter sunt, quę non sint patris, sicut sunt omnia aduentitia peculia. i. quæ non ex bonis paternis acquisiuit: & castrensis quoq; pecunia nō est conferēda fratribus. Item quasi castrensis pecunia, aut quē acquirunt patroni in foro, l. certū. C. eo. Itē, pecunia ex

Ad diuidendam rem ſingularem corporalem, cum ſocietate, vel ſine ſocietate communem. ff. eod.l.2. Et ad præſtationes perſonales. l. 4. §.ſicut.ad ſumptus & damna, commoda & incommoda.ff.eod.l.3. ad fructus perceptos poſt communionem.ff.eod.l.4. In ſumma,in hoc iudicio continetur,quicquid in re communi culpa ſocij admiſſum eſt.ff.eod.l.ſi is cum quo. Vel propter ſocium per alium. ff. de negoc. geſt. l.nam & ſeruus. Item ſumptuum, fructuum, doli & culpæ, in communi diuidundo iudicio habetur ratio, vt in omnibus æqualitas ſeruetur. C. communi diuid.l.penul. Et officium iudicis eſt, vt vincenti licitatione rem totam adiudicet.l.1.C.communi diuid. admiſſo etiam extraneo ad licitationem. C.eod.l.3.

Actio vtilis communi diuidundo, competit bonæ fidei poſſeſſori. Item detentori.l.communi diuidundo.§.quod qui. ff.eodem. Item competit tutori & curatori cum decreto, ſi ſit vtile pupillo. C. de prædijs minorum. l.inter omnes. Item competit vaſallis, ſi dominorum conditio non fiat deterior, vt notatur in dicta l.communi diuidundo.§.eod. Et datur aduerſus ſocium ſeu conſortem.ff.communi diuidundo. l.penul. Qui poſſidet ad impenſas & lucra res communes. ff.eod. l. in ſumma. Item competit ad præſtationes & ſumptus antequàm res eſſet communis. ff. eodem. l. 4. §. finali. cum legibus ſequentibus.

DE ACTIONIBVS ſubſidiarijs.

Hoc nomen hinc habent, quòd ad eas tanquam ad extremam ancoram, deficientibus omnibus actionibus, confugimus. Vide Instit. de satisdatione tuto. §. sciendum.

ACTIO subsidiaria in factum contra magistratum, non exigentem idoneam cautionem, rem pupilli saluam fore, datur pupillis adultis, & successoribus eorum. ff. de magistratibus conueni. l. 1. §. non tantum. Item furiosis, prodigis, mente captis, surdis, mutis, & qui perpetuo morbo laborant. Instit. de curato. Aduersus magistratus municipales, qui satisdationem exigere solent, quam non exigerunt, vel non idoneè cauerunt. ff. de magistr. conueni. l. 1. §. magistratus. Et contra singulos in solidum, si dolo & culpa non exegerunt satisdationem. l. in magistratus. Item datur contra hæredes magistratuum. ff. de magi. conuen. l. quod ad hæredes. C. eod. l. similiter. & l. 2. Ad interesse pupilli, vel adulti. Et hoc tandem excussis tutoribus, collegis & fideiussoribus. ff. de magistr. conueni. l. aduersus. Ad sortem & vsuras. ff. de magistr. conuen. l. an in magistratus.

DE ACTIONE INgrati.

Instit. de capit. dimi. §. maxima, agitur de hac actione, & C. de libertis, & eorum liberis. Et C. de obsequijs à liberis & libertis &c.

INgrati Actio datur patrono & parenti aduersus libertum & liberos ingratos, & contumaces, iniuriantes patronis & parẽtibus. ff. de liberis agnoscendis, l. alimenta, & de iur. patron.

tron.l.ingratus. C. de libertis & eorum liberis, per totum. Et datur ad reuocādum libertum in pristinam seruitutem, etiam pro leui causa committendo. Item ad reuocādos liberos in pristinā patriam potestatē. C. de ingratis liberis. l. vnica.

Hactenus de Actionibus in Rem. Sequuntur Actiones personales. Et primùm de

CONDICTIONE CERTI specialis de Mutuo.

Condictio certi specialis pro mutuo, datur illi qui mutuò dedit rem suam fungibilē, id est, consistentem pondere, numero, vel mensura. ff. si certum petatur. l. 2.

Datur domino Procuratore eius pecuniam mutuante. d. tit. l. si pecuniam

Datur domino, cuius seruus eo consentientē credidit. d. tit. l. rogasti. §. fin.

Datur furioso. d. tit. l. si à furioso.

Datur pupillo, credenti sine authoritate tutoris. l. non omnis. ff. eo. Vel, credenti tutore authore. d. tit. l. certi. §. idem erit, &c.

Datur hæredibus ex credito per seruum hæreditarium. d. tit. l. eius qui.

Datur danti mutuò alienam pecuniam. C. si certum petatur. l. non vnde.

Et datur contra illum, qui mutuum recepit, patremfamiliâs, compotem mentis, & puberem, quoquo ille verterit. C. si cert. petatur. l. non aduersus. & l. cum qui.

Datur contra dominum, institore illius mutuum accipiente, ff. eod. l. si institorem. Vel procuratore mutuante. d. tit. l. singularia.

Datur contra ciuitatem, in cuius vsum admi-

toto iure. Non sequimur Pandectas, nam in illis statim sequuntur Condictiones. De quibus post has.

ACTIO COMMODATI, vel contrà.

COmmodati directa datur illi, qui rem alteri commodauit. ff. commodati. l. 1. & l. rei commodatę. Item datur domino, si seruus rem domini commodet. d. l. si seruus. Item datur pupillo, quia alium sibi obligare potest. ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. antepen. Item datur furi, prædoni, commodanti rem alienam. d. tit. l. commodare.

Aduersus commodatarium, cui aliqua res vtenda data est. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. §. is cui. Item datur aduersus filiumfamiliâs, vel seruum directò, sed contra dominum patrémue peculiotenus, & de fraude. d. l. 3. §. si filiofamil. Item datur contra liberum hominem, bona fide nobis seruientem. d. tit. l. si is qui. §. si libero homini. Item contra impuberem, accipientē commodato sine tutoris auctoritate, si locupletatus sit ex eo. d. tit. l. 1. §. fina. Et datur aduersus hæredem commodatarium, pro ea parte, qua hęres est. Vel in solidum, si habeat facultatem totius rei restituendæ, aut si ex facto suo conueniatur. d. tit. l. 3. §. hæres. & l. in commodato.

Ad restituendam rem commodatam, non deteriorem. d. l. 3. §. si reddita. Vel ad interesse deteriorationis, aut ad æstimationem rei deterioratæ. d. l. si vt certo. §. Item datur ad præstandum dolum, latam, leuem, & leuissimam culpam, si commodatum sit gratia accipientis tantùm. d. l.

si vt certe.§.commodatum. Et datur ad præstandam diligentiam, quantum in rebus suis diligẽs paterfamiliâs. d.l. in rebus. Et quandoque datur ad præstandum casum fortuitum, ex mora, culpa, seu pacto. d.l. si vt certo.§.custodiam.& §. sed interdum. Et quandoque datur ad præstandum dolum tantùm, si ita conuenit, vel commodantis causa tantùm sit creditum. d.l. si vt certo. §.interdum.

Dedi tibi ad petitionem tuam commodato, &c. Nam dicendum est ad petitionem. Præterea inferendus est vsus rei, vel tempus, scilicet ad legendum, hoc die, &c.

Exceptiones.

Excipit commodatarius: Vel quia quanquã dederis commodato, tamen non sum vsus per modum & tempus.l.in commodato. 2. Aut quia præstiti tibi mercedem pro vsu. Ergo &c. l. si vt certo.§.nec videndum, quia gratuita debet esse commodatio. 3. Est exceptio eius, qui dicit, se nihil damni dedisse cur perierit. l. fina. quæ pulchra. Item potest habere exceptionem compensationis, & quòd commodantis tantùm causa, non sua, acceperit. Vbi tantùm tenetur de dolo. C.l. fin. cod. egregiè. Item potest dicere sibi per vim fortuitam vel fatalem, de quibus non tenetur. Hactenus de commodati actione directa. Sequitur indirecta, &c.

Commodati contraria Actio competit commodatario, qui magnas expensas fecit in rem commodatam. ff.commodati. l.in rebus. §. passum. Vel competit ei, qui nondum est vsus commodato per modum & finem præscriptum. d.l. in commodato, §. sicut. Aut competit soluenti

pre-

precium commodanti, ad quem deinde res commodata rediit. d.l. accommodato. §. fin.

Et datur aduersus commodantem intempestiuè vsum commodatę rei auferentem. d.l.§. sicut. Vel aduersus surripientem rem commodatam. d. tit. l. rem mihi. Item datur aduersus dominum scienter commodantem vitiosam rem. d.l. penult. & l. in commodato. §. item qui sciens. Item datur contra non patientem vti re commodata, in eum vsum, in quem commodauit. ff. commodati. l. si vt certo loco.

Et datur ad recuperandas expēsas. ff. commodati. l. in rebus. Vel ad reddendam rem ad commodantem reuersam. l. in commodato. §. fin.

Item datur, ne commodator intempestiuè reuocet. d.l.§.1.

Et datur ad damna ex re commodata. l. in rebus. §. vlt. Et datur ad interesse. l. rem commodatam.

DEPOSITI ACTIO

Depositū habet multa priuilegia, scilicet quòd nulla compensatio admittitur in eo, & præfertur deponens omnibus creditoribus.

ACTIO depositi directa, datur deponenti etiam furi seu prædoni. ff. depositi. l.1.§. si prędo. Item datur filiofamiliâs. d. tit. l. Iulianus. Vel competit domino ex depositione serui. d. tit. l.1.§. An in pupillum, siue sit vsufructuarius seu hęreditarius seruus. d. tit. l.1.§. Non solum. Aut datur bonorum possęssoribus, cæterísque successoribus, & ei cui ex Senatusconsulto Trebell. restituta est hęreditas, d. tit. l.1.§ si apud.

Datur

Datur hæredi, si commodatum diuidi potest pro parte hæreditaria. d. tit. l 1. §. si pecunia.

Datur aduersus depositarium, habentem facultatem rei restituendæ, vel dolo malo facientem, quò minus reddat. d. l. 1. §. inde scribit. Vel datur contra filiumfamiliâs, aut seruum. Item patrem dominúmue peculiotenus, & de fraude. d. l. §. filiusfamiliâs. ff. de peculio. l. deposui. Vel datur in filiumfamiliâs emancipatum, vel seruum manumissum, rem tenentes. ff. eod. l. si apud filiumfamil. Etiam datur aduersus pupillũ doli capacem, vel locupletiorem factum. l. 1. §. Datur etiam aduersus hæredem. d. l. 1. §. 1. E dolo defuncti pro parte hęreditaria. d. tit. l. si hominem, ex suapte dolo in solidum. d. tit. l. in depositi actione. Et datur ad reddendam rem depositam in numero. ff. depositi. l. Lucius, quoquo ille verterit. C. eod. l. desiderium tuum. Et datur ad interesse deteriorationis. ff. eod. l. 1. §. si res deterior. Item datur ad fructus, accessiones, & omnẽ causam. d. l. 1. §. hanc actionem. Item datur ad vsuras post moram vel conuentionem. d. titu. l. Lucius Titius. C. eod. l. 2. Etiam datur ad præstandũ dolum in deposito commissum. ff. de pactis. l. si vnus. §. illud. & ff. depositi. l. 1. §. Si quis seruum. Et datur ex culpa & ex cõuentione. d. tit. l. 1. §. si conueniat. Item datur ad custodiam, si depositarius deposito sese obtulit. d. l. 1. §. sæpè euenit. Aut si precium pro custodia accepit. extrà, eo. tit. c. vlt. Item datur ad diligentiam tantam, quantam in suis rebus præstat. l. quod Nerua. eod. tit. Autentica. eod. tit. & exiget à depositario antipocham, id est, cautionem depositarum rerum, quæ non est obligatio depositarum rerum, sed probatio earum, quia non contrahitur verbis, sed re.

EX-

EXCEPTIONES.

Depoſitarij exceptio prima eſt, quòd accepe-rit quidem, ſed non in cuſtodiam, aut ad cuſto-diendum. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. tit. 1. depoſiti. Secunda, Item ſi mercedem accepit ex cuſtodia, nam tunc non obligatur ex depoſito. Tertia, Res quam depoſuiſti, mea eſt. Ergo &c. l. bona fides. eo. tit. Quarta, Item, tu non es domi-nus huius depoſiti. l. ſi quis. Quinta, Quia maio-re vi, fortuito caſu depoſitum amiſi. Ergo non teneor.

Item præſcriptionem poteſt obijcere xxx. an-norum. Sed exceptio compenſationis, vel doli mali, non poteſt obijci, quia hæc actio eſt priui-legiata. l. ſi quis. C. eod.

Depoſiti contraria datur Depoſitario contra Deponentem, ad impenſas factas circa rem depo ſitam, neceſſariò vel vtiliter, vt in re reſtituenda alio loco. ff. depoſiti. l. actione. & l. ſi in Aſia. Item datur ad omnem indemnitatem eius, qui depo-ſitum ſuſcepit. d. tit. l. ei apud quem.

ACTIO PIGNORA-titia.

De Pignoribus variæ traduntur Actiones. Ser-uiana, pro rebus Colonorum datur domino contra inquilinum. Et datur etiam Seruiana creditori. 2. Naſcitur ex pignore etiam hypo thecaria, quæ dicitur quaſi Seruiana. Sed hic agimus de pignoratitia perſonali.

Pignoratitia directa datur debitori ſoluenti debitum. C. de pignor. act. l. penul. ff. eo. tit. l. ſi rem. §. omnis. Vel etiam extenuato de-

bito

bito per pensiones & fructus. C. eo. l. 1. Vel si quolibet modo sit satisfactum. ff. eod. l. rem alienam. §. omnis pecunia. Item competit prædoni. ff. eo. l. si pignore sur. §. si prædo. Item competit procuratori generali, tutori vel curatori pignoranti in rem pupilli vel adolescentis. ff. eo. l. solutū. § fina. cum l. sequenti. Item competit pignoranti alienam rem. ff. eod. l. si rem alienam. §. is quoque. Item competit ei, qui quasi dominum habet in re. ff. de pignorib. l. si ab eo. Item datur administratori Reipublicæ. ff. de pignoribus. l. si is qui.

Contra creditorem, cui aliqua res pignori tradita erat. Instit. de actio. §. item Seruiana. & §. fin. quib. mod. re contrah. oblig. Contra detinentem pignus, quanquam non numerauerit pecuniam, vel qui acceptam tulit. d. l. solutum. §. si quasi. Item datur contra impedientem, quo minus sibi soluatur. ff. eo. l. si res aliena. §. si per creditorem. Item datur contra vendentem pignus. ff. eo. l. creditor. Et datur contra tutorem, curatorem, procuratorem. d. l. solutum. §. fin.

Ad pignus consequendum à creditore. d. l. si rem. §. fin. cum fructibus & interesse. ff. eo. l. si pignore surrepto. §. si prædo. Item datur ad æstimationem deteriorationis dolo creditoris, lata vel leui culpa. C. de pigno. act. l. pignus. & l. creditor. Item datur quandoque ad restituendum id, quod creditor plus debito accepit ex venditione pignoris. l. 3. C. eo. & l. creditor. ff. eo.

Pignoratitia Actio contraria datur creditori, cui loco pignoris fuit res tradita, vel aliena. ff. de pignor. act. l. si rem alienam. & l. cum debitore. Vel morbosa, aut alia pro alia. ff. eo. l. 1. Vel alij obligata, quæ ad vtrunque creditum mini-

mè

mè sufficit: quod probatur ff.eo.l.tutor. §.contrariam. & l. si quis in pignore. Item competit facienti impensas necessarias vel vtiles, in pignore non onerosas. d.l. si seruos. Item competit creditori, si pignus apud ipsum euincitur. ff.eo. Nec eo amplius. Et datur contra debitorem obligantem æs pro auro. ff.de pignor.act.l.1. & l.si quis in pignore. Item datur contra debitorem pignorantem rem vitiosam, vel subijcientem furem, qui pignus auferat. ff.eod.l.si seruus. & l. 3. Item datur contra habentem pignus precario vel conductum.ff.eod.l.si pignore surrepto. §. si post distractum pignus. Et datur ad necessarias impensas.d.l.si seruus. Vel datur ad consequendum interesse euictionis, quod creditor præstitit vendito pignore. ff.eo.l.si pignore surrepto. §.si creditor. In summa, datur creditori, quatenus interest, ipsum deceptum esse per pignus. ff. eo.l.tutor.§.contrariam.

Hactenus de ex re contractis obligationibus. Superest vna, scilicet, Condictio indebiti ad obligationes ex quasi contractu. Nunc agemus de Actionibus natis ex obligatione verborum, id est, de verborum stipulatione, in ff. longè copiosissimus est titulus, & longè vtilissimus. Igitur de Condictionibus, quæ plures sunt, pauca dicamus. ff.si certum peta. l. certi condictio. & ibi Iason multa, de vi huius vocabuli: Conditio, sine c.est actus suspendens contractum, Vt in tit. de conditionibus & demonstra. Vt si dicas: Hac conditione promitto, &c. Sed per c.est personalis actio & obligatio. Vt habetur in Institut. Nominantur autē omnes personales actiones condictiones, licèt quędā sibi vendicent specialia nomina, vt Emptionis, &c. Sed quædam Actiones

tan-

tantùm aliquid addiderunt, Vt certi condictio ex mutuo. Sic etiam verborum obligatio, ex qua oritur certi condictio ex stipulatu, Vt condictio indebiti, furtiua, &c. sine causa, &c.

ACTIO EX STIPVLATV, prima, quæ est incerti.

ACtio ex stipulatu, quæ ex verborum obligatione nascitur, datur stipulatori rei nõ certæ: quæ qualis, quantaq; sit, Instit. de verbor. oblig. in princip. & ff. si certum pet. l. certum est.

Contra promissorem rei incertæ. ff. de verbo. oblig. l. vbi non apparet.

Ad rem promissam per stipulationem. ff. si cer. pet. l. si quis certum, vel quod stipulatus est.

Actio ex stipulatu datur ad faciendum, tradendum, vel præstandum. ff. de verbo. oblig. l. si rem tradi. Vel datur ad interesse eius quod factum est, vel non est factum, vel ad pœnam adiectam stipulationi facti. Instit. de verbor. oblig. §. fin. & ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista.

Item datur ad vsuras ex stipulatione statim. ff. eo. l. si ita quis. Vel ex mora tandem post moram. ff. eod. l. qui Romæ. §. Seia hæres. Vel datur ad dandum id quod promissor volet ex genere subalterno. ff. eo. l. qui ex pluribus. Vel ad dandũ in alternatiuis summis minorem, in temporibus longius. ff. eod. l. si ita stipulatus. Dupliciter igitur agitur, vel ex stipulatu, quoties incertum venit in stipulationem: quod fit faciendo, tradendo, &c. vt ff. eod. l. stipulationum quædam, &c. Vel agitur condictione certi ex stipulatione, Vbi certum, quoàd qualitatem & quantitatem attinet, venit in stipulationem.

ACTIO

ACTIO CONDICTIONIS certi ex ſtipulatione.

CONdictio certi ex ſtipulatione competit ſtipulanti certum. Inſtit.de verb.oblig. in princip. l. Cuius ſolutio non ſit variabilis ex poteſtate ſoluere debentis. C.de contrahenda ſtipulatione.l.ſcire debuiſti. Et competit domino ex ſtipulatione ſerui.Inſtit.de ſtipul.ſer. §.2. Vel ex ſtipulatione filij, aut ſtipulanti pro filio Inſtit.de inut.ſtip.§ ei qui.Item competit pupillo, vel puberi ſine authore ſtipulanti. C.de contrahen. ſtipul.l,neque tutoris.Item competit hęredi ſtipulatoris. C. eod.l.veteris. & ff.eod. l. in ſtipulationib.

Contra promittentem quid certum. ff.ſi cert. petatur.l.ſi quis certum.Et contra fideiuſſorem, aut illius hæredes in ſolidum. Inſtit. de fideiuſſ. Vel contra patrem ex more filij peculiotenus. ff.eod.l.cùm filiusfamil. Item contra hæredem ſtipulatoris, pro partibus hæreditarijs.

Certi condictio ex ſtipulatu datur ad dandũ id,quod promiſſor dare promiſit ſtipulatori,ff. de verb.oblig.l.vbi non apparet.§.fin.

Item datur ad precium rei certæ promiſſæ, quæ perijt poſt moram.ff.eod.l.ſi ex legati cauſa.

Item datur ad præſtandum dolum & culpam.ff.eo.l.is qui alienum. & quoties culpa debitoris interuenit, perpetuatur actio. ff. eod.l. ſi ſeruum ſtichum, & datur ad fructus, à die litis conteſtatæ.ff.eod.l.ſi filiusfamil.§.fin.

EXCEPTIONES.

Vtraq; harum actionum ferè eaſdem habent exceptiones,Prima eſt, ſi fuit in pupillari ætate,

& non legitima. 2. Si sit bonis ei interdictũ propter prodigalitatem. Vel quia promisit furiosus, mente captus. 3. Vel quia fuit absens. l. vt inter absen. C. de inut. stipu. Atque hæ exceptiones sunt ex persona, sicut homines. Instit. de inut. stipul. exceptiones etiam ex re. Item ex iure rerum possunt etiam exceptiones, vel quòd fuerint sacræ, vel publicæ, vel non in rerum natura, vel impossibile. l. multum interest. ff. de verb. oblig. Vel quòd, quod promiserit, fuerit turpe. l. generale. ff. de verb. oblig. Vel quòd promissum fuerit turpe. l. stipulatio hoc modo, &c. ff. de verbo. oblig. Vel quod metus causa sit extorta stipulatio. l. siquidem. C. eo. Vel quòd dolo fuerit extorta. C. de inutil. stipul. l. quod dolo vel metu.

ACTIO EX OBLIG. literarum.

Condictio ex literarum obligatione, datur creditori, prætendenti chirographum debitoris tandem post biennium efficaciter. C. de non nume. pecun. l. in contractibus. Et hæredi vniuersali. d. tit. l. si intra. Item datur vxori pro dote restituenda, hæredibusq; illius. C. de dote cauta non numerata, per totum. Et datur contra debitorem scribentem, se debere ex mutuo, quod non recepit, sperans se tandem recipere post biennium. Instit. de literarum oblig. Vel statim si renunciauit iureiurando exceptioni nõ numeratæ pecuniæ. Felin. in c. si cautio, extrà, de fide instrum. Aut datur contra soluentem partẽ totius debiti confessi. l. cùm fidem. C. de non numer. pecun. Item datur contra maritum, confitentem se dotem recepisse, & hæredes ipsius, in-

fra

fra annum, post solutum matrimonium, si illud infra biennium soluatur, vel infra tres menses. Si illud post biennium, tamen infra decennium soluatur, vel statim soluto matrimonio post decennium. C. de dote cauta non nume. Authentica, ibidem. Et datur ad soluendum mutuum scriptis confessatum, vel ad dotem, quam maritus literatus confessus est, sese accepisse.

Sequuntur quatuor Obligationes, natæ ex consensu, ex quibus quatuor sequuntur & oriuntur quatuor Actiones, scilicet Actio ex Empto & Vendito, Locato & Conducto, Mandato, Societate.

ACTIO EX EMPT. ET vend.

EMpti actio emptori integrum precium soluenti vel offerenti datur. ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. offerri. Vel aliàs satisfacienti. ff. de contrah. empt. l. quod vendidi.

Et datur domino, si procurator ex re vel mandato domini emat. d. tit. Iulianus. §. si procurator. C. si quis alteri vel sibi sub alieno nomine emerit. l. cùm per eos. Et datur patri ementi à filiofamiliâs. Vel contrà in castrensi peculio vel quasi, vel in quo pater non habet vsumfructum. l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. & ibi Bart. Datur tutori ementi à pupillo palàm & bona fide, vel cũ decreto iudicis, vel alio tutore authorizante. C. de contrahen.. empt. l. cùm ipse. ff. de authorit. tut. l. pupillus. Datur mutuo & surdo. ff. de actio. l. in quibuscunque. Datur successori emptoris. ff. de contrahenda emptione. l. dolia. §. vlt. Et datur hæredibus. d. tit. l. fistulas. §. qui fundum.

Aduersus venditorem, nolentem tradere rem venditam, ff. de actio. emp. l. 1. Datur contra venditorem celantem qualitatem rei. d. tit. l. ex empto. §. si quis virginem. Item datur contra non præstantem modum dictum in vendito. d. tit. l. 2. Item datur contra venditorem ob euictionẽ. d. l. ex empto. Datur, si dolum malum committat venditor. d. titu. l. tenetur. §. si dolo malo. Item, si culpam committat venditor. l. Iulianus, in his.

Ad tradendam rem, non tamen transferendum dominium. ff. de contrahen. empti. l. rem alienam. Quòd si venditor non habet facultatem præstandæ rei, nec dolo malo desijt habere, liberatur præstando interesse. ff. eod. l. 1. & C. eo. l. si traditio. Et tenetur ad vacuam possessionem tradendam, id est, à nemine occupatam. ff. eod. l. 2. §. 1. Et tenetur principale cum accidentibus tradere. d. l. Iulianus. §. vlti. cum iuribus realibus & personalibus. ff. de contrahen. emptio. l. si aquæductus. Item tenetur fructus pendentes tradere. d. l. Iulianus. §. si fructibus. Et tenetur cedere actiones pro pensionibus fundi venditi. C. de actio. l. si minor. Et tenetur ad interesse celatæ qualitatis rei. d. tit. l. si sterilis. §. quamuis. Item ad interesse euictionis. C. de euictionib. l. non dubitatur. Item tenetur ad præstandum periculum, si subiecit sese periculo ad tempus, Vel ad degustationem, vel ad mensurationem, vel si dolo aut culpa venditoris pereat, vel venditor in mora est, non tradendi, vel conditione extrinseca vendidit, aut in genere, vel alternatiuè, ff. & C. de periculo & com. rei vend. per totum.

EXCEPTIONES.

Exceptiones competentes venditori, aliquot sunt. Prima, precij non soluti. Secunda, vel pręscriptionis. Item, habet generales exceptiones rei iudicatæ, doli mali, Vel quia fuit minor, & pupillus. Item, quanquam excesserim pupillarem ætatem, tamen non x x v. annorum, hoc est, sum minor,

ACTIO VENDITI.

VEnditi Actio venditori datur. ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. ex vendito. Et datur domino procuratore vendęte, quia procurator acquirit actionem domino, ex re domini sine cessione, vel quia dominus mandauit vendi. d. l. §. si procurator. Item competit pupillo vendenti sine tutore. d. l. §. si quis à pupillo.

Aduersus emptorem non soluētem precium, vel vsuras precij, Vel nō soluentem sumptus factos per venditorem ante traditionem, aut non implentem pacta, in continenti contractui apposita.

Ad præstandum precium præcisè, eiusq; dominium transferendum in venditorem. ff. mandati. l. cùm seruus. Et non potest venditor ad rescindendum contractum agere, propter preciū non solutum. C. de act. empt. l. venditi. & de contrahen. empt. l. si non donationis causa, quia in contractibus nominatis non licet pœnitere. l. si pecuniam. ff. de condictione ob cau.

Item datur ad soluendum precium die præscripto. ff. de act. empt. l. si & per emptorem. Item datur ad vsuras precij post diem traditionis, quas ratio fructuum perceptorum generauit,

ideò loco intereſſe iure petuntur.glo.in l.2. C.de vſuris-ff.pro ſociò.l.ſocium.quia poſt morã emptor re & precio vſus eſt, ideò debentur vſuræ. ff.de vſuris. l.mora. §. in bonæ fidei. Item datur ad ſumptus factos per venditorem in re diſtracta ante traditionem : hæc enim onera emptor agnoſcit,ſuprà de vſufructu.l.ſi pendentes.§.penult. Item datur ad præſtandum ea, quæ in continenti promiſit, vt reuendere. C. de pact. inter emp.l.2. Secundùm enim fidem antecedentis,vel incontinenti ſecuti pacti, venditor experiri poteſt. C.de edil.acti.l.ſi apud. Vel ſi pactum ſit, vt precio non ſoluto ſuo die res inempta fiat. ff.de lege commiſſor.per totum.

Exceptiones.

Exceptiones ſunt,ſi res ſit duplo vel plus duplo vendita.l.2.C.de reſcindenda venditione.ff. de minoribus.l.in cauſa.dicitur,quòd liceat contrahentibus ſeſe mutuò decipere: ſed non eſt verum, ſi ſit vltrà dimidium iuſti precij. Item l. in emptionib.ff.de pactis. Vſuræ ſunt prohibitæ, niſi petantur loco intereſſe pro eo,quòd emptor fuit in mora ſoluendi precium : atque hoc licitum eſt de iure tam Canonico, quàm Ciuili. Vide c.conſuluit.extrà, de vſuris. Item l.2.vbi glo. C.de vſuris. & l.ſocium. ff.pro ſociò.l.mora. §. in bonæ fidei. ff.de vſuris. contra hoc dicit emptor: Sorte debere eum eſſe contentum. c.conſuluit.extrà,de vſuris.

ACTIO LOCATI.

Locati Actio datur Locatori prædij vrbani vel ruſtici. ff.locati. l.ſi in lege. §.ſi domus.

Datur

Datur etiam locatori operarum. d.tit.l.qui operas. Item locatori operis faciendi. d.tit. l.item si precium. Item datur fructuario locanti quoàd durat vsufructus. d.tit. l. si quis domum. §. hic subiungit.

Aduersus Conductorem, id est, Inquilinum, seu Colonum.d.tit.l.si in lege.Item aduersus Redemptorem (Der einen Baw bestanden hat) propter opus vitiosum factum. d.tit.l. ea lege.§. fin. Item, contra fideiubentem in omnem causam.d.tit.l.quæro.Item,contra hęredem conductoris propter interitum, vel deteriorationem rei locatæ. C. eod. l.cùm conductorem. & l. inuitos.

Ad pensionem rei locatæ. d. l. quæro. §. inter locatorem, Vel ad integram mercedem, putà si non stetit per locatorem,quò minus locatas solueret. d.tit. l. sed addes. Vel siue conductor ante tempus finitum sine iusta causa deserat conductionem. l.dominus. §. fin. Vel sua culpa occurrat casus,quò minus possit perfrui re cõducta.d. tit. l.penult. §.vlt. Aut datur ad pensionem pro rata temporis, quo fruitus est conductor. d. §. hic subiungit.

Item datur ad vsuras non illatarum pensionum,vel tardiùs illatarum : ad quas etiam fideiussor tenetur, qui se in omnem causam obligauit conductionis.C.eod.l.2.& l.præses.

Tertiò,datur ad deteriorationé rei,quæ processit ex culpa conductoris.ff.ex quibus caus.pigno. tac. contrah.l.2. Item, si culpa conductoris res perijt.d.tit.l.item quęritur.§.si fullo.Vel culpa ministrorum conductoris. l. si merces. §. penult. Vel incendio domesticorum. l. qui insulam.§.fin. Vel culpa eorum, quos induxit. l.vi-

 deamus.

deamus. Aut si imperitia conductor operis peccauit, quę culpa adnumeratur. l. si quis fundum. §. Celsus. & d. l. item quæritur.

Quartò, datur Actio ex locato, vt conductor diligẽter habitet & colat, vsque ad tempus pręscriptum. l. si in. §. si domus, more diligentissimi patrisfamiliâs. Instit. locat. §. penult.

Quintò, datur ad ea præstanda, de quibus in lege conductionis conuenit, Vt vim maiorem. l. si quis fundum. pro qua regulariter non tenetur. C. eod. l. 1. & l. 4. ff. eo. l. si merces. §. vis maior. Vel si promisit damnum non dare, nec sinere alium quem prohibere potest. l. in lege.

Sextò, competit ad dimittendam rem conductam. C. eod. l. ædem. & l. conductores. Et ad interesse, si non dimittat. l. si cui. Et vt dimittat cũ instrumentis. d. l. sed addes. §. illud nobis.

EXCEPTIONES.

Prima exceptio est rei non traditæ. Item defensio est, si deficiat contractus in substantialib. quorum tria sunt: Consensus, Merces, & Res. Merces aut debet esse pecunia numerata certa. Item sterilitas magna potest esse exceptio, si afficiat conductorem damno magno, & contingat propter vitium rei, non culpa conductoris. Item pactum de non petendo. l. si conuenerit. ff. de pactis, Atque hæ sunt exceptiones contra primum caput.

Incẽdium imputatur domino, siue sit ortum à seruis, siue à quibuscunq; domesticis. l. qui insulam. §. fin.

Tempore pestis potest quis dimittere habitationem in annum conductam. l. habitatores. §. iterum interrogatus, &c. illo titulo.

ACTIO

ACTIO CONDVCTI.

ACTIO conducti competit conductoribus, qui numis conducunt, Non illis, qui pensionem certam vel incertã in alia specie præstant. Barto.in l. si apes. ff. de furtis. Item competit pupillo ad interesse propter conclusionem tutoris. ff. locati. l. sed addes. Item competit hæredibus. d. l. si quis mulierem. Instit. eod. in fine.

Aduersus locatorem, vel eius successorem vniuersalem, non singularem. C. eod. l. emptorem. Nisi ille singularis sit necessarius. ff. de bonis aut. iud. pos. l. in venditione.

Competit aduersus hæredem, si defunctus in plures annos locauit, & fuit verus dominus. C. eod. l. viam. ff. si ager vectig. l. 1.

Et datur ad hoc, vt frui liceat reconducta ad tempus præfinitum, & ad interesse. ff. locati. l. Ex conducto vel ad præstandam aliam habitationem æquè commodam. d. tit. l. si quis domum.

2. Vt reficiatur res conducta. d. l. ex conducto.

3. Vt resarciatur damnum, contingens ex re vitiosa locata. l. sed addes. §. 1.

4. Ad præstandum dolum & culpam, non autem casum, cui resisti non potest. C. eod. l. in iudicio.

5. Vt præstetur, quod in lege conductionis conuenit. C. eod. l. legem conductionis seruari oportet. Instit. eod. §. penult.

6. Competit ad expensas necessarias in re conducta, vel vtiles. ff. eod. l. dominus horreorum. §. 1.

7. Competit ad tollenda ea, quæ conductor inædificauit. d. l. sed addes. §. si inquilinus.

ACTIO SOCIETATIS.

SOcietatis actio datur socio omnium bonorum, vel alicuius negociationis aut rei, perpetuò vel ad tempus. ff. pro socio. l. 1. Qui adfectatione societatis incidit in communionem. d. tit. l. vt sit.

Datur curatori furiosi. C. eod. l. fina. Item datur domino ex societate inita per seruum. d. tit. l. si seruus.

Datur colono partiario. ff. locat. l. si merces. §. vis maior.

Datur ei qui dedit pecuniam mercatoribus, pro dimidio lucri & damni. C. eo. l. 1. Vel ei qui dedit pecuniam, vt alius poneret operam. l. Mutius. & l. si non fuerint. & l. societas. Datur collaborantibus. Bald. in l. 1. C. pro socio.

Aduersus socium, cuius persona in contrahenda societate suspecta est. ff. eod. l. fin.

Competit aduersus filiumfamiliàs, & patrem de peculio. l. si id quod. §. si filiusfamiliàs.

Competit contra dominum, eò quòd seruus quem præposuit, negligenter in societate versatus sit. l. de illo. Competit contra intempestiuè renunciantem societati ad interesse. l. si conuenerit. & l. actione. §. diximus. Competit contra heredem, vt bonam fidem prestet. l. nemo potest. & l. & acti culpam. Et vt inchoata per defunctum hæres explicet. l. hæres. Item si super publico vectigali societas sit, transit ad hæredem, l. adeó.

Competit ad perficiendam societatem contractam, vt fiat cessio iurium, & communio rerum. ff. eod. l. 3. Item ad pacta societatis seruanda. l. si fratres. §. item ex. C. eo. l. penul. Instit. eod. §. 1.

Item

Item ad dolum & culpam, latã & leuem. C. cum duobus. §. venit. & l. & quicquid. & l. socius. Item ad reuidendam annuatim rationem societatis. Bald. in rubr. C. pro socio. Item ad refundendam partem impensarum, damnorum & fructuum, contingentem alterum ex socijs. l. pro socio arbiter. & l. cum duobus. §. damna. C. eod. l. 2.

Postremò, ad dirimendam societatem, atque lucra, & damna, inter socios diuidenda. ff. eod. l. verùm. §. fin. & vsuras, & interesse post moram veram, vel fictam socij. l. socium. d. tit.

Exceptio.

Vnam habet exceptionem specialem. Quod socius ad id tantùm astringitur, quod facere potest, ad nihilo plus potest damnari, quàm ad id quod soluere potest, & cui soluendo par est.

MANDATI ACTIO

MAndati directa competit mandanti, putà patri contra filium suum. C. mandati. l. 3. & domino. d. tit. l. si maritus. Et libero homini aduersus eum, cui se redimendum mandauit. l. si procuratorẽ. §. liber homo. Item competit debitori, supponenti emptorem, qui pignus emat. l. si mandauero. §. si hi, quorum. ff. mandati.

Competit substituenti contra substitutum. ff. eo. l. si procuratorem. §. 1. Item competit hæredibus, vt fiat quod post mortem mandatum est. l. si verò non remu. in fi. & l. si quis alicui scripserit. Aduersus administratorem negociorum alterius ex mandato, vt præstet in sua persona, quod in aliorum, l. si nogocia mea. C. eodem.

Contra excedentem vel non implentem mandatum.ff.eod.l.diligenter. Vel intempestiuè renunciantem ad interesse.l.si mandauero. §.fin. Contra procuratorem colludentem vel non exequentem litem.l.si procuratorem. Vel aduersus procuratorem non reddentem res emptas. C.eo. l.procurator. Vel lędentem causam. C.eo. l.cùm per procuratorem. Aut contra procuratorem, ad negligenter gesta & omissa, dolum, culpam, & sumptus. C.eod.l.procuratorem. & l. à procuratore. Competit contra filiumfamiliâs pro eo, quod emancipatus exegit.l.quod filiofam.ff. eod. Contra facientem ex longo interuallo post mandatum, quamuis non exprimat, sese nomine mandantis facere. Bart.in l.qui in aliena. §. si is qui.ff.de acquir. hær. Adeò quod ex interuallo etiam pro pecunia mandantis censeatur emptum, quanquam pecunia non sit numerata.l.4. §.vnde.ff.de manumiss.

Competit contra curatorem bonorum, qui bona vendidit ex mandato, nec satisfecit creditoribus, vendere mandantibus. l. si mandauero, §.si curator.

Competit contra hæredes mandatarij, quia mandatum morte mandatoris vel mandatarij, non etiam mandati actio soluitur. d. tit.l. si pręcedente.

Et competit ad præstandum indemnitatem mandanti. d. l. Diligenter, putà ad interesse deserti officij certam.l.si quis alicui.C.eod. Vel ad custodiendam legem certam & integram mandato dictam.C.eo.l.cum mandati.

Competit prætereà Actio mandati ad periculum existimationis & famæ, vt aliquis reddatur infamis. Quædam enim Actiones directæ infamant,

famant, Licèt hæc infamia non sit tanta, quanta si ex maleficijs quis esset infamis. l. in re mandata, C. mandati. Et ibi Bald. vbi dicit, quòd hæc infamia non repellat à dignitatibus. Aliena enim negocia exacto officij geruntur, nec quicquam in eorum administratione neglectum, culpa vacat. C. eo. l. in re mandata. Item ad hoc, vt neque lucrum, neque damnum apud mandatarium remaneat. l. ex mandato. ff. eo. Periculum enim & emolumentum præstandum est. ff. eod. l. Quin-Mutius. Nisi mādatarius periculum susceperit. d. tit. l. & Aristone. Item competit ad vsuras post moram. C. eo. post solutionem. Vel post stipulationem ad licitum modum. d. tit. l. precij rerum. Et ad vsuras accepti precij, nec tamen soluti. l. idemq;. ff. eo. Item ad vsuras exactas ex pecunia credita. d. tit. l. qui negocia. Item contra procuratorem non reddentem instrumenta. d. tit. l. si procuratorem.

Mandati contraria competit illis, qui mandatum susceperunt, putà qui rerū, vel rei vnius procurationem suscepernnt. ff. mandati. l. si verò non remu. §. contrario iu. &c. Præsertim si aliàs non fuissent facturi, nisi sibi esset mandatum. d. tit. l. si remunerandi. §. si tibi mandauero. Vt ementibus etiam rem communem ad precium & ad interesse. l. si mandauero. §. Iulianus.

Item procuratoribus ad sumptus probabiles litis, etiamsi in causa succubuerunt sine culpa sua. C. eod. l. 4.

Item fideiubentibus, & mandatoribus soluentibus etiam ante iudicium. l. idemq;. §. idem labeo. Vel si pro remuneratione remissum sit creditum. d. l. §. fin. Et domino patriq; ex fideiussione serui, filiiue. l. si verò non remu. §. 1.

Competit etiam fideiussoribus condemnatis. C.eod.l.si fideiussor. Item competit fideiussoribus, si debitor diu in solutione cessauit, vel bona sua dissipauit, ad liberandum se. d. tit. l.Lucius Titius.

Item competit hęredibus fideiussoris soluentibus. l.hæredem. Vel si defunctus soluit. C.eodem. l. 2. Item competit cessionario. Nam qui cedit iura sua, dicitur cessionarium suum procuratorem facere. Speculator de cessione actionum.§.fin.

Mandati contraria Actio competit aduersus mandantem dominum negocia sua. C.eod.l.1.Vt si mandet credere sibi, vel alij cuicunque pecuniam, cuius mandatum creditor est sequutus. C.eod.l.si literas. Vel si mandet alicui, vt credat filiofamiliâs periculo suo, modò licito. l.si verò non renun. §. si quis mandauerit. Item si mandet fideiubere, cuius mandatum fideiussor sequutus est. l. cum mandato. Nam qui fide alterius pro alio fideiussit, præsente & non recusante, vtrosque habet obligatos iure mandati. Item competit contra cedentem ex iusta & rationabili causa. C.eod.l.pen.& vlt. Item competit contra pupillos post mortem patris. C. eod. l.si tibi pupillorum pater. Nam mandati obligatio perpetua est.l.si mandato.§.fin.

Darur ad recuperandum id, quod mandatarius exposuit de suo, & ad vsuras, & ad omne interesse ex æquo & bono. l. si verò non in re. §. si mihi mandaueris.ff.eod. Item ad sumptus iustos factos in percipiendis fructibus, Nisi salarium accepisset, & conuenisset, vt procurator sumptus de suo faceret.l idemq́. §. idem labeo. ff.eod,Item ad sumptus factos bona fide,& si ne-

gocio

gocio finem procurator adhibere non potuit. l. qui mutuam. §.fin.ff.eo. Etiamsi ampliores sumptus fecisset, quàm dominus impēdisset. l. si quis. ff.eo.l. Item competit ad vsuras, quas fideiussor, parcens æstimationi suæ, reo recusante soluit. l. Quintus Mutius.ff.eod. Item competit ad mercedem & cibariæ doctrinæ.l.inter. §.fina.ff.eod. Item competit ad id quod cessionarius minus à debitore delegato consequitur. l. si mandato.ff. eod. Sequuntur Actiones ex quasi Obligatione.

ACTIO TVTELAE.

TVtelę directa Actio competit pupillo. Item competit curatoribus, & contutoribus, cōtra illum, cuius tutela finita est. ff. de tutelæ & rationibus distrahendis actione. l. si tutor. Item competit matri pupilli. C. de suspectis tutoribus.l.1. Item competit hæredi pupilli. ff.eod.l.1.§. hanc actionem.

Contra tutorem, testamentarium, vel datiuum, siue legitimum, etiam qui tutelam gessit. C.si tutor non gessit.l.1. Item contra filiumfamiliâs emancipatum. ff.d.tit.l. nisi finita. eius temporis, quod est ante emancipationem, in quantū facere potest.ff.d.tit.l.si filiusfamil. Item contra plures tutores existentes soluendo, inter quos diuisa est administratio.ff.eod.l.1.§.nunc tractemus.C.de diuid.tuto.l.2. Item contra hæredem tutoris, propter dolum defuncti, quem hæres sciuit, vel lis erat contestata. ff. de fideiuss. tutorum.l.fin. Item contra fideiussorem & defensorem, & curatorem bonorum, & nominatorem. ff.de fideiussor.& nominator.& hæred.tutor. l. 4.C.eod.l.penult.

Ad gesta & neglecta. C. de testamen. tutela. l. si tibi pater. Vt si authorizauit ad alienandũ quod facere non debuit. ff. eo. l. 1. Vel neglexit alere de largis facultatibus pupilli matrem egentem. Vel ad rationem actus sui reddendam. d. tit. l. 1. §. officium tutoris. Vel ad reddendam pecuniam pupilli. l. si tutor rem tibi. Vel ad vsuras eius pecuniæ, quam hæres agitauit. ff. de fideiuss. tut. l. cùm ostendimus. Item ad dolum & culpam, latam & leuem. C. arbitrium tutelæ. l. quicquid. Et diligentiam quantam in suis rebus. ff. eod. l. 1. Item si non appellauerit in bona causa pupilli. C. de administratione tut. l. si bonam causam. Item si neglexerit exigere debita pupilli. C. eo. l. 2.

Tutelæ contraria Actio, competit tutori, & ei qui pro tutore gessit. ff. de cõtraria tutelæ acti. l. 1. Item competit curatori prodigi, vel furiosi. d. tit. l. 1. Item competit hæredi, & ad quos ea res pertinet. ff. de contraria tutel. actio. l. quid ergo. §. vlt.

Aduersus pupillum, hæredem, cæterosq; successores: & in eos, ad quos ea res pertinet. d. §. fin.

Ad consequendum quodcunque pro vtilitate gessit, & quod sibi abest. d. tit. l. 1. & l. quid ergo. §. 1. Et ad recipiendum quicquid tutor impenderit de suo. d. tit. l. 1. Ad sumptus litis, & viatica. d. l. 1. §. si pupillis. Itẽ ad vsuras pecuniæ consumptæ in rem pupilli. ff. de contraria tutelæ actio. l. quid ergo. §. contrarium.

DE RATIONIBUS DIstrahendis.

Hæc

Hęc ad ſuperiorem ſe habet, vt ſpecies ad genus, ſolumq́ propter perfidiam datur.

DE rationibus diſtrahendis Actio competit pupillis, hæredibus, ſimilibusq́ perſonis. ff. de tutelæ actio. l. 1. §. fin.

Aduerſus tutores quoslibet, & cuiuslibet generis. d. tit. l. 1. de rationibus diſtrahendis: qui in tutela gerenda rem pupilli ex bonis abſtulerunt. d. tit. l. Actione.

Ad duplum rei vel pecuniæ pupillaris interceptæ. d. l. 1. §. conſiderandum.

DE TESTAMENTIS, Actio.

Hęc Actio habet omnem materiam de teſtamento, Legatis, Fideicommiſſis, & ſucceſſionibus ab inteſtato.

ACTIO ex Teſtamento, datur legatario & fideicommiſſario. Inſtit. de oblig. ex qua. contr. §. hæres. Item competit ei cui aliena res legata eſt, teſtatore ſciente. C. de legatis. l. cùm alienam rem. Item competit hæredibus. C. de legatis. l. in annalibus. Modò ea nata ſit, ſcilicet Actio, ſi aliquis mortuus eſt. C. de conditionibus inſertis. l. ſi vxorem. Item competit adminiſtratori eccleſiæ, & cuiuslibet pij loci. C. de epiſc. & cler. Authentica, cauſa quæ ſit. & c. edoceri. extrà, de reſcrip.

Aduerſus hæredem, qui legatum debet, hoc eſt, qui immiſcuit ſeſe hæreditati. ff. de actio. l. ex maleficijs. §. hæres quoque. & ex quib. cauſ. in poſſ. eatur, l. ſed & is. Et contra quamcunq; per-

sonam grauatam legato vel fideicommisso. C. communia delegat.l.1. Et contra executores vltimarum voluntatum.l.nulli. C.de episc. & cle. Quia in hoc loco habentur loco hæredis. d.tit. si quis ad declinandam. §.1. Et contra cessantes soluere pijs locis relicta, ad duplum. Institut.de actio.§.ex maleficijs.

Actio ex testamento datur ad legata vel fideicommissa, etiam ad redimenda ea, si pignorata sint..C.de legatis.l.3. Item datur ad interesse deteriorationis, si legatum fuit deterius restitutũ. ff.de legatis. 2. l. melius. §.in fundo. & l. huiusmodi.§.ædes, de legat.1. Item datur ad vsuras & fructus.C.de vsuris vel fructib. legat.l.1.& l.vlt. Nedum post litis contestationem, verumetiam post moram. ff.de vsuris. l.mora. & l. equis. C. quib.restitu.in integ.non est nec. l. in minorum. Item datur propter dolum, culpam, latam & leuem.ff.de lega.1. l.cùm res. §.culpa. Et datur ad damnum contingens legato post moram hæredis, & ad litis sumptus. ff.de lega.2. l.qui solidũ. §.etiam.& l.Titia Seio.§.vsuras.

Actiones descendentes ex obligationibus ex Maleficio, sunt quatuor, sed de Ciuilibus hic tantùm agemus. Primùm.

DE ACTIONE FVRTI.

De iure nouo & communi, vt est in Authent. in C.de furtis, nullus dicitur mori, aut membrũ amittere, sed castigari, & fustigari. Sed vsus habet & c.1.§.si quis quinque solidos, in vsib. feud.de pace tuenda, vt suspendatur laqueo: & illud nos obseruamus. Quæ consuetudo dicitur esse ex lege Lombardorum: Alio qui vix habemus in iure, quòd quis debeat mori.

NON

NON manifesti furti Actio datur de iure dominij domino.l.si vendidero.ff.de furtis.Item datur ei, cuius interfuit nō surripi.dit.tit.l.cuius. Institut.eod.§.furti. hoc est, ei qui ob id tenetur, quòd res culpa cuius perijt. l. eum qui. §. an pater, vel ad eius custodiam res pertinuit. d.l.§.vlt. Putà defertur commodatario, colono, vel creditori.l.itaque.l.Fullo.l.eum qui.ff.eod. Item datur hæredibus eius, cui furatum est.ff.de priuatis delict. l.1.

Contra surripientem alienam rem mobilem, qui pertulit eò quò destinauit. Instit. eod. §. 1. si hoc animo celandi fecit, l.qui fas.ff.de furtis.Vel lucri faciendi causa, quod se facere inuito domino sciuit. l. inter omnes. §. rectè dictum est. Et contra omnes, qui scientes rem furtiuam susceperunt, & celauerunt. Institut.eodem. §. sed hæ actiones.

Item contra procuratorem falsum, citra domini voluntatem exigentem æs alienum. l. falsus procurator.C.eod.

Item contra creditorem celantem pignus, vel vendentem aut vtentem .l.creditoris. & l. si pignore.& l.si quis pignore.ff.eod.

Item datur contra impuberem doli capacem. l.impuberem.& §.penult.Instit.eod.

Et datur ad duplum rei, relata æstimatione ad verum precium eius temporis, quando fuit preciosior.l.in furti actione. ff.eod. & ad duplū interesse.l.qui tabulas. ff.eod.Et ad accessiones.l. eum qui.§.item si iumenta.& l.qui saccum. ff.eo.

Plerunque criminaliter hodie agitur actione furti, sicut habet lex fin. huius tituli, & petitur pœna extraordin. Raro ciuiliter. Multa hoc de vitio feruntur passim in iure, de pœna dupli, vel

quadrupli: quæ hodie abolita sunt. Sed hodie pœna extraord. in fures statuitur, scilicet vt laqueo suspendantur. Nihil dicam de Actione furti manifesti, quia eædem sunt personæ, quibus competit, & aduersus quas. Neque quicquam discriminis inter has noui, nisi quòd illa ad quadruplum, hæc verò, scilicet, Non manifesti, ad duplum.

EXCEPTIONES.

Sed potest fur semper excipere, de animo furandi, quòd hoc non animo furatus sit, vt vellet seruare: quia animus & voluntas semper distinguunt crimina. Item, excipere potest de re vili, quæ est minor duobus florenis. Vbi non datur Actio furti. l. si libertus. ff. eod. tit. & ibi scribentes. Item extrà, c. 1. de homicidio.

DE CONDICTIONE furtiua.

In multis differt ab actione furti.

Condictio furtiua competit soli domino. ff. de condict. furt. l. 1. Vel ei cui res surrepta est. Vel hæredibus eius. d. tit. l. sed nec legatarius. Item competit procuratori soluenti de suo indebitos numos pro domino. d. titul. l. quando.

Aduersus eum, qui furtum fecit clàm, palámue. d. tit. l. siue. Vel hæredé eius. l. ex causa. Quanquam nil peruenerit. Et cæteros successores in ius. l. sic pro fure. §. vlt. in solidum, si solus hæres sit. Vel pro parte hæreditaria. l. in condictione.

Datur

Datur contra abutentes re commodata vel deposita, si interierit, etiam sine dolo & culpa abutentium. l.qui furtum.

Datur contra dominum patrémue, ob id quod peruenit ex culpa serui vel filij.l.si seruus.

Datur contra tutorem, curatorémue.ff.eo.l.2.

Ad corpora ipsa furtiua, si extant. Si desierũt extare ad æstimationem quanti plurimi. Nisi fur obtulisset, dum extabant.l.in re furtiua.

Datur ad interesse lucri cessantis. l.3. Item datur ad fructus. Nec deducit fur sumptus curæ.l. ex argento. Et statim, Nam fur semper moram facere videtur.l.in re.& l.fin.ff.de condict.furt.

Supersunt adhuc duæ actiones ciuiles pro furto, scilicet, Actio rerum amotarum. 2. Arborum furtim cæsarum. Aliæ furtiuæ, sunt omnes personales, vel prætoriæ.

ACTIO RERVM AMOTARUM

Hæc actio datur matrimonio soluto, aut per diuortium, aut mortem.

Rerum amotarum actio datur marito vel vxori, si diuortij consilio, vel spe mortis alterius coniugis alter res amoueat. ff.eo. l. rerum amotarum. Et competit socero. ff.eod. l.contra nurum. Et competit hæredi mariti decedentis post diuortium. d.tit.l.contra nurum, quia rei persecutionem continet, ideò non finitur anno.l.si mulier.

Contra eam, quæ vxor fuit, & amouit res mariti causa speratæ mortis, vel diuortij. C. rerum amotarum, in Rubr. ff.eod.l.si mulier. Item

datur contra nurum, & pronurum maritis existentibus, in potestate soceri vel prosoceri. d. tit. l. nihil. §. 1. Item datur contra patrem de rebus amotis per filium, vel filiumfamiliâs peculiotenus, vel quatenus locupletatur ex ea re. d. l. contra nurum. & l. viua filia. & l. filiũfamiliâs. Item datur contra successores vxoris, non in solidũ, sed quantum ad eos peruenit. C. eod. l. vltima. Item datur contra opem ferentem, vel consiliũ dantem. l. si rem, vel iubentem. l. iubentẽ. l. si mulier. Ad res consumptas, vel peremptas. d. tit. l. 2. §. item verum. & l. si concubina. Et datur ad æstimationem, quantum in litem iurasset actor. ff. eod. l. si cùm das. Aestimatione relata ad tempus amotionis, vel quantiplurimi. d. tit. l. penul. Item datur ad damnum factum in rebus amotis, vel ad commodum cessans. l. si mulier. §. rerum amotarum. Et maritus tenetur amplius, quàm facere potest. d. l. §. vlt.

ACTIO ARBORVM FVRtim cæsarum.

Ciuilis illa quoq; est, quia descendit ex l. 12. Tab. quæ sunt ciuiles.

ARborum furtim cęsarum actio, datur vel domino, siue emphyteotæ, aut vasallo. l. 1. & l. cædere. ff. arbo. furt. cæs. Item datur hæredibus, successoribusq́; l. furtim, in fin.

Aduersus cædentem, vel ferientem, vel deglabrantem, excoriantem. l. cædere. Arborem radicatam. l. 1. Vitem furtim, id est, ignorante domino, celandiq; eius causa. l. furtim. Item datur contra plures, & singulos in solidũ. l. si plures, quia

ex

ex pluralitate delinquentium pœna delicti multiplicatur. ff. ad l. Corneliam, de sicarijs. l. si in rixa. Sed non ex pluralitate eorum, in quos delinquitur. Item datur contra imperantem seruo suo vel libero, vt cædat. l. furti.

Ad duplum quanti domini intersit, non lædi, deducto precio arborum cæsarum. ff. eod. l. facienda æstimatio est.

ACTIO DE TIGNO iniuncto.

ACTIO tigni iniuncti datur domino, cui tignum surreptum est, & alienis ædificijs iniunctum. ff. de tigno iniuncto. l. 1. & 2. Et datur aduersus iniungentem tignum furtiuum suis ædificijs. Vel qui tignum iniunctum habet, ff. de rei venditione. l. in rem. §. tignum. Item datur aduersus ædificantem domum in suo solo, ex aliena materia. Instit. de rerum diuis. §. cùm in suo solo. Ad duplum æstimationis tigni. ff. de tigno iniuncto. l. 1.

ACTIO LEGIS AQVILIAE.

Secunda ciuilis Actio, ex obligatione ex Maleficio. Agitur ex hac actione vel ciuiliter, vt C. l. 3. hoc tit. Vel criminaliter, vt de leg. Cornelia, de sicarijs.

LEgis Aquiliæ Actio ex primo capite, datur domino. l. item Mela. §. legis. ff. ad l. Aquil.

Datur emptori redhibenti, & bonę fidei possessori. d. §. legis.

Datur vsufructuario. d. l. §. fin.

Datur hæredi cæterisq; successoribus. l. inde Neratius.§. hanc actionem.ff.ad l. Aquil.

Et datur aduersus occidentem iniuria alienum seruum, vel quadrupedem pecudem. ff. ad l. Aquil.l.2.

Et datur contra creditorem occidentem seruum pignoratum.ff.eod.l.sed etsi quis.

Datur contra pręceptorem nimis seuerè castigantem discipulum.l.præceptoris.

Datur contra Medicum imperitè secantem. l.qua actione.§.si quis. Contra impuberem doli capacem. l. sed etsi quemcunque. Contra hæredes, cæterosq; successores ex damno locupletatos.l.inde Neratius.§.hanc actionem.& Insti.eo. §.his autem verbis. Et datur ad id, quanti in eo anno plurimi fuerit, & quanti interfuit, non esse occisum.ff.eod.l.ait lex.

Et datur ad interesse extra rem. Instit. eod. §. illud.

Et datur ad interesse commune, non affectionis.l.si seruum meum.

Et datur ad operas & impendia. l. qua actione. Et datur ad dolum & culpam.Instit.eo.§.càpite tertio. Et datur in solidum in singulos occisores. Nec alium releuat, quod alius præstitit. ff.eod.l.item.§.1. Et datur ad duplum contra inficiantem.C.eod.l.contra negantem.

Actio legis Aquiliæ ex tertio capite datur domino serui, vel quadrupedis vulnerati, vel feræ vulneratæ, & omnis rei inanimatæ corruptæ. l. item Mela.§. legis.& l.si seruus seruum. §. tertio autem capite. Item datur domino agri depasti, inducto pecore alieno.extrà,eod.c.fin. Item domino exustæ domus, contra vicinum malè custodientem ignem.l.si egressus.& c.si quis domũ.

extrà,

extrà, de iniurijs, &c. Item datur marito contra vxorem. l. si seruus. §. si cum maritus. ff. eod. Datur creditori propter inopiam debitoris, vel quòd litem amisit. l. qui occidit. ff. eod.

Aduersus facientem damnum, putà si vsserit, ruperit, fregerit iniuria. ff. eo. l. si seruus seruum. C. eod. l. 1. Contra lædentem vel occidentem feram, quæ pecudum numero non est. l. quemadmodum. §. penult. Contra iubentem, qui ius imperandi habuit. l. liber homo. Contra delentem chirographum vel testamentum. l. si quis testa. Contra dominum scientem & patientem seruũ vulnerari. l. in lęge, illo tit.

Ad damnum resarciendum, vel ad restituendum in pristinum statum. C. eod. l. 2. & l. si legis Vel ad quanti ea res fuit in diebus triginta proximis. extrà, eod. c. 2. Item ad dolum & culpam, consistentem in faciendo, non in negligendo. ff. de vsufr. l. si cuius. ff. eod. l. qui occidit. §. penult. Ad leuem & leuissimam culpam. extrà, eo. c. fin. Ad interesse commune, non affectionis. l. si seruũ meum. Ad operas quas amissurus est percussus toto vitę suæ tempore. l. ex hac lege. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

ACTIO, SI QVADRVPES pauperiem fecisse dicatur.

Hæc est cognata superiori.

ACTIO si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, datur domino, vel etiam ei cuius interest, quòd quadrupes, vel quodlibet animal ex feritate nocuit contra naturam suam. ff. si quad. paup. fec. dic. l. 1. Vt cùm equus calcem

reijciendo crus agasonis fregit. d. tit. l. fin. Item datur hæredibus, cæterisq; successoribus. d. tit. l. hæc actio. & l. 1. §. vlt. Et datur aduersus dominum, cuius nunc est quadrupes. d. l. 1. §. & cùm etiam. Purà contra habentem eam, ibi quà vulgo iter fit, quæ nocuit. Instit. eod. §. fin. Item aduersus plures, singulos in solidum. d. l. 1. §. si communem pluribus. Contra hæredes, cæterosq; successores eo iure, quo domini sunt. d. l. 1. §. fin. Ad dandum id quod nocuit, id est, animal, quod noxiam commisit. Aut ad offerendum noxiæ æstimationem. Item ad solidum, si reus in iure interrogatus, responderit, non esse suam quadrupedem. d. l. 1. §. interdum. Ad impensas in curatione factas, & operas amissas, per hoc quòd vulnerauit quadrupes liberum corpus. d. tit. l. ex hac lege.

Hæc Actio habet hoc peculiare, quòd non est Natiua (scilicet ex Obligatione, Maleficio vel quasi &c.) sed est Datiua, scilicet à lege, propter pauperiem.

ACTIO DE PASTV pecoris.

Cognata est superioribus.

DE pastu pecoris Actio, datur domino fundi, in quem immissa pecora segetem vel glandem depauerunt. C. ad l. Aquil. l. vlt. Aduersus depascentem in fundo alieno, suo pecore immisso, alienam glandem vel segetem. ff. de præscript. ver. l. qui seruandarum. §. vlt. Ad damnum resarciendum, purà pro frumento depasto in herba per pecus tuum: quod æstimatur

tanti,

tanti, quanti vendi potuisset, tempore dati damni, cum dubio euentu perceptionis frumēti tempore messium. ff. famil. hercisc. l. propter spem. Cynus in l. fin. C. ad l. Aquil.

INIVRIARVM ACTIO.

Ea datur bifariam: Aut propter factum, & est Ciuilis: & datur ex l. Cornel. de iniur. Aut propter verbum vel conuitium.

De hac Actione plura methodicè Cynus, in l. si non conuitij. Vbi omnia copiosissimè & pulcherrimè.

INiuriarum Actio ex lege Cornelia, datur pulsato, verberato, cuiusq; domus vi introita est. de iniurijs. l. Lex Cornelia. Putà datur colono, vel inquilino, vel filiofamiliàs, sine cautione de rato. d. l. §. in lege Cornelia. Item datur domino pro verberato seruo contra bonos mores. l. item apud Labeonem. §. prætor ait. C. eod. l. dominum. Inde ciuitati pro ciue, principi pro vasallo, abbati pro monacho, episcopo pro clerico competit. Angel. Instit. eod. Competit marito pro vxore. C. eod. l. 2. Et socero pro nuro. ff. soluto matrimo. l. quia parentis. Competit patrifamiliâs, ob iniuriam factam liberis vel seruis. Item hæredi, ob iniuriam factam defuncto. ff. eod. l. 1. Item hæredi, lite contestata per defunctum. l. iniuriarum actio. ff. eod.

Aduersus dominum pro iniuria serui. l. sed & quæstionis. ff. eod. Item contra scribentem, componentem, vel ipsum mandantem realem iniuriam fieri. l. non solùm. §. si mandato. & Instit. eod. §. penult. Contra creditorem, vi ingredientem bona debitoris. l. si iniuriæ, Contra

magi-

magiſtratum iniuriantem vt priuatus. l.nec magiſtratus. Contra attentantem pudicitiam ingenui, libertini, vel ſerui. l. ſi ſtuprum. & l. ſed & quæſtionis. Contra ſucceſſores lite conteſtata. l. iniuriarum actio.ff.eod.

Ad æſtimationem iniuriæ. l. conſtitutionib. ff.eod. & l.eum qui nocentem. Ad intereſſe operarum.Inſtit.eod,§.in ſumma.Et ad plures iniurias,quas qui ſimul paſſus eſt coniunctim.l.prętor edixit.§.fin.Tot enim ſunt iniurię,quot perſonæ iniuriantium. ff. eod. l. ſi plures. Ad infamiam & æſtimationem, ſi atrocis iniuriæ damnetur.l.diuus Seuerus. Vel ad coërcendum eum, qui propter egeſtatem vel humilitatem,infamiā contemnit.l.ſi quis iniuriam.

Hæc Actio ſemper infamat, ſed cautela eſt, vt agatur per procuratorem, ſic euadūt infamiam. l.fin. C.eod. & l.non ſolum.ff.eod.

Sequuntur Actiones ex quaſi Maleficio. & de vna tantùm quatuor ſpecierum Ciuili hic agemus.

ACTIO IN FACTVM, EX imperitia Iudicis.

C.de pœna iudicis qui malè iudicauerit,multas pœnas iudicis malè iudicantis ex dolo,recenſet in §.& legibus quibuſdam.Atque hoc ſi ex dolo,ſecùs ſi ex imperitia malè iudicet. Nam tum facit litem ſuam : & poteſt agi aduerſus eum actione præſcriptis verbis.

Hæc Actio nullum habet peculiarem titulum, ſed hinc inde colligitur. Datur autem hæc Actio parti læſæ per ſententiam.

IN factum Actio, ex imperitia Iudicis, datur contra iudicem perperàm iudicantem, errore tamen non expresso. Nam errore manifesto, sententia ipso iure nulla est. glo. in l. fina. ff. de extraord. cog. Siue sit ordinarius, siue delegatus, siue arbiter iudex, cum pœna. Sed aduersus filiumfamiliâs datur peculiotenus. ff. de iudicijs. l. si filiusfamiliâs. Et datur aduersus hæredem, quatenus ad eum peruenit. ff. de calumnia. l. in hæredem. Iure autem Canonico hæres semper tenetur, quia tenetur exonerare conscientiã defuncti. c. fin. de sepulturis. Legistæ in l. Pomponius. ff. de acquir. posses. Et datur in quantum religioni iudicis æquum videtur. ff. de actionib. l. ex maleficijs. §. iudex. Item si plures sint, tenentur in solidum. Sed vnus soluendo alium liberat. Instit. eod. §. fi. vbi glossa.

De alijs Actionibus ex quasi Maleficio. tractabitur tum, cùm ventum fuerit ad Actiones Prætorum.

Nunc transibimus ad Actiones personales ciuiles, scilicet ad Condictiones, quę sunt ex quasi contractu. Sunt autem variæ, licèt quatuor tantùm sint regulares. Aliæ propemodùm sunt anomalæ, vt est furtiua. Condictio ob causam tantùm locum habet in contractibus innominatis, & ijs qui sunt initi inter priuatos. Nam si aliquid des Ecclesiæ vel Magistratui, & ille vertat in alium meliorum vsum, non habet locum Condictio.

CONDICTIO CAVSA data, causa non sequuta.

Con-

CONdictio causa data, causa non sequuta. competit danti parendi conditioni causa ea non secuta. ff. eod. l. 1. Vt si creditor accepto ferat debitori, vt aliquid faciat. l. si quis. & l. si mulier. ff. de condict. indeb. Vel si extraneus det dotã, hoc pacto, vt nuptijs non secutis repetatur. d. tit. l. si extraneus. Item datur donanti causa mortis, si reualescat. d. tit. l. cùm quis. Secundò datur pœnitenti, & certi oranti re integra. ff. eod. l. 3. §. 1. & l. si pecuniam. §. si seruum. Etiam datur hæredi. C. eod. l. 2. Et datur aduersus accipientem ob causam, si causa non sit reperta, vel secuta. ff. eod. l. penult. Repetitio competit, etiamsi sequatur factum, sed ex alia causa. l. dedi. §. si liber. Item si causa non sit impulsiua, id est, non respiciat merum commodum & vtilitatem eius cui datur. C. de iure dot. l. si mulier. Item, non sit causa tacita, ab vna tantùm parte intellecta. Non sit impossibilis de iure vel facto, quam dans impossibilem sciebat. Non impediatur implementum casu ante moram debentis, vel facto eius cui debet impleri. l. iure ciuili. C. de conditio. & demonst. Item si res vel factum sit repetibile. l. si non sortem. ff. de condict. inde. Prætereà datur aduersus non dantem speciem, pecunia accepta vt speciem daret, siue res intereat priusquàm det, siue ita transferat dominiũ, vt auocari possit. ff. de solut. l. si rem tradam. inf. eod. l. fin.

Condictio ex secundo capite, pœnitentia scilicet, competit contra recipientem, vt aliquid faciat: & antequàm cœpit facere, fuit certioratus de pœnitentia dantis. l. si pecuniam. §. si seruus. Nam pœnitere licet in contractibus innominatis, celebratis statim, cum prophanis, factis

sub

ſub modo, reſpectiuis, non ſtipulatis, non iuratis, non tranſactis, non vtrunque impletis. Iaſon in l. ſi pecuniam.

Datur ad repetendum id quod datum eſt, ſi eſt ſpecies, vel tantundem ſi eſt quantitas. ff. de rerum permut. l. 1. ſiue datum ſit verè, ſiue interpretatiuè, Vt ad liberandum ab obligatione, cùm fides promiſſi non ſequitur. C. eod. l. ſi cùm exiguam. Item ad reponendum debitorem in primam obligationem, ſi conſenſu partium poteſt reſuſcitari. Iaſon in l. ſi quis accepto. ff. eod. Item ad fructus & partus poſt moram. ff. eod. l. qui ſe deb. §. fina. Et intelligitur de naturalibus acceſſionibus, non ciuilibus. C. de condictio. ob turp. cauſ. l. quoties. Item ad mercedem reddendam, ſi caſu operator non poteſt præſtare operas. C. eod. l. ſi militem. Et hoc ſi caſus contingat in perſona operarij, non in perſona conductoris operarum: Nam tunc non condicitur merces. l. penult. & vlt. C. eod.

In condictionibus non veniunt vſuræ, quia conueniunt cum actionibus ſtricti iuris, non bonæ fidei, vbi veniunt vſuræ.

ACTIO OB TVRPEM cauſam.

Condictio ob turpem cauſam, datur ei, qui dat pecuniam alicui, vt faciat id, quod gratis facere tenetur, Vel non faciat, quod gratis omittere tenetur. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. vlt. C. eod. l. penult. Putà ſi quis det alicui pecuniam, ne negocium per calumniam fiat. ff. de calum. l. in hæredem. §. ſed etiam. Item ſi quis iudici det pecuniam, vt ferat iuſtam ſententiam, vel

vel causam citò expediat: vel det testi, vt secundùm veritatem testificetur. ff.co. l.2. quia nec iusta sententia, nec vera testimonia vendenda sunt. 14. quæst.5.c.non sanè.34. Aduersus recipientem ob turpem causam, vt ad omittendum illud, quod de iure tenetur non facere. ff. eod. l.1. & 2. Vel ad faciendum, putà ad occultandum maleficium. ff. eod. l.idem. §. vlt. Item datur contra Vsurarium, cui vsuræ solutæ sunt. c.debitores, extrà, de iureiur.c.consuluit. & c. Michael, de vsuris. Item datur contra socium criminis, accipientem pecuniam, vt malefactorem, consociũ, vel seipsum indicet.l. idem. §.si tibi indicium.ff. eodem.

Cynus dicit, eum nulla affici iniuria, cui promissum est, fore eum, si dicat & socios prodat, à morte & pœna immunem: etiamsi pòst suspendatur. Nam illa promissio condici potest, vt quę turpis est.

Item datur contra accipientem ex metu & vi: Turpitudo enim vis & metus est. gloss. in l.2.C. eod. Item datur contra præsidem auferentem iussu terrifico. C.eod.l.quod euitandi.ff.de conclusio.l.1.

Concussores dicuntur, qui munera à subditis pecuniam indebitam, & exactiones extorquent.

Ad repetendum id, quod ex iniusta causa apud aliquem est. ff.eod.l.perpetuò. Et si duabus causis, quarum altera iniusta est, repetitur pro dimidia. ff. de legat.2. l.cùm filius. Item ad liberandum ab obligatione, qua quis ex turpi causa nexus est. C.eod.l.1. Item datur ad æstimationem earum rerum, quæ iniusta causa apud aliquem post moram perierunt. C.eod.l.fina. Non autem datur ad vsuras. C.eod.l.quotiens.

CON-

CONDICTIO SINE causa.

Condictio sine causa, competit promittenti vel soluenti debitum, quod credebat ex aliqua causa subsistere, cùm nulla fuit. Vel ob causam, quæ finita est, vel sequuta non est, siue redijt ad non iustam causam. ff. de condictio. sine causa. l. 1. Putà conductor equi ex sententia soluit mercedem siue precium pro equo, qui deinde ad dominum redijt. ff. eo. l. 2. Vbi causa, quæ suberat tempore sententiæ, deducta est ad non causam, adeò vt soluens ille precium condicere possit. Siue si quis nupsisset ei, cui per consanguinitatem vel affinitatem nubere non potuit. ff. eod. l. fina. repetit dotem quæ data est ob causam de iure impossibilem, quam dans ignorauit. l. si cùm dotem. §. fin. ff. solut. matrim. Aduersus creditorem retinentem instrumentum solutæ quantitatis, vel non debitæ. C. eod. l. 2. Vel retinentem cautionem, ad quam non est sequuta numeratio. C. eod. l. fin. Ad quantitatem vel obligationem liberandum in totum vel in partem, quatenus sine causa est. ff. eod. l. qui sine. Item ad repetendum solutum per sententiam, quando causa propter quam lata est sententia, reducitur posteà ad non causam. ff. eod. l. 2. Item ad fructus consumptos à malæ fidei possessore. C. eod. l. mala fide.

Exceptio.

Exceptio contra hanc Actionem: Qui promittit vel soluit sine causa, donare videtur. Suprà, l. in summa. §. de condictio. indeb. Verum est, si habeat animum donandi, aut si scienter soluit. Sed in dubio non præsumitur donatio.

CONDICTIO EX lege.

In C.hæc Actio ponitur ſub priore condictione. In ff.vix quinque ſunt paginæ vel lineæ, ſed latiſſimè patet, licèt ibi ſit lex Vnica.

Hic neque ex cõtractu, neque ex quaſi cõtractu, neque ex maleficio, vel quaſi maleficio, ſed ex lege ſic iubente, id eſt, quando lex decernit alicui quippiam, & iubei ei actionem dari, neque tamen exprimitur actio, ſemper datur condictio ex lege. Nam eſt generalis actio, ſicut actio in factũ. Sed differunt, quia hic ſemper addẽda eſt, ex qua lege ſumatur actio hęc.

Condictio ex lege competit Fiſco, cõtra debitorem debitoris ſui, præcedente diſcuſſione ſolenni ante diem. C.eod.l.1.id eſt, de condictione ex lege. Item competit Aduocato, cui nudo pacto ſalariũ promiſſum eſt. C.de ſuffragio.l.1.

Aduerſus obligatum noua lege, qua non eſt cautum, qua actione experiendum ſit. ff.de condict.ex leg.l.vnica.Item contra donantem nudo pacto.C.de donationibus. l.ſi quis. §.ſin autem. Ad deteriorationem aduenientem in ſeruis, propter tormenta.ff.de adult.l.ſi poſtulauerit.§.fin. cum lege ſeq.

Ex nudo pacto (quod non eſt veſtitum aliquo contractu, quod non poteſt parere aliquam actionem) non naſcitur actio, ergo tum ſemper datur illa actio, & ſemper addatur: Ago condictione ex illa.l.&c.

CON-

CONDICTIO TRITI-
caria.

COndictio triticaria datur petenti rem consistentem in pondere, numero, vel mensura, siue res mobilis, siue immobilis sit: corporalis, vel incorporalis: certa, siue incerta. ff. de condict. trit. l. 1. Item ei qui duntaxat possessionem in re subtracta habet. Paul. de Cast. in l. 1. Et datur aduersus debitorem, possessorem, detentorem rei certæ siue incertæ: corporalis, siue incorporalis: modò non sit pecunia numerata. d. l. 1. §. fin. Ad res mobiles siue soli, & ad iura. d. l. 1. Vel ad æstimationem rerum perditarum, quantæ fuerunt tempore condemnationis, vel tempore mortis, vel tempore moræ, si æstimatio decreuit. ff. eod. l. penult. Et habetur ratio temporis & loci, quando vel vbi debetur: vel quando, aut vbi petitur. ff. eod. l. fin.

☞ Differt condictio triticaria à condictione certi generalis, quia condictio triticaria inuenta est pro rebus, quarum æstimatio variatur ex tempore. l. in hac act. & l. fina. illo tit. Vnde quia æstimatio pecuniæ numeratæ semper vniformis est, pro pecunia numerata non competit, vt hic in l. 1. in principio. Competit tamen etiam ad incerta, id est, ad seruitutes. ff. de verbor. obliga. l. vbi autem. §. qui id. Siue sint nostra, siue nobis debita. Sed condictio certi generalis, datur ad pecuniam numeratam, sed non datur ad incerta. ff. si cert. peta. l. certi condictio. Et datur quoties certum petitur ex omni causa, & omni obligatione pura. Item ex sententia. d. l. certi. condictio.

CONDICTIO INDEBITI.

Hæc inter omnes condictiones omnium difficilima. l. ex his autem. est summa & scopus huius tituli.

COndictio indebiti datur soluenti indebitum naturaliter & ciuiliter. l. naturaliter. Vel ante diem. l. sub conditione. Vel vbi debitor perpetuò tutus erat per exceptionem. l. qui exceptionem. ff de condict. indebiti. Et hoc si ignoranter soluat, ignorantia facti, vel etiam iuris, quia agitur in damnis vitandis. ff. eod. l. 1. C. eod. l. 6. & l. quod quis. & l. ex his. ff. illo titulo. Inde competit posthumo, & filio reuerso ab hostibus, & omnibus ad quos hæreditas cœpit pertinere. l. idem est. & l. nec nouum est. ff. illo titulo. Item competit procuratori soluenti indebitum. l. si procuratori. l. si reus. & l. si fideiussor. Item competit liberto pro operis indebitis. l. si non sortem. §. libertus. Item competit illi, pro quo indebitum solutum est. l. qui hęredis nomine. Et pupillo furioso & prodigo. l. interdũ. Item competit hæredi, propter indebitum solutum per defunctũ. l. si fundi. Vel per seipsum. l. is qui plus. Item competit putatiuo debitori, ob causam obligatoriam de pręterito, si esset vera. l. qui loco certo. & l. in summa. ff. eod. Item competit debitori ignoranter soluenti indebitum, quamuis renunciauit cõdictioni, quia iuri quod quis ignorat sibi competere, nunquam intelligitur renunciasse. l. in repudiandam. ff. de acquiren. hæred. Etiamsi dubitet sibi competere. C. eod. l. fin. Iason in l. Stichus. §. idem quæ sunt. ff. eod. Item competit soluenti debitum pleniùs, quàm debeat.

beat.l.quamuis. §.cùm iter. Item competit promittenti plus quàm debeat. l.is qui plus. ff. eod. Competit tuto exceptione perpetua & fauorabili si soluit, vel dubia & pendente. l. si non sortem. §. si quis falso. & l. sufficit. & l. qui exceptionem perpet.ff.eod. & l.si quis iurasset. Competit pupillo, infanti, vel tutori promittenti. l. quod pupillus.ff.eod. Competit impuberi tutore soluente, l.cùm indebitum.

Aduersus illum, qui indebitum recepit, siue sciens, seu ignorans. Idem si ille persuaserit, aut dolo induxerit ad soluendum. gloss.in l.1. C. ne filius pro patre. Item contra eum solum, cui indebitum solutum est, nec contra eum, cui solutio proficit, quia non datur contra singularem successorem, cum quo non est quasi contractum. ff.eod.l.his solis. Item competit contra accipientem omninò indebitum, vel indebitum naturaliter.glo.1.l.ff.eod. Item competit contra falsum procuratorem, vel non habentem speciale mandatum. l.cùm indebitum. §.creditor. l.creditoris. C. eod. Item contra fœneratorem accipientem pecuniam pro restituenda re aliena, quam sciens pignori accepit. l.seruus. Item datur contra recipientem ex transactione, quæ secuta est nequaquam, vel imperfecta est.l.eleganter. Item contra debitorem principalem, si fideiussor soluit. Nam cui mandatum est vt fideiubeat, in consequentiam mandatum intelligitur, vt soluat. l. indebitum.ff.eod. Item competit contra accipientem implendæ conditionis causa. l. is cui. Et contra recipientem à debitore conditionali, & à debitore in diem incertum.l.sub conditione. Datur contra hæredem & bonorum possessorem.l. si non sortem. §. hæredi.

Hic non attendimus ſolam ciuilem obligationem, ſed naturalem, cum ciuili. Naturalem autem ſolam reſpicimus. Eſt autem hoc debitum ciuile, ſi confeſſus ſum chirographo meo, me à te accepiſſe decem, & tu non numeraſti, naſcitur ciuilis obligatio, non naturalis. Naturalis obligatio eſt inter omnes qui conſentire poſſunt.

Competit ad ſolutum ex cauſa inutili, vel inefficaci.l.ex his. Si per errorem ſit ſolutum. Aut ad tantundem.l.quod indebitum, ſiue ſit res mobilis, ſiue ſoli. Vel ſint iura.l.indebiti.§.fin.Et ad ſcripturam indebitæ quantitatis. C.eod.l.3. Et competit ad eandem ſpeciem indebitè ſolutam, ſi extat. Vel ad æſtimationem, ſi tale eſt ſolutum, quod repeti non poteſt.l.in ſumma.§.in frumento.ff.illo titulo. Et competit ad omne id, in quo recipiens eſt locupletior. d.l.ſi non ſortem. §. libertus. Item ad quicquid accedit rei indebitè ſolutæ etiam occaſionaliter.l.ſed etſi numi. Modò iſtud ſit certum. Nam ad incertum non competit.glo.§.cùm iter.l.quamuis.ff.eod.Item ad fructus & acceſſiones naturales, deducta impenſa.l. in ſumma.& l.indebiti.ff.eod. Item competit ad vſuras immodicas, & hodie ad omnes vſuras.d.l.ſi non ſortem.§.ſi quis falſo. vbi Iaſon.

AD EXHIBENDVM Actio.

Hæc Actio eſt in rem ſcripta: quia ſequitur poſſeſſorem, eſt perſonalis, quia ex quaſi contractu. Eſt autem præparatoria Actionum realium, & cum his cumulata.

AD exhibendam Actio, competit ei qui in rem acturus est qualicunq;, siue personali, siue prætoria, in rem actione, quia est prę-paratoria actionum realium, & cum illis cumulatur. ff. ad exhibend. l. 3. §. est autem. Item datur ei, cuius interest exhibere peculiariter. l. si liber homo. Licèt illius res non sit, nec habeat vendicationem, saltem agens iustam & rationabilem causam habeat, propter quam exhiberi sibi desideret, siue sit dominus, siue vsufructuarius, siue possessor, seu nudus detentor, vel custos. d. l. 3. per totum. Et hoc si intersit tempore litis contestatæ, & condemnationis. l. tigni. §. fin. Putà datur ei cuius ratis vi fluminis in alterius agrum delata est. l. Celsus. Item datur creditori pro instrumentis solutione facta. l. solutione. Item datur debitori soluto debito ad chirographa. C. eod. l. fin. Item datur filio pro re matris vendita per patrem non iure. C. eod. l. 1. Et datur hæredi suo nomine. l. de eo. §. fin.

Aduersus possessorem ciuiliter vel naturaliter incumbentem possessioni. ff. eod. l. 3. §. fin. Aduersus facientem dolo malo, quo minus possideat. l. Iulianus. & l. si vir. & l. ad exhib. ff. eod.

Item datur contra creditorem, qui pignori rem habet. l. 3. §. fin. Contra depositarium, commodatarium, vel conductorem. l. nam & cum eo. In summa, datur contra eos, qui facultatem exhibendi habent. l. Celsus. Putà qui rerum, vel legatorum seruandorum causa in possessione sunt. ff. eod. l. Celsus. Contra dominum ex eo, quod seruus eo sciente tenet. l. cùm seruus. Contra filiumfamiliâs, si facultatem exhibendæ rei habeat. l. de eo. Contra hæredes possessoris suo nomine, d. l. Celsus, Contra hæredes ex dolo

defuncti, si eo nomine locupletior hæreditas facta sit. l. de eo.

Ad præstandam rem in eadem causa, in qua fuit cùm iudicium acciperetur, Non vsucaptam, non læsam, cum fructibus etiam posteà natis. l. Iulianus, in fine. Et ad vtilitates si quæ amissæ sunt ob hoc quòd non exhiberetur, vel tardiùs exhiberetur. dicto §. finali. cum sequenti lege. Et datur ad res mobiles, non immobiles. Nam hæ nòn facilè latere possunt. Nec cuiquam, si diuulgantur, officiunt. l. 2. C. quando & quib. 4. pars deb. ex bon. dec. lib. x. Et datur ad plures res, quas tempore litis contest. quis possederit, licèt sine dolo malo deinde desierit. l. sed etsi. §. fina. Et datur ad rem exhibendam ibi, vbi fuit cùm lis contestaretur, sumptibus & impendijs actoris. l. sed etsi hæred.

SEQVVNTVR ACTIONES ex præscriptis verbis.

AEstimatoria Actio datur ei, qui rem æstimatam vendendam dat. ff. de æstimat. act. l. 1. Et de præscrip. ver. l. si tibi rem. Aduersus suscipientem rem æstimatam vendendam, & si merces interuenit. ff. eo. l. 2. Putà aduersus vendentem, negantem tamen reddere precium, vel non vendentem, nolentem autem reddere rem incorruptam, vel æstimationem, de qua conuenit. Ad ipsam rem incorruptè reddendam, si extat, aut æstimationem, de qua conuenit. ff. eod. l. 1. Et ad periculum casus fortuiti, si æstimatio facta est certa, propter rem restituẽdam, hoc acto, vt periculum ipsius rei transeat in recipiendam. Vel si ille rogauerit, vel dolo aut culpa illius perie-

perierit, Secùs si æstimatio sit facta propter precium rei, vt sciat venditor, pro quanto debeat vendere. Nam tunc periculum ad dominũ pertinet.ff de præscrip. verb.l.si gratuitam.

Præscriptis verbis Actio, ex permutatione datur permutanti rem suam certæ speciei, vt alter suam det. C.de rerum permutatione.l.ex placito.cum seq.l.naturalis.§.& siquidem.ff.de præscript.verb. Item datur in re spirituali, interueniente renunciatione animo permutandi,& collatione superioris commutatur. Bald. in l.1. C. eodem.

Contra nolentem dare rem conuentam.C.eo. l.cum precibus. Contra tradentem rem alienam quæ euincitur.ff.& C.eod.l.1.

Ad rem conuentam dandam.C.eo.l.cum precibus.& l.penult. Et vt placitis fides seruetur. l. rebus.& l.fin.C.eo. Et ad præstandam rem morbis vitijsq; liberam.ff.de rerum permut.l.2. Et ad interesse, quatenus interest permutantis, illã rem accepisse.C.eod.l.1.

Ex pacto in continenti apposito contractui præscriptis verbis Actio datur, putà paciscenti, vel hæredi illius in vendendo de retrouendẽdo. C.de pactis inter empt.l.2. Item dotanti hoc pacto, vt soluto matrimonio dos ad se redeat.C.de pactis. l.legem. Item donanti hac lege, vt recipiens aliquid faciat. C.de donationib. l.legem. Ad implementum pacti conuenti,& ad fructus post moram.d.l.2.

Actio præscript.verb.ex Do vt des, competit danti genus, vt genus accipiat, vel quantitatem. ff.de præscrip.ver.l.fin.Et dicitur propriè Cambium. Bald.c.1.§.1.de controuersia feudi. Item datur danti rem, vt eandem reddat.ff.de præscr.

ver.l.ſi gratuitam. §.1. Item ſi det inſpiciendam vel experiendam rem.l.ſi rem tibi. & l.apud Labeonem. Item ſi commodato vel mutuo tradat, vt alius viciſſim commodet vel mutuet. l.ſi rem tibi.§.1.& l.ſi ad. Aduerſus accipientem rem, eandemq́ue dolo vel culpa perdentem.d.l.ſi rem tibi. & l.apud Labeonem.§.ſi. Ad reſtituendam rem, vel eius æſtimationem, & ad intereſſe ob dolum vel culpam.l.ſi gratuitam.l.ſi rem.ff.de pręſcrip. verb.

Ex Do vt facias, Actio præſcr.verb.competit danti ob merces vehendas.ff.eo.l.1. Vel ad tabulas pingendas, vel promittenti etiam. l.promiſiſti.& l.ſi gratuitam. Contra non facientem, putà non reficientem inſulã.l.inſulam, non paſcentem pecus.l.ſi tibi areę.C.de pactis.l.ſi paſcenda. Ad intereſſe, vt fiat id quod conuenit.d.l.inſulã. Vel ad repetendum datum.l.naturalis. §.at cùm do.& l.ſi tibi decem.

Ex facio vt des, præſcriptis verbis agitur, quando quęritur emolumentum aduerſario cui fit, & aliquid abeſt ab eo, per quem impletur, putà, manumittenti ancillam ſuam, vt alius mancipium det, in non tradente mancipium. l. cùm proponas. C.de dolo. Sed de dolo agitur, quando facienti abeſt, & illi qui dedit, nihil adeſt.d.l. cùm proponas.& l.naturalis.§.quod ſi faciam.

Ex facio vt facias, datur præſcrip.ver. Actio, putà manumittenti, vt alius manumittat: exigenti, vt alius exigat. l.naturalis. §. penult. ff. de præſcrip.verb. Item acceptilanti debitum, vt debitor nomen debitoris ſui deleget. l. ob eam cauſam. Aduerſus non facientem. d.l. naturalis.§. penult.& vlt. Ad intereſſe.d.l.naturalis. in principio.

ACTIO EX RE IV-dicata.

Hæc propemodum est epilogus superiorum omnium.

IVdicati in factum Actio datur victori ex sententia definitiua, siue interlocutoria. C. de rebus creditis. l. actori. Etiamsi nulla prima actio subsit. Quia res iudicata parit actionem ciuilem, etiam vbi antè nulla est. Et datur domino procuratore etiam vincente. ff. de procurat. l. si procurator. Et datur hæredi. ff. de re iudica. l. miles. §. fina. Etiamsi prima actio non transisset ad hæredem, quia ex quasi contractu est, quæ ad hæredem transit. ff. de peculio. l. 3. §. idem scribit. Et datur contra condemnatum. dicta l. actori. Putà, contra dominum, pupillum vel adultum. Etsi procurator sit condemnatus. ff. de re iudic. l. si se non obtulit. Item aduersus substitutum, vel cohæredem, pupillo absente, dicto titul. l. ex contractu. Contra Ecclesiam clerico agente, in Authentico, de non alienando. §. si autem. Contra hæredem. ff. de re iudicata. l. miles. §. fina. Ad executionem sententiæ, dicta l. actori. putà, vt pecuniam soluat, vel ex magna & idonea causa satisfaciat. ff. de re iudica. l. si se non obtulit. §. ait prætor. Et si pro virili plures vna sententia in vnam quantitatem damnati sunt, vt singuli viriliter soluant. ff. de re iudic. l. Paulus respondet. C. si plur. vna sentent. l. 1. Et datur ad vsuras intestinas, sortis eius temporis, quod post quadrimestre fluxit. C. de vsur. rei iudic. l. fi. In summa, datur ad illud, quod deducebatur in prima actione. Paulus de Castr. in l. miles. §. iudicati.

Nam

Nam per ſententiam fit nouatio accumulatiuè per adiectionem nouæ actionis, vltra veterẽ quę durat. glo. & Doctores in l. 1. C. de iudicijs. glo. in l. fin. C. de executione rei iudic. Et etiam in reali actione ſententia lata, producit nouam actionem. gloſſ. in l. nam & poſtea. §. fina. ff. de iureiurando.

Tria remedia habet victor. Primùm implorat officium iudicis. Quòd ſi aduerſarius calumnietur ſententiam, vel quòd nulla aut lata proceſſu iudiciario non obſeruato, datur illa noſtra Actio ex re iudicata. Poſtremò etiam parit victori ſententia lata exceptionem.

AQVAE PLVVIAE ARcendæ Actio.

ACTIO aquæ pluuiæ arcendæ, competit cui aqua pluuia damnũ dabit. ff. de aqua & aquæ plu. arcen. l. 1. Et ſemper futurum damnum in hac venit. l. Atheus. §. vlt. Putà, competit ſuperiori vicino aduerſus inferiorem, ne aquam quæ natura fluat, opere facto inhibeat. Et contrà, inferiori aduerſus ſuperiorem, ne aliter aquam mittat, quàm natura fluere ſolet. d. l. 1. §. idem aiunt.

Et competit ei, qui dominus eſt vel erit. Quanquam cùm alterius dominium eſſet, opus à vicino factum ſit. l. ſi tertius. §. ſi quis. Niſi poſt litem conteſtatam fundus venditus ſit. l. poſt venditionem. Et competit fructuario, qui propter opus vti frui non poteſt. l. ſi vſufructus. Et competit emphiteotæ & vaſallo. l. quod principis. §. 1. Et competit hæredi, & contra hæredem eius cuius prædium fuerit. d. l. ſi tertius. §. vlt.

Com-

Competit deinde aduersus eum, qui manu fecit opus in agro, quo aliter flueret aqua in agro, quàm natura soleat: & modò ille sit dominus operis damnum dantis. ff eo. l. 1. Quanquam postea dominus esse desinat. l. quanquam. Tenetur enim de præterito damno. l. is cum quo. Et datur contra dominum colono vel procuratore opus faciente, ignorante domino, vt aqua pluuia noceat vicino. l. quanquam. §. vlt. Vt patientiá præstet, si ei damni infecti nomine caueatur. l. si colonus. Item datur contra non purgantem, vel non patientem purgari fossam, ex cuius restagnatione aqua fundo nostro noceret. l. 2. §. 1. & §. apud Labeonem. Vel non patientem opus naturale in pristinum statum reduci. l. 2. §. item varus. Et datur contra fructuarium opus facientem, per quod aqua pluuia alicui noceat. l. si vsusfructus. Et datur contra singularem successorem, non simulatum. l. emptor. Ad tollendum enim opus modò factum, quòd repellat aquam pluuiam in agros vicinos. ff. eodem. l. 1. §. Neratius scribit. Vel ad patiendum tolli, si alius fecit opus. l. si tertius. §. fin. l. supra iter. §. apud velocem. Vel ad reponendum opus, quo sublato aqua vehemẽtior profluxit. d. l. 1. §. sicut. Et datur ad condemnationem in partem, siue ex plurium fundo aqua decurrens noceat, siue plurium fundo noceatur. l. si tertius. §. 1. Si tamen vnus pro consocijs damnum præstiterit, cæteri liberantur. l. supra iter. Et datur ad interesse quanti interest, non restitui opus, vel damnum non fieri. l. supra iter. §. vitium.

ACTIO PRO DOTE.

Hæc Actio quoque poteſt dici, actio ex ſtipulatu pro dote, ſed nihil refert. Hic titulus latè patet, & multos complectitur libros in Pandectis, quicquid de rei vxoriæ actione, de pactis dotalibus, de iure dotium, de ritu nuptiarum. §. fuerat. Inſtit. de actionibus. Et vide apud Speculat. in tit. de dote, poſt diuortium reſtituenda. § formatis. Deinde in ff. & C. tit. de iure dotium. Bartol. in Rubr. ff. ſolut. matrimonio.

Vxor omninò dotata ſit. Maritus indotatam poteſt eijcere ædibus. Pater tenetur dotare filiã de ſuis proprijs, non filiæ bonis, quod ſemper videtur facere de ſuis, ſi nihil proteſtetur. l. fin. C. de dotis promiſſione. Cogitur dotare etiam ſi inuito patre nubat, iuxta Canones. c. cùm cauſam. extrà, de raptoribus. Niſi filia ſit hæretica, & c. l. cognouimus. C. de hæreticis. Item, niſi ſummè egenus ſit parens. Ingratitudo) quæ tollit ſemper debitum naturæ) facit, vt legitima filiæ priuari peſſit. §. optimè. Authent. de nupt. Marito licet ex fructibus dotis viuere. Quod ſi negetur ei, conuenire vel agere poteſt.

ACTIO pro dote petenda, competit marito, cui dos promiſſa eſt, ſiue ſit certa, ſiue incerta: & competit etiam ex pręſumpta, ſiue ficta ſtipulatione. Iaſon in §. fuerat. in gl. ver. tranſtulimus. Inſtit. de actio.

Aduerſus patrem vxoris, vel ipſam, vel extraneum promittentem dotem. ff. de iure dot. l. ſi extraneus. Etiam aduerſus ſucceſſores ſoceri. C. de dotis promiſſione. l. ſi pro te.

Ad præſtandam dotem. C. de rei vxor. act. l. 1. §.

l.§.1. Et ad euictionem.d.§.1. Et ad quod facere poteſt ſocer, niſi dolosè promiſerit, cùm ſciret ſe dotem præſtare non poſſe. ff.de iure dot. l. penult. Idem ſi vxor ex promiſſione ſua conueniatur.l.ex diuerſo. ff. ſolut.matrimon. Et ad ſolidum, ſi extraneus promiſit dotem. d.l. penulti. Item competit ad fructus dotis pro oneribus matrimonij. C.de iure dot.l.pro oneribus. Item competit ad vſuras, quia eſt bo.fid. ex vtraque parte.ff.ſolu.matrimo.l.in inſulam.§.vſuras,extrà, de vſuris. c.ſalubriter. Et ſi extraneus promiſit dotem, tenetur poſt biennium à die cõtracti matrimonij ad vſuras etiam ſine interpellatione.C.de iure dot.l.vlt.§.vlt.

Exactio dotis conſtãte matrimonio, propter inopiam mariti,competit vxori ſui iuris,& perfectæ ætatis. Vel filiæfamiliâs cum conſenſu patris.C.de collationibus. Authent. quod locum. Viro inchoante abuti ſubſtantia ſua, ita quòd eius facũltates non ſufficiant ad exactionem dotis,& ad ſolutionem æris alieni.ff.ſolu.matrim. l.ſi conſtante,C.de iure dot. l.vbi.in Authent.de æqual.dot.& ant. nupt.do.§.illud. Item cõpetit patri vxoris filiæfamiliâs, cùm ipſe teneatur eã denuò dotare. C.de rei vxo.act.l.1.cum Authen. vt quãuis. Quia vna eſt actio competens patri & filiæ.glo.l.2.§.quare.ver.amiſſam.ff.ſolut.matr. Niſi pater eſſet turpis perſona.l.dotem. ff.ſolut. matr. Etiam competit extraneo dotanti,quia eo caſu videtur dotaſſe mulierem. l.1.§.accedit.C. de vxo.act.

Aduerſus maritum, vel ſocerum vergentem ad inopiam, ſiue contra alterum tantùm: quia inopia vnius ex duobus ſocijs Reis debẽdi, prejudicat alij.ff.& C.de duobus reis. l.fin.glo.ver.

mari-

mariti.l.si constante. ff.solut.matrimon. Quia in causa fauorabili & pia extensio potest fieri de casu ad casum, de persona ad personam. l.hoc modo.ff.de condicti.& demonstr. Et etiam in exorbitantibus à regulis iuris communis, propter fauorem publicum licet extendere. l. illud. C. de sacros.eccle.& ibi Iason. Ex his rationibus competit etiam contra extraneum recipientem doté. Item competit contra maritum exbannitum, quia exilium seu peregrinatio paupertatem inducit. glo.l.1.C.de repudijs.

Ad recipiendas res, quas maritus malè administrat, vt seruetur dos indeminuta vxori. in Authent.de æqualit.dot.§.illud. Et competit etiam ad donationé propter nuptias, quam vxor sperat lucrari, vel vigore pacti, vel vigore statuti.d. l.vbi. cum Authent.sequent. C.de iur.dot. Item competit ad alia bona parafernalia, quæ vltra dotem vxor attulit marito.d.l.vbi. Et competit in solidum, cùm vir nō possit agere, sed alendus sit ab vxore eo casu.glos.ver.ad sustentationem. l.vbi.C.de iure dot.

Pro dote repetēda soluto matrimonio actio ex stipulatu competit vxori patre stipulante illi restitui.l.post dotem.ff.solu.matrimo. Vel extraneo simpliciter dotante.C.de rei vx.act.§.accedit. Vel emancipata filia, aut sui iuris effecta.d. l.1.§.videamus. Item competit patri stipulanti sibi dotem à se profectam restitui.l.quoties. ff.solut.matrimo. Vel iure potestatis, Authen.quamuis.C.de rei vx.act. Competit vtriq; patre simpliciter dotante: sic tamen, quòd pater consensu filiæ exerceat.l.non solum.cum lege seq. & l.2. §.2.ff.solu.matrim. Et competit extraneo stipulanti sibi soli restitui, qui misertus puellæ, eam

dota-

dotauit, vt inueniret maritum. C. de rei vx. acti. l. 1. §. accedit. Competit fratribus vxoris stipulantibus ea mortua sine liberis. Cynus in l. cùm patrem. C. de iure do. Competit hęredibus vxoris. C. de rei vxo. act. l. 1. §. maneat. & §. illo. Et liberi excludunt patrem. l. post dotem. ff. solu. matrimo. l. dos à patre. C. sol. matr.

Datur contra maritum cui dos data est, vel alij illius voluntate, putà filio, vel seruo mariti. Vel contra socerum, in cuius potestate maritus est. Nam ad ipsum videtur dos peruenisse, apud quem peculium est. ff. solu. matr. l. si cùm dotem. §. transgrediamur. Et competit contra socerum recipientem suo nomine, vel etiam nomine filij, hoc acto, vt ipse teneatur. l. si pupilli. §. 1. ff. de negoc. gest. Vel competit contra vtrunque, si pater recepit, filio ratum habente. l. fin. C. de dote cauta non nu. Vel filius recepit, & dotans habuit voluntatem obligandi vtrunque. l. in ambiguis. ff. de iure dot. Item competit contra hæredem statim. C. de rei vx. act. l. 1. §. maneat.

Ad res dotales, mobiles, vel se mouentes, aut incorporales, soluto matrimonio intra annum: sed res immobiles, illico. C. de rei vxo. acti. l. 1. §. exactio. Et competit ad eandem, licèt valor accreuerit vel decreuerit. l. res in do. ff. de iure dot. Et competit peculiotenus, vel de in rem verso, si pater conueniatur, quando sine iussu illius dos fuit data filięfamiliâs. l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matrimon. Regulariter competit in quantum facere potest maritus, vel pater eius, si non dolo malo versatus sit. d. l. 1. §. in hac parte. ff. solut. matrimon. l. maritum, cum legib. sequentib. Et competit ad dolum & culpam, & diligentiam quantam in suis rebus. l. in rebus. ff.

de iure dot. Et competit ad periculum rerum æstimatarum.§.sed & vanissimi.ff.de iure dot.& l.plerunque. & post moram.l.si filiofamiliás.§. si post diuortium. Et competit ad vsuras tertiæ partis, centesimæ.d.§.exactio. & l.in insulam. §. vsuras.ff.solut.matrimon.Et potest vxor soluto matrimonio ab hæredibus intra annum petere vsuras pro alimentis, si non habet vnde se alat. Paulus de Cast.in l.diuortio. ff. solut.matrimo. Et cōpetit ad fructus intrinsecus perceptos matrimonio finito. d. l. 1. §. fructibus. Et diuiduntur fructus inter vxorem & hæredes mariti, vel ipsum iuxta l.de diuisione.& l.diuortio.ff.solu. matrimon.

Pro dote agitur actione hypothecaria. Loco actionis pro dote, agitur quandoque condictione ob causam, vel sine causa.

Pignora sunt duplicia, scilicet expressa, Vt si ei qui mutuo dat, oppignorem equum. Alia sunt tacita. Vt bona mariti sunt obligata tacitè mulieri pro dote: aut bona eius qui contrahit cum fisco, ipsi fisco: & bona tutoris pupillo, si parum rectè administrauit bona pupilli: & bona administratoris ecclesiæ, (quæ fisco comparatur in priuilegijs) ipsi ecclesiæ. Illis omnibus competit actio hypothecaria, vel Seruiana.

Tacita hypothecaria pro dote, competit vxori etiam in donatione propter nuptias. glo. vers. suppositas.l.vbi.C.de iur.dot.Et competit vxori putatiuæ, id est, ei quę putata est esse vxor.Sed non potuit esse propter propinquitatem, &c. l. si cùm dotem. §.fin.ff.solut.matrimon. Et competit extraneo dotanti, quia hoc priuilegium tacitæ hypothecæ, transit ad quemcunq́ ipsa actio transit, Bartol, in l. post dotem. in 6. quæst. solut.

ma-

matrimon. Item datur cessionario, si agat nomine cedentis. Bar. in d.l.post dotem. Datur etiam extraneis hæredibus, quia est priuilegium Actionis, non personæ muliebris, l.1.§. & vt ple. C.de rei vx.act.

Contra putatiuum maritum, vel extraneum possessorem, etiam mandato iudicis maritales res posſidentes.c.Ex literis, de pignoribus viro tamen prius excusso, Vt notatur in glo. d.leg. vbi, C.de iur.dot.Et datur contra paternos creditores.C.Qui potiores.in.§.5.l.asſiduis.

Ad res dotales disſipatas vel consumptas. d. leg. asſiduis. Et competit etiam propter donationem ante nuptias.gloss. in d.l. Vbi. C. de iure dot.Item competit propter res parafernales.leg. Si ego.ff.de iur. do. Et competit pro rebus mariti, quæ debentur vxori pro alimentis.Bart. in d. l.Si cum dot.§.Sin autem.ff.Sol. mat. Et competit pro fructib. dotis.d.l.1. §. & vt plenius. C. de rei vx.act. Et competit ad æstimationem dotis, vel misſionem in bona, quæ mariti fuerunt. c. Ex literis, extrá, de pignor.& c.penult.extra, de consuetudine.

Condictio ob causam & sine causa, datur mulieri ignoranter contrahenti matrimonium, quod de iure non potuit constate, propter aliquod impedimentum.l.1. C. de condict. ob cau. cap.1. de dote post diuor. resti. Et datur patri, hoc acto, vt soluto matrimonio dos ad se redeat.l.Si extraneus. ff.de cōdict.ob cau.Item datur extraneo dotanti.ff. de iur. dot. l. Si sponsalib. Item datur hæredi mulieris. leg. Præfectus. ff. de ritu nup. Et datur contra putatiuum maritum, qui iure vel facto non fuit verus maritus. ff. de condict. si, cau. leg. si, C. Sol.

matr.l.si ignorans. Ad res dotales, & ad eas, quæ ex dote comparatæ sunt cum priuilegio prælationis.l.si cum dotem.§.fin.ff.de iure dot. Et datur statim in solidum, vt vxor alij nubere possit.ff.de priuil.cred.l.2.§.fin.cum leg.seq. Etiamsi maritus dotem de bonis suis constituisset. Abb. in c.etsi necesse.& in c.de prudentia.extrà, de donat.inter vir.& vxor.

Contraria actio pro dote, datur marito contra vxorem, pro impensis necessarijs & magnis in rebus dotalibus. l. omninò. ff.de impensis in reb.dot.fa. Quia æquum est marito consuli in expensis dotis, eò quòd cõtractus sit bonæ fidei. l.de diuisione.ff.solu.matrim. Et ea quæ fiunt ex necessitate contractus, veniunt in ea actione. l. hæredes.§.si vnus.ff.familiæ hercisc. Vt sunt impensæ necessariæ & magnæ in contractu dotis. l. & in totum. ff.de impens.in rebus dotalibus factis, &c.

Maritus accepta dote, cogitur necessariò facere impẽsas in rem dotalem.l.& in totum. ff.de impens. in reb. &c. Neq; cogitur amore pietatis aut matrimonij, eas impensas facere, aut ratione fructus quibus fruitur. Nam illæ expensæ non sunt pietatis, sed administrationis. Barto. in l.ne senib.ff.nego.gest.

Imperator in C. tit. de inæqualitate dot. & dona.&c. Tria, inquit, sunt, quę nobis magnum negocium faciunt, scilicet Nuptiæ, & Testamentorum ratio, & conuentiones, & contractus hominum. Vocat eo loco Nuptias, exordia prima nostri ortus. Testamenta autem excessum vitæ. Igitur iam agendum erit de nuptijs. Est autẽ perpetuò in iure prospectum meliùs mulieribus, quàm maritis: hinc extant Tituli continentes

dotem,

dotem, nuptias, donationes, fundum dotalem, &c. Vxor ſemper intelligitur habere directum dominium in dote, maritus autem vtile: ideò ſemper debet dos ſecerni à reliquis mariti bonis. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minorib. vbi Bald. qui iudicio Iaſonis nihil ignorauit. De bonis paraphernalibus. l. ſi ego. §. cæterùm. ff. de iure dot. Paraphernalia bona ſunt, quæ fœminis ſponſis, præter dotem, adferuntur, ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia, quorũ vſum habet vxor, quamdiù eſt in domo mariti: & eſt maritus tantùm eorũ cuſtos. Ideò conſcribuntur ſtatim atque ingreditur ædes mariti, qui nihil in illis iuris habet. l. hac lege. C. de pactis conuentis ſuper dote & paraphernalia. l. vlt. & penult. Poteſt autem vxor, conſtante etiam matrimonio, reuendicare, quia ſunt ipſius mulieris. C. de iure dot. l. vbi. Neque habet maritus vſumfructum in illis, ſicut in dote, vbi habet fructus intrinſecus, prouenientes ex ipſa re, Non enim habet intrinſecos in paraphernalibus, ſed tantùm mediatos & extrinſecos. Sunt autem bona mariti ſemper hypothecata pro bonis paraphernalibus, in quibus nihil iuris habet maritus, niſi concedente vxore. Bal. in l. vlt. C. de pactis conuentis, & cæt. l. Quintus Mutius. ff. de donationibus inter vir. & vxor. & C. eo. l. etiam. Vide, quòd conſtante matrimonio bona quæſita, id eſt, lucrata, nihil pertinent ad vxores. Hinc oriuntur frequentes contentiones: & quod dixi, verum eſt de iure ſcripto. Deinde, cùm hoc ſciueris, vide conſuetudines loci vbi agis, & iura municipalia. Ergò quę vltra doté adferit, mortuo marito, erit de bonis mariti, & poſſunt hęredes mariti vẽdicare, niſi probet ſe ipſã lucratam eſſe. c. 2. ext. de donat. inter vir. & vxo.

Ha-

Hactenus de bonis ex parte vxoris, nunc de bonis ex parte mariti dicemus. Maritus confert vxori bona in matrimonium quoque, quæ dicuntur Maritalia, quorum nulla fiunt vxoris, præter donationes ante nuptias.

DONATIO ANTE NVPTIAS, Vel propter nuptias, quæ dicitur ἀντιφέρνα, id est, compensatio dotis.

DOnatio inter sponsum & sponsam, dicitur ante nuptias, atque illa valet. l. Inter eos. C. de donationibus inter virum &c. Neque repetitur, sed transit in dominium accipientis. l. Cùm te, & sequentibus. C. de do. inter vir. & vxor. siue sequatur matrimonium, vel non. Nisi sit sponsalitia largitas. Nam istic data repetuntur.

Regula Donatio propter nuptias, quę dicitur alioqui Spõsalitia largitas, est eius naturæ, vt soluto matrimonio redeat ad maritũ, vel illius hæredes. Nisi aliud habeat cõsuetudo, vel pactum. c. vlt. extr. de don. inter virum & vxor. Hæc regula habet summam huius tituli. Simplex verò donatio valet statim. Pacta de lucranda dote & donatione propter nuptias, debent esse æqualia. Bald. in l. Ex morte. C. de pactis conuentis &c. Aequalia debent esse æqualitatiuè & quantitatiuè, sed consuetudo habet diuersum: quæ vult maritum locupletiorem quàm vxorem. Sponsalitia igitur largitas redit ad maritum, sicut dos ad mulierẽ, altero mortuo. Ex lucro dotis habet superstes coniunx vsufructum, dum redeat ad cõiugium. Quod si fit, redit donatio vel lucrum

ad liberos prioris mariti. Sin nulli ſint, redditur domino dotis, vel donationis propter nuptias.

De quibuſdam donationibus, annulis, veſtib. iocalibus, quę donat ſponſus futurus, vel pater, vel extraneus, ſponſæ nondum deductæ domū, ſic habe; Si præmoritur poſt nuptias, hęredes nihil poſſunt repetere. l. Cum te. C. de do. an. nu.

DE IOCALIB. ANNVLIS, Xenijs & veſtibus, & cæteris muneribus nuptialibus, cuius ſint, ſoluto Matrimonio. Vide Bald. in l. cùm te. C. de don. ant. nupt.

ANNVLI poſt verba de præſenti, ſunt ſigna perfecti matrimonij. Neq; ſunt ſponſalitia largitas, ſed tantùm arra, qua fit, vt ornatior redeat domum ſponſa ad domum mariti: & non ſunt vxoris, ideo poſſunt repeti ab hæredibus. Niſi conſuetudo aliud habeat, quia præſumuntur tantùm conceſſa in vſum. l. id veſtimentum. ff. de peculio. Niſi ſint leuium impenſarum, tum enim remanerent apud vxorem. l. vtrum. ff. de don. int. vir. &c.

Xenia & munera nuptialia (Hochzeit ſchenck) eam habent rationem, vt hic ſpectetur conſuetudo ante omnia. l. Cùm plures. ff. de adminiſtr. tuto. l. 2. C. de iure dotium. leg. Sed ſi plures. §. In arrogato. ff. de pupillari ſubſtitutione. Aliter diſtinguit Bartholus, qui vult haberi debere rationem affectionis donnantium.

Bona paraphernalia mox ſoluto matrimonio debēt redire ad hęredes vxoris prædefunctę l. fin. C. de pactis conuentis &c. & Doctores eo

 loco.

loco. Cæterùm donatio propter nuptias, & ſponſalitia largitas, nihil vidētur differre. Habēt autem eam ſoluto matrimonio: & quando non ſuperſunt liberi (nā alioquin extantibus liberis, aliud eſt) ſolus maritus. Niſi conſuetudo, aut ſtatutum, aut pactum aliud habeat. c. vlt. extrà, de do. inter vir. & vxo. Conſtante matrimonio habet vxor tale ius, quale habet maritus in dote, id eſt, poteſt ex ſtipulatu agere pro donatione propter nuptias. l. pollicitatione. C. de do. ante nup. Huius donationis eſt tale ius, vt ſi maritus perdat dotem, vel prodigat, ſtatim habet vxor ius agendi pro donationibus propter nuptias: in quibus antè nullum habebat ius.

Veſtium ratio ita habet: Maritus præſtans vxori veſtimenta, vel præſtat quotidiana, & ſic dicitur ea conferre tanquam debita: ſicut etiam tenetur præſtare alimenta. l. alimentis. ff. de alimentis. ff. de alimentis legat. Et poſſunt vxore defuncta auferri per hæredes. l. in his. §. 1. ff. ſolu. matrimon. Atque ibi Bart. Paul. de Caſt. & Bal. vbi agunt de veſtibus vxoris, cuius ſint ſolu. matrimo. Neq; enim ſimpliciter, ſed ex debito præſtat, & ratione fructus ex dote. Vel pręſtat veſtes precioſas, feſtiuas, magnificas, quas facit cōſtante matrimonio, quas non videtur donare, ſed illas retinet tanquam proprias ſolu. matrim. Nam videtur illas tantùm concedere in vſum. ff. commodati. l. ſi vt certo. §. interdū. Vxor autem vtitur in vita his. l. ſi ſeruus communis. ff. de do. int. vir. vbi dicitur: In magnis non præſumitur donatio, ſed tantùm vſus. l. ſi fortè. ff. de caſtrenſi peculio. Et huiuſmodi veſtibus computātur cętera precioſa ornamāta, ſiue aurea, vel gemmea. l. aurum & argen. ff. de aur. & arg. legato.

Sed

Sed quid de arris ſponſalitijs? Hic eſt tit. in C. de ſponſalib. arris, & proxenetis, id eſt, mediatoribus contractuum. Conceſſum eſt vtroq; iure, ſi contrahant impuberes, poſſunt ſe obligare arris, vt ſi per eum ſtetit, quo minùs ducat, reddat arras duplicatas. Idem de puella. l. 3. de ſponſalibus, & arris ſponſalibus. Et l. fin. & c. gemma, extrà, de ſponſalib. Vbi aliud dicitur, quòd matrimonia ſub pœna non debent contrahi, ſed tamen poſſunt accedere arræ ſponſales. In ſponſalibus autẽ poſſunt præſtitui arræ, & pœnæ quoque. Non autem in matrimonio. Si autem nuptię non ſequantur, quia alter mortuus, condicitur quod datum eſt. l. cum veterum ſentent. Si omittantur propter cauſam legalem, vtpote conſanguinitatem, rurſus poſſunt repeti. Si autem qui dedit arras, impediat, perdit arras, & tantundẽ. l. fin. C. de ſponſalibus. Id etiam verum eſt in puella. Hæc vera ſunt, ſi ambo ſint iuſtæ ætatis, & ſui iuris. Arræ non debent excedere nec donationem propter nuptias, neq; etiam dotem, neque quartã partem ſubſtantiæ: quia alioqui aliquando ſequerentur inuitæ nuptiæ, quæ habent difficiles plerunq; exitus: igitur ſint arræ moderatæ. Arræ conceduntur dari, pœnæ verò promitti, ideoq; pœnæ non conceduntur, atque in hoc differunt ab arris. Illud eſt de natura arrarum, quòd ſunt ſignum & conſummatio perfecti contractus. Bart. in l. Titia. ff. de verb. oblig. & l. fi. C. de ſponſalib. hæc omnia habet.

Hactenus de bonis matrimonialibus actum eſt, ſi nulli ſint liberi, cuius ſint. Sed quid ſi adſint filij? Reſpon. Lucrum debet ſeruari liberis prioris matrimonij, Authent. neque vir. ex dote, col. 8. liberis relinquitur, quoàd proprietatem,

ſed ſuperſtes coniunx habet vſufructum, ſi migret ad ſecunda vota, id eſt, Matrimonium, tunc liberi vtriuſque matrimonij, in bonis bigami habent portiones viriles. Paul. de Caſtr. conſil. 160. Vide tit. de Secundis nuptijs, & de nupt. in Auten. Sequuntur Actiones Prætoriæ.

Omnia Statuta & Leges præſidum hodie viuentium (qui præſidis nomine vocantur) dicuntur Iuris prætorij, non Ciuilis. Hæ Actiones ſunt annales, Verum eſt lite non conteſtata, alioqui etiam perpetuantur. l. In honorarijs. ff. de verb. obli. Naſcuntur hæ quoque ex contractu, quaſi contractu, maleficio, &c.

DE ACTIONE REALI, quæ dicitur præiudicialis in Rem.

TRes ſunt Actiones præiudiciales: ſed illa eſt crebrior, qua maritus petit ab vxore debita coniugalia. Nam hic agitur de magno præiudicio, ſcilicet de corpore, anima, & rebus fortuitis. Nam hic agitur de capite, vxor enim mutat familiam, vt ſcilicet liberi nati ſequantur familiam patris, quo ad agnationem, non ad ingenuitatem. Minima dominutio eſt, quando perditur caput, id eſt, familia. Ergo quando alter cõiugum petit alterum in vxorem, hæc Actio (ſcilicet matrimonialis) eſt verè præiudicialis, quia ambo redduntur ambobus ſerui. Adeò eſt matrimonialis cauſa præiudicialis, vt cùm aliàs iure Ciuili Actori cum vno teſte probante detur iuramentum in ſupplementum probationis: hic non defertur iuramentum alteri coniugum. c. Mulieri, extr. de iureiurando.

Inter

Inter Actiones prętorias in Rem, primum locum merito vendicant præiudiciales, quia ſunt de vendicandis perſonis. Ideo debent propter dignitatem præferri. l. 2. ff. de ſtatu ho. l. Iuſtiſsime. ff. de ædil. edict. §. in pecudum. Inſtit. de rerum di. Et inter has matrimonialis cauſa, propter frequentiam, primum locum occupat. Quare vxor, quanquam vendicetur per Interdictum de exhibenda & deducenda vxore. ff. de liberis exhib. l. Immo. & per l. fin. C. de liberis exhib. & per l. Si inuita. C. de nuptijs. & per c. Non. extr. de ſponſalibus. Et hoc contra patrem vxoris retinentem vxorem. Sed ſi coniuges inuicem ſe vendicent, competit præiudicialis de ſtatu Actio, qua maritus vel coniunx agit, quia debent ad paria iudicari: propterea præiudicialis in rem datur viro repetenti vxorem ſuamj, etiamſi iuraſſet eam non repetere. Extr. de iureiu. c. Tua nos. & c. Etiam ſi nunquam habuiſſet poſſeſsionem vxoris. c. Ex parte. extr. de reſtit. ſpol. Item etiamſi alteri nupſiſſet. c. Veniens. c. Si inter. extr. de ſponſali. Item ſi iudicio erroneo Eccleſiæ ſeparati fuiſſent: quia ſententia contra Matrim. non tranſit in rem iudic. c. Lator. de ſenten. & re iudi. Saltem caueat maritus, quòd non velit ſæuitiam in eam exercere. c. Ex tranſmiſſa. & c. Literas. de reſtit. ſpol. Contra vxorem, Nam præiudiciales Actiones, niſi illis & contra illos competunt, de quorũ ſtatu agitur. Iacob. Faber, Iaſon & cæteri. §. Præiudiciales. Inſtit. de actio.

Ad ſeruiendum oneribus matrimonij: nihil enim multùm à ſpecie ſeruiẽtium differunt, quibus non datur facultas recedendi. ff. de l. homine exh. l. 2. & ad reſtituendam vxorẽ. c. Ex conqueſtione, de reſtit. ſpol. et c. Cauſam. de offi. delegat.

Com-

Competit ea Actio ad præstãdas operas, quas maritus debet vxori, & contrà. glos. in l. libertæ, C. de operis libert. Vt scilicet vxor sit in officio mariti. ff. de oper. libert. l. sicut. & viro operetur ff. de dona, inter vir, & vxor. l. sicut. & l. si vir ex lana. Non autem debet tales operas, quales liberta patrono debet. d. legib. & l. quod ex liberta, C. de oper. libertorum.

Actio in rem præiudicialis de libertinitate, datur patrono, liberisq; patroni, dum tamen hæredes sint, vel non mala mente exhæreditati. l. vt iurisiurandi. ff. de oper. libert. Aduersus libertum dicentem se ingenuum. ff. si libertus inge. es. dic. l. 3. & l. vlt. Et competit ad obsequia præstanda, scilicet ne famosa actio in patronum intentetur, néue in ius vocetur. d. l. vlt. nam liberto & filio semper honesta & sancta persona patris & patroni videri debet. ff. de obseq. à liber. & libert. l. liberto. Item vt inopem patronum alat. C. de oper. libert. l. 1. Item cõpetit ad operas præstandas officiales, quæ ex habilitate ministrantis & domini persona constant, l. hæ demum. ff. de oper. libert. Item ad operas fabriles & artificiales, quæ in rem & patrimonium domini fiũt ex impositione quæ alijs ędi possunt iubente domino, l. opere in rer. §. 1. ff. de operis libert. Item competit ad restituenda quæcunque ex re eius, à quo manumissi erant, acquisita habent. ff. si libertus inge. es. dic. l. 3.

In rem præiudicialis de partu agnoscẽdo, datur patri asserenti, aliquem esse suum filium. Vel neganti, aliquem esse suum filium. glo. verb. agatur. §. quia Plautianum. ff. de liberis exhi. l. nec filium. C. de patria potesta. Item competit filio, asserenti se filium, vel neganti, Bartol. in l. 1. §. ex

his,

his.ff.de liber.exhib. Et datur contra filium vel patrem, vel auum, negantem se filium, patrem siue auum. C.de patr.potest.l.nec filium. Et datur ad reuerentiam & subsidium vitæ. l. filia sua. C. de pat.potest. Et datur ad cætera onera liberorum.l.si quis à liber.§.non tantùm.ff.de liber.exhib. Putà datur ad alendum patrem, etiam si filius emancipatus sit.d.l.si quis à liber.§.non tantùm. Idem si miles esset.d.l.§.à milite. Et ad alendos omnes ascendentes. E regione autem datur etiam, vt filius percipiat alimenta & successionem. l.siue contra.§.quia Plautianum.ff.eodem. Etiamsi sit filius naturalis, vel quicunque descendens. l. si quis. §. idem in liberis. ff. de liber.exhib.

ACTIO PVBLICIANA in Rem.

PVbliciana in rem Actio, datur illi, cui res est tradita ex iusta causa, apta transferre dominium bona fide, quam incepit vsucapere vel præscribere, etiamsi momento possederit. l. cùm sponsus.§.vlt.ff.de publi.in rem act. Et habet eam rem à non domino, cuius deinde possessionem amisit.ff.de publi.l.1. Competit domino ex emptione serui.l.siue autem. §. si seruus. Etiamsi sit fugitiuus.d.tit.l. si seruus meus. Itē competit ex contractu procuratoris, tutoris, siue curatoris.d.tit.l.eum qui.§.hæc actio. Et competit hæredi, & cæteris honorarijs successoribus. d.§. hæc actio.

Contra omnes tenentes vel possidentes, vel saltem dolo desinentes possidere, vel detinere, ad similitudinem rei vendicationis, siue extraneus, siue

siue autor ipse possideat. l. cùm sponsus sponsæ. Siue etiam ille qui mandauit vendere.l.Papinianus.In summa, datur contra omnem habentem facultatem restituendi rem, quia in Publi. act. omnia eadem erunt, quæ in rei vendic.l.eum qui §.In Publi.

Pro reb.mobilib.quæ vsu capiuntur. l. Si ego emi.§.Quartus.Item pro immobilibus & accessorijs, quæ præscribuntur. d.l. §. Idem ait. Item pro iuribus & incorporalibus.l.Si ego. §.1. Item pro vectigalib.& superficiarijs prædijs, bona fide traditis.l.Cùm sponsus.§.In vectigalibus.

Plura dicuntur esse necessaria ad Publicianā actionem, ex glo.mag.in.§. Aliæ. Instit. de actionib.quæ adauget Angel.& Iason eo. lo. Primùm necessaria est traditio, vel quasi, vel æquipollens traditioni. l. Siue autem. ff. eo. Et dicitur quasi traditio in incorporalib. quæ quasi traduntur. ff.de acquir.re.do.leg.Seruus.§. Incorporalis. In casibus autem, in quibus transfertur dominium sine traditione, non datur Publiciana, nisi ex persona autoris: ideo Ecclesiæ non datur sine traditione. Iason in prædicta gloss. & alij. II. Est titulus aptus transferre dominium vel vsu capiendi condictionem: ex quo præsumitur. deinde traditio.l.Quædam mulier.ff. de rei vendic. III. Vt agens Publiciana, à non domino acceperit rem. ff.eo.l.1.§.1.IIII.Quòd bona fide acceperit, in emptione tempore contractus, & tempore traditionis.l.2.ff.Pro empt.In alijs contractib. requiritur saltem bona fides tempore contractus. l. 3. ff.Pro soluto.V. Quòd credat se hodie dominū non esse, quando illam proponit. VI. Ad Publicianam sufficit, quòd à principio potuerit præscribere, licet postea prohibeatur. Iason in d.§.

Sed

Sed istæ.VII.Quòd res non sit vsucapta, nec præscripta.ff.de Publi.l.Nõ præscripta.VIII. Quòd contra quem proponitur, non sit dominus.l.penult & fi.l.eo.IX.Quòd precium sit solutum, vel saltem fides habita de precio, alias non transferretur vsucapiendi conditio. Vt est l. Quod vendidi.ff.de contrah.empt.X.Quòd autor non fuit dominus, aliàs esset quęsitum dominium.l.Cum manusata.§.fi.ff. de contrah. empt. XI. In titulo paratiuo requiritur, quòd titulus & possesio habeantur ab eadẽ persona, non à diuersis: & quòd possesio habeatur respectu dicti tit. Angel.in. §. Sed istæ.Instit.De.Actionibus.

Regvla.

Sufficit emptori bonam habuisse fidem tempore contractus, & tempore traditionis: quanquàm venditor callido consilio vendiderit. l. Eum qui.§. Prætor ait, ff.eo. Nec superueniens mala fides tollit Publicianam. Bal.in l. Ancillæ. C.De furtis. Et præsumitur bo. fi. vtroque tempore, nisi contrarium probetur. c. Abbate sanè, de re iudica.lib.6.Et licet mala fides tradentis noceat accipienti quoad vsucapionẽ, tamen à quocunque possessore, excepto domino, poterit rem vendicare. Publiciana; glo. in d.c.Abbate. Quia ob malam fidem autoris non tollitur præscriptio longissimi temporis, per Autenticam, Malæ fidei. C. de præscrip. lon. temp. Sed prorogatur quod ad Publicianam sufficit. Nam nihil interest quantocunque tempore præscribatur, Iason in prædicto.§.Istæ.Instit.de Actonibus.

ACTIO RESCISSORIA.

De

De Actione rescissoria lege in tit. ff. de rest. in inte. ad titulum vsque de arbitris: & tit. ex quib. cau. maiores in integ. restit. conseq. ff. & in §. rursus. Instit. de actionib.

RЕscissoria in rem actio datur præsenti, cuius res per absentem vsucapiuntur. l. 1. §. verba. ff. ex quib. cau. maior. Et datur cùm præsens non habeat copiam conueniendi absentem. l. ergo. l. hoc autem. §. 1. ff. ex quib. cau. in posses. eatur. Et datur contra absentem quacunque absentia, qui rem præsentis vsucepit, eo reuerso rescissa vsucapione. Instit. de acti. §. rursus. Et datur pro vsucapto, perinde ac si vsucaptum non fuisset. d. §. rursus. Item datur pro actione competente præscriptione de medio sublata, glos. in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procurato. Prætereà datur absenti contra præsentem impedito agere impedimento facti. l. vnus. §. fin. cum l. seq. ff. de seruit. rust. præd. Item datur absenti ex causa probabili & necessaria simul, vel probabili tantùm, vel necessaria tantùm. glo. & doctor. in l. fin. ff. de in integ. restit. Putà absenti causa Reipub. cuiuslibet ciuitatis, municipij, aut villæ. l. sed etsi per prætorem. §. penult. ff. ex quibus cauf. maio. Vel datur capto à latronibus & prædonibus. l. succurritur. d. tit. Item datur vincto, qui sine dedecore in publico apparere non potuit. glo. c. si qui testium. extrà, de testib. Et datur contra absentem. l. fin. ff. ex quib. cau. maio.

Varia est absentia: vel necessaria tantùm, vel probabilis tantùm, vel vtraque simul. Nam voluntaria aut contumax non auditur. Debet autem intra quadriennium petere restitutionem in integrum à prætore. Hoc obtento, debet posteà actio-

Actiones aut Iura experiri, quæ amisit: & illæ omnes dicuntur rescissoriæ Actiones. Sortiuntur autem aliud nomen, vel vendicationis, vel publicianæ, &c. adiecto nomine, rescissoria.

Rescissoria in personam Actio, datur illi qui in integrum restitutus est ad actionem personalem, quæ sibi ante læsionem competebat, vt sic agat antiqua actione, ac si res non esset vsucapta, vel actio præscripta. Et quæ prius erat directa, nunc dicitur vtilis. C. Ex quib. cau. ma. l. fi. & de postli. reuer. l. Ab hostib. Et hoc in vsucapione triennij, per quam tollitur directum dominium, quod prætor restituere non potest. Cynus in leg. vlt. C. Si aduersus transactionem. Sed per præscriptionem non tollitur directum dominium, Ideo Rescissoria dicitur directa, argumento legis, Si hæres ff. ad Trebell. Contra illum, contra quem poterat intentari illa prima Actio personalis, antequam esset præscripta. Et contra fideiussores. ff. de Minor. l. Patri. §. Si Minor.

At illud, ad quod priùs dabatur ista actio, antequam esset præscripta. Arg. §. Quos autem. Insti. de bonor. possess. Rescissoria enim competit tam pro mobilibus, quam immobilib. tunc dicitur in rem, quàm etiam pro Actionibus personalib. tũc dicitur in personam. Cynus in l. Si ab hostib. C. Ex quib. caus. maiores.

Rescissoria mixta, datur restituto in integrũ, cui ante læsionem dabatur actio mixta. Et datur etiam minori. ff. de minor. l. In causæ. §. Interdũ. Et datur contra illum, cõtra quem prima Actio mixta dabatur.

ACTIO SERVIANA, ET. quasi Seruiana, vel Hypothecaria.

SEruiana Actio pro rebus coloni, datur domino vel quasi, fundi rustici, qui talem fundum locauit pro numis, vel pro parte fructuum dedit. l. Si fundus. §. In vendicatione. ff. de pignor. Et datur scienti domino C. Locati. l. Certi iuris est. Et datur etiam emphiteotæ pro Canone. Item domino contra vasallum, pro securitate feudi.

Datur contra conductorem fundi rustici, & contra quemcunque possidentem res inuectas vel illatas, quæ sunt tacitè pignori obligatæ ipsi locatori. Instit. de Actio §. Item Seruiana.

Et datur pro consequendis rebus ipsius coloni inuectis vel illatis in fundum rusticum, vt ibi sint perpetuò, id est, quàmdiu durauit conductio. ff. de pignor. l. Debitor. Item pro deterioratione ipsius fundi. glo. ver. Quis. in d. §. item Seruiana. Item pro alia obligatione. ff. Quib. mod. pig. tac. cont. l. 2. Itē pro fructibus natis in prędijs rusticis. d. tit. l. eo Iure. & l. Licet. & l. In prædijs.

Seruiana pro rebus Inquilini. datur domino fundi vrbani, siue in rure siue in vrbe sit: quia prædiū vrbanū non locus, sed materia facit. l. Vrbana prædia, in princ. ff. de ver. sig. Et vrbanū á rustico non loco, sed qualitate secernitur. l. Si prædium. C. de prædijs Minorum. Sicut vrbana familia à rustica, non loco, sed genere distinguitur. l. Vrbana familia. ff. de verb. signif. Et cōpetit domino, etiāsi sit posterior cæteris creditoris. l. Interdum, cum l. seq. ff. Qui potiores in pig. hab.

Con-

Contra Inquilinum, vel quemcunque possessorem illatarum rerum.l. Si fundus. §. in vendicatione.ff.de pignor. Nam tacita hypotheca trãsit cum suo onere, præsertim si sit cum inclusione contracta, id est: Si res sint inclusæ præsente Notario erecto Inuentario: quod fit, cùm labitur Inquilinus facultatibus.l.Si debitor.ff.de distract.pignor. Item datur contra secundum Inquilinum, habentem partem à primo. l. Solutum.§.Solutam.ff.de pignor. act. Item contra filiumfamiliàs negociantem ex consensu patris. l. Si permittente.C.Ad Macedo.

Et datur ad omnes res inuectas & illatas in domum. l. Certi iuris. C. de locato. Siue dominus sciat, siue ignoret inuectas. Item datur alienas res illatas, sciente & consentiente eo, qui est dominus rerum.glo.in l.Item quia. in ver. Inuecta.ff.de pactis pig. Etiam datur ad res, in quibus quis publicianam habet.l. Si ab eo. ff. de pignor. Quia quæcunque tuetur prætor per Publicianã, eius creditor tuetur per Seruianam.

SALVIANVM INTERdictum.

SAluianum Interdictum datur locatori prædij rustici, qui potest probare possessionem debitoris tempore obligationis. C. de Saluian. Interd. l. 1. & vtile Saluianum datur cuilibet locatori, etiam prædij vrbani: & cuilibet creditori, cõtra debitorem. C.de precario & Sal. Interd. l.1.vbi glo.in ver. Competit.

Contra conductorem, colonum siue inquilinum, & eius hæredem. C. eo. l 1. Item contra tertium extraneum possessorem, ad quem res

peruenit.ff.eo.l.1. & hoc in vtili Saluiano Interdicto verum est. Bart.ibidem. Item datur contra illorum vniuersales successores. Bald. in. l.1. C.eo.

Pro apprehendenda possesione rerum inductarum in fundum, pro mercedibus fundi. Insti. de Interd. §. Interdum. Et pro fructibus illarum rerum. ff. de Salui. interd. l. 1. Vnde hoc Interdictum possessorium est momentaneæ possesionis. Bart. in leg. 1. ff. eo. In quo etiam sufficit sola probatio possesionis conductoris, per quæ differt a Saluiana Actione.

Actio hypothecaria est pedissequa. Potest hypotheca accedere omnibus Actionibus personalibus, mutuo, commodato, &c. Vt, si commodem tibi, possum te obstringere, vt mihi securius sit prospectum, quo aliquid mihi hypotheces & oppigneres. Est igitur accessoria ad alias Actiones personales. Vide C. de edendo. le. Edita. Vbi vides an Actionum cumulatio admittatur.

ACTIO HYPOTHECARIA.

Hypothecaria, est aut generalis, in qua veniunt omnia bona, quantum ad illam Actionem pertinet, Aut est specialis alicuius rei. Requirit primo, quòd res sit obligata vel ex conuentione hominis, aut prouisione legis. Secundò, requiritur ad hanc Actionem, quòd debitor sit in mora soluendi. l. debitor. ff. de pigno. Tertiò, quòd debitum sit verum & liquidum. l. Lege creditores. ff. de pignor. Quartò, quòd aduersarius, contra quem es acturus, posideat pignus. l. pignoris persecutio. ff. de pignor. Quintò, quòd res obligata tempore oppignerationis fuerit

rit in bonis debitoris. l.1. ff. de pignoribus. Vltimò, quòd tibi non sit satisfactum, vel per acceptilationem, vel per compensationem fructuum, vel per satisdationem, vel per vllam quietantiam.

Quasi Seruiana, seu hypothecaria Actio, datur cuicumque creditori, habenti obligata bona sui debitoris, siue in pignus conuentionale, Prætorium, Iudiciale, siue Legale. C. de prætor. pigno. l.1. & 2. Aliter tamen, quàm pro rebus coloni. Bart. in. leg. 2. ff. de Saluia Interdi. Etiamsi res hypothecata in totum destruatur & reficiatur. l. si ita legatum. §. Si domus. de legat. 1. Vnde competit legatario, vel fidei commissario, pro omnibus rebus testatoris, quando legata est quantitas, vel alternatiuum, vel genus, vel res aliena. Iason in l.1. ff. de legat. 1. C. Communia de legat. l.1.

Hæc Actio pluribus credentibus in vnam hythecam iuxta prioritatem datur. ff. & C. de priuileg. credito. & ff. Qui potiores in pignor. hab.

Datur contra debitorem, qui saltem habuit possessionem pignoris, quam oportet probare. Vel contra debitorem debitoris nomen obligantis. l.1 C. de prætorio pign. Item datur contra detentatorem vel possessorem quemcunque rerum obligatarum. ff. de pignor. l. grege. §. Et in superficiarijs. & l. pignoris. Qui extraneus possessor si habeat causam onerosam, tunc oportet probare, rem fuisse in bonis debitoris, vel bona fide & iusto titulo possessam. Iason in. §. Item Seruiana. Instit. de acti. Hypothecaria autem actio sequitur singularem successorem. l.1. §. Si hæres. ff. Ad Trebell. Et datur contra diuersos possessores re-

rum obligatarum in ſolidum, quia cauſa pignoris indiuidua eſt. l. Rem hęreditariam. ff. de euict. Et datur contra hæredem retinentem rem hypothecatam. Item datur contra quoſcunque extraneos poſſeſſores, ad quos peruenerunt bona, quæ erant mariti tēpore datæ dotis, & ſunt obligatæ pro dote, donatione propter nuptias, & rebus paraphernalibus. Iaſon in l. Si cōſtante. ff. ſolut. matri. Pro modo dotis & rerum paraphernalium.

Competit ad conſequendam ſecuritatem in rebus obligatis mobilibus ſiue immobilibus. Et vt illæ relaxentur à detentore, poſſeſſore vel debitore. Bart. in l. 2. ff. de Salui. inter. Et ad auocandam poſſeſsionem ratione hypothecæ. Bar. in l. 1. C. de Sal. interd. l. Si fundus. §. Creditor. ff. de pignor. Et datur ad auocanda omnia bona hypothecata, quantumcunque plus valeant, quàm ſit debitum, Auten. Et qui. C. de bonis autorit. Iudi. poſſ. l. Quamdiu. C. de diſt. pignor. Item datur ad tenendum & poſsidendum loco pignoris tantum. ff. de euict. l. Si cùm venditor. Donec integrè fuerit ſatisfactum. l. fi. C. de diſtract. pig. Et datur ad fructus perceptos ante Iudicium, ab extraneo malæ fidei poſſeſſore, vel etiam bonæ fidei, ſi extent. l. 1. §. cùm prædium. ff. de pignor. Et datur ad intereſſe, quanti intereſt rem pignoratam non reſtitui. l. Si inter colonum. ff. de pignor.

VTILIS REI VENDICATIO,

VTile dominium quæritur varijs contract. & modis. Primùm per contractum feudi (feudum à fidelitate nomen habet, vt dominus qui beneficium illud in aliquem confert vaſallū, eum fidelem habeat) Datur feudum ad

ſer-

seruitium personale, si non illud exprimatur seruitium. Ita c. 1. §. fi. In quib. causis feudum amittatur. In vsib. feudorũ. Ergo vasallus habet vtile dominium in feudo. Deinde vtile dominium est in contractu libellario, qui redactus in scripturam per plures personas, trãsfertur semper de vna in aliam, quarum singulæ vsum rei habent.

Differentias inter Emphiteusin, locationem longam, contractum libellarium, colonarium, superficiarinm, censualem feudi, & precarium, Vide apud Iasonem, in l. 1. C. de Iure emphiteutico.

Ephiteosis, implantatio, insitio, Erbbestendtnusz.

Longus contractus, est decem, vel vltrá, annorum. l. Qui fundum. ff. Locati. Nam infra nonum & decimum, semper est contractus renouandus, alioqui qui vtitur, acquirit elapso decennio vtile dominium.

De contractu libellario, Vide Bald. Tit. Qualiter olim poterat feudum alienari, In vsibus feudorum.

Superficiarius contractus, Ein bodenzinsz gebung/ In recognitionem domini superioris.

Precarius, qui est de quinquennio in quinquennium.

Censualis, qui transfert omne ius, quod habet locans. Præcariæ, est locatio precariarum de quinquennio in quinquennium, ad preces alicuius facta. Censualis, de quo extr. de Censibus. Vbi transfertur à transferente omne ius, tantùm censum exigit. Neque cadit qui nõ soluit censum, à sua re annis centum: atq; in hoc differt ab emphiteutico contractu. Vide differẽtiam harũ rerum Canonis, scilicet fisci, census, in Budæo in parti-

bus

bus Assis. Canō, Die zol vber brucken / wasser &c. Oblatio, Das betgelt. Indictio, Schatzūg/ die mann anstelt iñ nöten. Verùm apud Iureconsultos hæc confunduntur. Nam Canon dicitur census, quem pendit Emphiteota, siue sit 4. pars, vel tot modij de domo, vel minus. Et dicitur etiam victus, Hinc in practica Ferrariensis, tit. De victus præstatione. Iam si ex illis dictis cadat à suo contractu, tum agit actione Vtilis dominij, non directa vendicatione rei, quia illa competit pro ipso proprio rei dominio.

Vtilis rei vendicatio pro superficie, datur cōducenti aream vel fundum, ad non modicum tempus, id est, in decennium, vel perpetuò, id est quàm diu vectigal pendatur. ff. Si ager vectigalis vel emphiteuticarius petatur. l. 1. Item datur superficiario cadenti ab ædificato in superficie, id est, solo conducto, de quo pensionem præstat. ff. de rei vendic. l. Superficario. & de pignor. act. l. Tutor. in fi. Et de superficieb. l. 1. §. Quod autem ait Prætor. Itèm datur misso in possessionem ex edicto de damno infecto. ff. de dam. infe. l. Si finita. §. Si de vectigalibus. Item datur singulari & vniuersali successori. ff. de loco pub. fru. l. 1. Instit. De locato. §. Adeò.

Aduersus municipes ipsos, & quosuis possessores. ff. Si ager vecti. l. 1. Item datur contra directum dominium. Bar. & Ang. in d. l.

Ad agros vectigales, siue emphiteuticarios, pro quibus redditus siue pensio, quod vectigal dicitur, præstatur. ff. de verb. signif. l. Inter publica. §. Publica. Item datur ad priuatos agros, & datur ad vtile dominium in superficie seu ædificio, Bart. in. l. 1. ff. De superficiebus.

ACTIO

ACTIO QVOD METVS causa, Vel vtilis Actio in rem de metu.

PRO metu mortis, vel eo qui cadit in constantem virum, qui non est vani hominis, datur hæc Actio, non pro vano timore: nã varius metus. Alius mortis, pro hoc datur hæc actio ad rescindẽdum contractum, vel quicquid huius nomine fecisti. Est alius metus verecundiæ, vel futuri euentus naturalis, qui debetur parentibus vel magistratibus: pro illo datur nõ hæc actio, sed officium iudicis. l. fin. hic. Alius est metus reuerentiæ, is debetur à filio, vxore, liberto, patri, marito, & patrono: atque pro hoc etiã debetur officium ad rescindendum hoc factum, Quod patet ex hoc vulgari dicto: Rogamina superiorum, mandata sunt. Feli. in c. 1. De offi. delegat. Item ex hoc dicto importunæ preces mariti loco minarum sunt. Sic etiam rescindatur, si filia ante ætatem iustam sit ingressa monasterium, ad rescindendum matrimonium spirituale, non carnale. Angel. Instit. de actio. §. Quadruplum. Non autem hæc Actio pro omni violentia competit, sed tantùm pro compulsiua. Aliæ violentiæ, scilicet ablatiua, turbatiua & c. habent sua remedia & interdicta. Nam variæ sunt violentiæ. c. Ad audientiam. extrâ, eo. C. l. 1. in gloss. eo. Tit.

Actio vtilis in rem quod metus causa, datur passo metum præsentem, qui caderet in constantem virum, ob quem suam dereliquit, vel in alium transtulit. l. Metum. §. Volenti. ff. Quod metus causę. Siue passus sit metum in persona sua,

vel liberorum suorum. ff. eo. l. Isti quidem. Vel in persona suorum coniunctorum. Text. in Clement. 1. de excessibus prælat. Et datur hæredibus & successoribus intra annum in quadruplum: post annum in simplum. ff. Quod metus cau. l. si cum exceptione. §. Post annum. & l. quod diximus.

Et datur aduersus metum inferentem, siue habeat rem, siue non, etiamsi minis solùm afficiat, si saltem sit talis, qui minas, etiam capitales, solet exequi. Bart. & Bal. in l. Metum. C. eo.

Datur aduersus quemcũque possessorem, vel detentorem rei per metum ablatæ, siue posside cum titulo lucratiuo, vel oneroso, siue sine titulo. l. Si cum exceptione. §. Aliquando. & l. Metum. §. penult. ff. de eo quod metus cau. Item datur contra omnem qui lucrum habet ex re per metum ablata. d. l. Si cum exceptione. §. in hac actione. & leg. Si ipsa res. Item datur contra dominum ex metu facto per seruum, si res ad eum peruenit. l. Quod diximus. Item datur contra singularem personam, vel populum, vel curiam, vel totum corpus. d. tit. l. metum. §. animaduertendũ est. De metu adhibito per multitudinem rusticanam, vide hic assignatam legem, in. §. Animaduertendum. Et datur contra plures in solidum, tamen solutio vnius liberat alios. l. si cum exceptione. §. si. cum duabus legibus sequentibus Et datur contra hæredes, & hæredes hæredis, quatenus ad eos peruenit. l. quod diximus. §. fi. l. quod autem. ff. eo. Etiamsi precium ex re vẽdita peruenit. l. Si ipsa res. Datur pro rebus mobilibus & immobilibus, corporalibus & incorporalibus per metum mutatis & ablatis, vt restituantur. l. Metum. §. penult. Et datur intra

annum in quadruplum, si ante sententiam per metum ablata non restituantur. Instit. de acti.§. Quadrupli. Et quadruplatur quanti res est, hoc est, interesse cum fructibus & omni causa. ff. eo. l. Si cum exceptione. §. Quadruplatur. &. §. Iulianus ait. Item datur pro nuda possessione ablata. l. si mulier. §. 1. Item datur pro fructibus restituendis, etiam qui à petitore percipi potuerunt, metu impedito. ff. eo. l. Sed & partus. De restitutione violentiarum, vide memorabilem glo. in l. Extat. isto titulo. Quam omnino videndam puto. Item datur pro interitu, etiam si citra dolum & culpam vim inferentis ante sententiam pereat, vel post. Nisi sine dolo & culpa illius intra tempus iudicati, quæ & aliâs peritura non fuisset. l. si cum except. §. quatenus. C. eo. l. 1. Postremò datur ad restituendum in integrum, & in pristinum statum omnes res. l. Metum. § penult.

DE REVOCATORIJS Actionibus.

QVatuor sunt Actiones Reuocatoriæ, scilicet Pauliana, De qua tit. in ff. quę in fraud. credit. Secunda Fauiana, quę datur patrono pro quarta. Tertia, Daluisiana, quæ competit vtrisque, tam creditori, quàm patrono. Quarta, In factum reuocatoria, quæ competit pro incorporalibus alienatis. Instit. de Actio. §. Item si quis. & C. li. vij. de his, quæ in fraudem & c. Et idē tit. in ff. Quæ in fraud. Multis modis in præiudicium alienatur res & in fraudem, vel à liberto. Secundò, in fraudem per patrem arrogantem in præiudicium filij arrogati, quibus debetur quarta de bonis patris, qua nō possunt facilè priuari.

uari.l.fin.ff.Si quid in frau.patro.Tertio fit alienatio rerum in fraudem fisci à malefactore. De qua l.Post contractū. ff. de donationibus. Quartò fit alienatione rerum in fraudem creditoris. De qua hic agitur,& huc pertinent loci citati, ex C.ff.& Instit.

Alienatio est duplex. Simulata, & Imaginaria, quæ ipso Iure non valet, atque adeò ipso Iure non est opus actione. Alia est in fraudem: quæ quidem valet, sed rescinditur per Actiones reuocatorias.

Aliud est fraus, aliud dolus. l. Iurisgentium. §.Dolo malo. ff. de pactis. Dolus fit cum animo & consilio committentis, cùm aliud agitur, aliud simulatur verbis. Sed fraus quandoque fit à se ipso.l.Fraudis.infr.de ver.signif.

Actio Pauliana datur creditori, quando debitor aliqua bona corporalia, siue mobilia, siue Immobilia, in fraudem creditoris alienauit, ne possit consequi debitum. Instit. de act. §. Item si quis in fraudem.

Et dat omni creditori, siue ex contractu, vel quasi: ex delicto, vel quasi, siue puro: in diem, vel sub conditione, vel etiam futuro. glo. ver. Creditorum.& ibi Doctores, in d.§. Item si quis in fraud. Item datur curatoribus bonorum. ff. Quæ in fraudem cred. l. 1. Item datur hæredi, cæterisque successoribus. d. tit. l.Ait prætor. §. vlt.

Competit contra quemlibet, qui accepit ab eo qui alienauit in fraudem.l. Ait prætor.§. Hęc actio.ff.Quæ in frau.cred.Cum hac distinctione: Si accepit titulo lucratiuo, competit etiam, si ille accipiens fraudem non participet.d.tit.l. Qui autem.§. Simili modo. Quòd si accepit oneroso

titulo,

titulo, tunc tandem competit, si de fraude participat. l. penult. C. de reuocãdis his, quæ in fraud. cred. Item competit aduersus vnũ ex pluribus tenentibus rem in fraudem alienatam. Bart. in l. Mos is. ff. de iure fisci. Et in l. Creditoris. ff. de distract. pignor. Et competit ita in solidum. Item competit aduersus eos, qui sub tutela vel cura sunt, quatenus ad illos peruenit. d. l. Ait prætor. §. Ait prætor. Similiter contra hæredes datur, quatenus ad eos peruenit. d. tit. l. Caspius. Item competit aduersus fraudatorem ipsum. l. fin. §. fin. ff. Quæ in fra. cre.

Pauliana Actio datur ad reuocandam alienationem, ac si facta non esset, vt sic creditores possint mitti in possessionem illorum bonorum, perinde ac si fuissent possessa per debitorem, etiamsi non restituatur precium per vendicantem. l. Si debitor. ff. Quæ in frau. credi. Et datur ad restituendum in pristinum statum res & obligationes. l. Ait prætor. §. Præterea id. tit. & lege. Hac in factum actione. & l. Omnes debitores. ff. eo. Et restituuntur obligationes in pristinam naturam & vitam. C. eo. l. fin.

Item restituuntur obligationes in reum principalem, & fideiussorem, scientes fraudem. l. fi. §. 1. ff. eo. l. fin. C. eo. Putà, ad reponendum in pristinam obligationem eum, qui per fraudem debitoris liberatus est. C. de reuocand. his, quæ in frau. credi. l. fin. Et ad integrandam stipulationem acceptilatam. l. Ait prætor. §. Exitus. Item ad cedendas actiones quibus competunt. l. Hac in factum. ff. eo. Item datur ad fructus restituendos. ff. de vsur. l. Videamus. §. In Fauiana. Perceptos, pendentes tempore alienationis, & post litem contestatam percipiendos, & qui per frau-

dato-

datorem percipi potuerunt.d.l.Ait prætor.§.per hanc actionem.& l.fin.§.penult.Libellum huius Actionis format Speculator, in tit. de rebus eccles.alienand.vel non.Et ad Interesse.l. fin. C.eo. Vbi Cynus.

Fauiana Actio datur patrono succedenti liberto decedenti sine liberis,ex testamento vel ab intestato.C.Si in frau.patr.à libert.alie.fa.sit.l. 2.in cuius quidem patroni fraudem libertus aliquid alienauit dolo malo,inter viuos, quatenus legitima pars debita patronis, quæ hodie tertia est, diminuta sit.C.Si in fraud. pat.l.1.ff.eo.l.1.& cōpetit pluribus viriliter.ff.eo. l.3. Et l. Quodcunque. Et cōpetit hæredi, & cæteris successoribus patroni. l.1.§.Hæc actio.

Contra possessorem rei in fraudem patroni alienatæ,siue titulo lucratiuo, siue oneroso. Sed in titulo oneroso requiritur fraus re & consilio, vt emptor posit molestari.glo.& Paul.de Castr. in l.1.C.eo.Et glo. in l. Patronus.ff. de probationibus. Item datur contra eum, ad quem res ex donatione peruenit.l.penult.ff.eo.Siue ex donatione inter viuos, vel in vltima voluntate. l.1. §.si pluribus.ff.eo.Item contra eum, qui preciū dono accepit ex re vendita per libertum.d.l.1. §. Sed si rem.Item contra filium familiàs,cui libertus in fraudem contra Macedonianum mutuauit.l.Si libertus. Item datur contra patrem dominumue ex dato filiofamiliàs, vel seruo per libertum,de in rem verso,de peculio,vel de iussu. d.l.1.§.Si seruo.Et datur contra hæredem,& cæteros successores.l.1.§.Hæc actio.

Ad reuocanda alienata in fraudem patroni, vsque ad legitimam portionem, tertiam scilicet bonorum liberti,debitam patrono. C.eo. l.2. &

debet

debet patronus ei, qui emit à liberto, sine dolo suo restituere precium. l. 1. §. Si quis in fraudem. ff. eo. Et datur ad liberandum ab obligatione, qua se in fraudem patroni libertus obstrinxit. d. l. 1. §. Si mutuam. Et datur ad interesse, non affectionis, sed pecuniariũ. d. l. 1. §. sed si rem. Et datur ad fructus perceptos ante litis contestationem, & post. ff. Si quid in fraud. patr. l. 2.

Vtilis Fauiana Actio datur impuberi arrogato, non autem adoptato. Quia quarta ex testamento non ita debetur adoptato. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. Aliquam. Iason in l. si arrogator. ff. de adopti. In versic. Item diligenter attende. Item competit maiori arrogato, quia & illi debetur quarta, de Iure communi. Iason in d. l. Vers. Nunquid autem.

Et datur contra adoptantem, vel possidentẽ res alienatas in fraudem arrogati, quas arrogator alienauit, quo priuaret arrogatum, quarta illa sibi debita, quasi ex iure taciti contractus adoptionis. Barth. in l. non vsque. ff. Si à parẽte quis fuerit manumissus. Paul. de Castr. in l. 2. C. si in frau. patr.

Et datur ad reuocanda illa alienata de bonis arrogatoris, vsque ad quartam eorũ bonorum, quæ arrogatus habuisset ab intestato, quæ hodie non est adaucta. gloss. ver. Hoc obseruando. in final. In Autent. de triente & semisse. Et de illa quasi Fauiana est lex final. ff. Si quid in frau. patr.

Reuocatoria Actio etiam datur liberis fraudatis legitima per venditionem omnium bonorum, quam pater fecit. Panor. in c. Raynutius. extr. de testam. & ibi gloss. ver. Deducendas. Et

datur

datur etiam liberis post alienationem natis legitimè & naturaliter. Arg. l. Si vnquam. C. de reuocandis don.

Et datur contra possidentem titulo oneroso, participantem etiam de fraude, Ne emptor de sua malitia glorietur. Bald. in lege. 2. C. Si in fraudem patroni. Item datur contra possidentem ea, quæ pater iu ludo perdit illicito, vt restituat vsque ad legitimam filiorum. Bald. in l. 1. C. Si quid in frau. patr. Ne ex dolo lucretur. gloss. fin. in l. In executione. ff. de ver. oblig.

Et competit ad reuocanda bona titulo oneroso in fraudem liberorum, per parentes alienata, sicut arrogatus reuocat in bonis arrogantis. Bart. in l. Non vsque. ff. Si à patre quis fuerit manumissus. Et datur tandem post mortem patris: quia viuente patre, filius in bonis patris nullum ius habet. l. In suis. ff. de liber. & posthu. l. 1. C. de inoffi. donat. vbi glo.

Caluisiana Actio competit tam patrono in bonis liberti alienatis in fraudem, quàm cuique creditori in bonis debitoris. Instit. de actio. §. Si quis in fraudem. in glo. ver. Eam rem petere. l. Si patronus. Et. l. fi. ff. Si quid in frau. patro. Contra possidentes bona alienata. in fraudem patroni, vel creditoris. glo. ver. Reuocare. l. fi. C. Si in frau patr. Et competit pro reuocandis bonis alienatis per debitorem, vel libertum in fraudem creditoris vel patroni, pro fructibus perceptis etiã post litis contestationem. l. In Fauiana. ff. Si quid in frau. patr.

In factum reuocatoria, competit tam creditori, quam patrono, cuius bona incorporalia alienata sunt, per debitorem vel libertum. Contra possessores vel detentores bonorum alienatorum

torum in fraudem creditoris, vel patroni. Ad reuocanda incorporalia alienata per debitorem vel libertum. i. Actiones & Iura. l. Hac in factum. ff. de his quæ in frau. cred.

Reuocatoria etiam competit Fiſco, in cuius fraudem res, nedum per donationem, ſed quocunque modo, alienantur, per eum qui animo committendi maleficium alienat, ſecuta poſtea condemnatione, ex qua facta eſt confiſcatio bonorum. l. in fraudem. ff. de iure fiſci. l. poſt contractum. ff. de donatio. Vbi Bartol. & Paul. de Caſtr.

Contra ementem in fraudem Fiſci, participantem etiam de fraude. l. ait prætor. §. Si quis particeps. ff. Si quis in fraud. cre. Item datur contra donatarium, cui aliquis ſuſpicione pœnæ, vel contemplatione maleficij faciendi donauit, vel inter viuos, vel mortis cauſa, ſi ille poſtea pœna capitis fuit affectus. ff. de mortis cauſa donat. l. ſi. aliquis.

Ad reuocanda alienata ante delictum commiſſum, propoſitum tamen, vel poſt delictum commiſſum, ante accuſationem: in delictis, in quibus non interdicitur adminiſtratio: in quibus alienatio eſt reuocabilis, ſiue ex cauſa lucratiua, ſiue oneroſa. Item ad reuocanda alienata poſt accuſationem, & poſt litis conteſtationem. Item poſt ſententiam, ſuſpenſam tamen appellatione. Item ad reuocanda donata cauſa mortis. Item ad reuocanda donata inter coniuges, contemplatione futuri delicti.

Fraudatorium interdictum competit pupillo, cuius debitor tutore iubente, alij ſoluit. l. Pupilli debitor. ff. de ſolut. Item competit adulto, cuius debitor per adminiſtratorem delegatus

eſt creditori adminiſtratoris, vt illi ſolueret. Itē competit debitori, cuius pignus per creditorem mala fide eſt venditum. C. ſi vendito pignore agatur. l. 1. & l. penult. Modò ille offerat precium, quod fuit in vtilitatem venditoris conuerſum. Bart. in l. 3. C. de iure fiſci, lib. 10. Et competit hæredibus, quia eſt rei perſecutorium. l. in honorarijs. ff. de actionib.

ACTIO BONORVM POSſeſſoriæ hæreditatis.

BOnorum poſſeſſoriæ hæreditatis petitio, datur illi qui de iure prætorio agnouit bonorum poſſeſſionem, ex teſtamento vel ab inteſtato, coram iudice, iuxta legem fina. C. qui ad bon. poſſ. admit. Inſtit. de bonor. poſſeſſ. per tot. ff. de ſucceſſ. edict. l. 1. §. decretalis. Qui habet vtilia iura in rebus hæreditarijs, de iure prætorio, ſicut hæres habet de iure ciuili. Et datur ſtatim poſtquam quis agnouit hæreditatem : nec hodie eſt opus decreto. Paul. de Caſtr. in rub. ff. de poſſeſſ. hæred. peti. Item datur hæredibus. l. veluti. ff. de petit. poſſeſſ. Contra illum, qui tenet bona hæreditaria, vel pro hærede, vel pro poſſeſſore, contra quem poſſet intentari petitio hæreditatis ciuilis, per quam tantundem conſequitur bonorum poſſeſſor, quantum petitione hæreditatis hæres conſequi poteſt. ff. de poſſeſſoriæ hæredit. petit. l. 2. Et datur contra deſientem dolo malo poſſidere. l. nec vllam. §. fin. ff. de petit. hæredit. Et l. etiam. §. 1. eod. tit. Item contra habentem facultatem reſtituendi. l. filijfamiliâs. & l. ſi à domino. d. tit. Item datur contra hæredes,

redes, si possident. l. Neratius. in dict. tit. Ad pronunciandum Actorem bonorum possessorem, id est, hæredem, de iure prætorio: & consequenter, vt restituātur corpora hæreditaria. C. de hęred. petit. l. si scripti hæredes. Et competit ad restituendum precium, quod in locum rei hæreditariæ venditæ successit. ff. de petit. hæred. l. si & rem. Item competit ad res corporales, & incorporales, per defunctum habitas & possessas, relictas in hæreditate. l. ita videndum. ff. eodem. Competit ad fructus, vsuras, damna, sumptus, & omne interesse. l. & non tantum. & l. item veniunt. & l. post senatusconsultum. ff. de petitio. hæred

FIDEICOMMISSARIAE hæreditatis petitio.

Fideicommissarius est, qui petit hæreditatem, hæredi à testatore commissam, vt fideicommissario restituatur, cùm hæres adeat hæreditatem.

Fideicommissariæ hęreditatis petitio, datur illi cui restituta est hæreditas, in totum, vel pro parte iure fideicommissi, ex Senatusconsulto Trebelliano. ff. de fideicommiss. hæred. petit. l. 1. Et datur ei, cui verbo hæreditas restituta est ex persona propria. Barto. in l. 2. d. tit. Et etiam ei, cui re hæreditas restituta est: quia verbū restituere, comprehendit realem & verbalem restitutionem. l. restituta. in principio. & l. facta. ff. ad Trebell. Item datur hæredibus eius, cui quis rogatus est hæreditatem restituere. l. 3. versicul. an ei cui. Contra possessores vel de-

tentatores illorum bonorum reſtitutorum ex cauſa fideicommiſsi vtilis, glo. Bart. in l. 1. ff. de fideicommiſſ. hæredit. petit. Et datur contra hæredem ad pronunciandum aliquem eſſe fideicōmiſſarium: & conſequenter, vt corpora fideicommiſſariæ hæreditatis reſtituantur, Scilicet ab hærede, cui ſunt commiſſa à teſtatore. Argumento eorum, quæ notantur l. 1. in principio. ff. de edendo.

ACTIONES IVRATORIAE, De quibus Tit. in C. & ff. de Iuramento.

Inſtit. de Actio. §. Sed ſi quis poſtulante, habetur triplex Iuramentum, ſcilicet Voluntarium, Neceſſarium, & Iudiciale (Licet aliæ ſint diuiſiones Iuramenti aliquæ multæ, ſcilicet in litem, procuratorium & c.) de qua diuiſione hic agitur, & in Rubr. ff. de Iurament. Voluntarium, quod fit extra iudicium ex ſimplici conuentione partium. Neceſſarium, quod fit in defectionem probationum: hoc ſuper preteritis tantùm defertur. Dicitur enim deciſiuum litis iudiciale, quod defertur à parte parti, iudice approbante & deferente, quo controuerſiæ deciduntur, quod recuſari poteſt. l. de Iureiur. Hic ergo agemus de iuramēto vel neceſſario vel iudiciali, ex quo naſcitur quaſi contractus, quando parte concedente mihi defertur: & ego iuro. Nam poſtea habet vim plenæ probationis, & rei iudicatæ, & tranſactæ, & facit de non debito debitum. Vt ſi dicam: Cur non reddis mihi hunc librum: & dicas

dicas tu: Iura quòd sit tuus, Et ego iurauero: certè contra te mihi competit actio.

Ex iuramento autem nascuntur tres actiones, scilicet in factum iuratoria, ex iuramento informiter (id est, vbi nulla iuraméti redditur causa) præstito, nulla causa adiecta. Si formiter iuretur, nascitur iuratoria vtilis ex contractu, scilicet vel emptionis, aut quo contractu vestitur. Sunt igitur tres iuratorię, scilicet in rem, in factum, & Mixta.

IVratoria in rem, seu vtilis rei vendicatio iuratoria, datur iuranti ad postulationem rei, rem illam esse suam: siue dominum se esse rei. ff. de iureiu. l. Nam & postea. §. fi. cum. l. seq. Item competit petitori seu possessori, iuranti rem suã esse, aduersario deferente iusiurandum. ff. de iureiu. l. Nam posteaquam. §. fin. cum l. seq. Idem si iuramentum acceptatum esset remissum: nam paria sunt iurare, vel iuramentum remitti. l. non erit. §. fi. ff. De Iureiur. Idem si pars aduersa credidisset fidei, & conscientiæ alterius partis in iudicio, quando talis credulitas à parte esset acceptata, & secuta esset declaratio: aliàs talis conuentio credulitatis reuocari posset, sicut delatio iuramenti. l. Si quis iusiurandum. C. De rebus creditis. Siue iurauerit adiecta causa, id est, formiter, siue informiter, id est, nõ adiecta causa: quia quando tantùm vna est causa actionis, vt realis actionis dominium. l. Et an eadem. §. Actionis. ff. de except. rei iudicatæ, tunc paria sunt speciem exprimere, vel genus, quod in vna sola specie verificatur. §. Nominatim. Instit. de exhæred. liberorum.

Aduersus eum qui iusiurandum detulit, eos-

que qui in locum eius succeſſerunt, hoc eſt, in ſucceſſorem vniuerſalem & ſingularem, habentem cauſam à deferente iuramentum, quam acquiſiuit poſt delationem iuramenti. Paul. de Caſtro, & Iaſon in d. l. nam poſteaquam. §. fin. Item competit aduerſus conſocium, qui iuramentum non detulit. l. duobus. ff. eod.

Ad reſtituendam rem cum fructibus perceptis poſt iuramentum: quanquam de illis nihil ſit iuratum, & cum omnibus acceſſorijs rei, quã ſuam eſſe iurauit. l. ſed etſi poſſeſſ. ff. de iureiur.

Ago contra Titium, qui mihi vendicanti rem detulit iuſiurandum, vt iurarem illam domum eſſe meam: quod ego feci. Sed cùm ille adhuc habeat rem, aut rurſus ad eum peruenerit, aut dolo malo deſijt poſſidere, peto domine iudex, condemnetis eum ad eam mihi reſtituendam, quandoquidem ego pro ea iuraui.

Confutatio: Iurauit quidem, ſed ſine voluntate mea. l. 3. ff. & Inſtit. poſtulante, &c. Vel dicas: Iurauit quidem, ſed etiam contra ſe. Ergo, & cęt. Vel iurauit rem meam non eſſe. Non autem iurauit, rem ſuam eſſe. Ergo non competit ei exceptio. l. etſi poſt. ff. de iureiur. Item iurauit minor, vel pupillus, &c.

Manifeſtæ turpitudinis eſt (inquit Legislator) nolle iurare, nec iuramentum referre. Nam omninò, cui defertur iuramentum, aut iuret, aut referat, id eſt, retorqueat iuramentum in aduerſarium. Omnes leges & §. hic dicunt aut de Actione, aut Exceptione. Nam iuſiurandum inducit aut Actionem, aut Exceptionem.

Iuratoria Publiciana competit iuranti deferente non domino, cui iuranti virtute ſacramenti res traditur: & per conſequens vſucapiendi

con-

conditio paratur, siue inde desinat possidere. l. eum qui.§.si petenti.ff.de public. quia habet tit. ex iuramento, & possessionem per traditionem, vel quasi, & bonam fidem, iuris præsumptione. C.de euictio.l.penult.cum glos.

Contra deferentem, & illius hæredem & successorem. Quia quando allegatur pro titulo res iudicata, vel iuramentum, de quorum natura est, vt alijs non noceant: tunc nec actiones ex eis procedentes, ad alias extendentur. Ei enim soli nocere debet iusiurandum, qui detulit, & illius hæredi, l. eum qui.§.si petenti.ff.de public. Sicut quando iuratum est in reali ciuili. l.nam & postea.§.fin.cum similib.

Ad res mobiles & immobiles, iura & incorporalia, fructus & omnem causam, pro quibus iuratum est. Vide sup.in public.

Iuratoria in personam, siue vtilis ex cõtractu seu in factum ex iuramento, datur iuranti in iudicio, ad postulationem alterius partis, adiecta causa, siue non adiecta, in actione personali.ff.de iureiur.l.si duo.§.si quis iurauerit. & §.Marcellus. Et nascitur talis actio ex contractu illo præsumpto, quia iuratũ est. Angel.in Instit. de actio. §. itẽ si quis postulãte. Et datur ex eo quod procurator iurauit, qui habuit vniuersalẽ administrationẽ cũ libera, siue habuit speciale mandatũ, vel fuit in rem suã. l.nam posteaquã. §.pen. ff.de iureiur. Item datur patri ex iuramento filijsfamiliâs, & domino ex iuramento serui.l.seruus.l.sed etsi seruus.ff.eod. Item datur fideiussori ex iuramẽto rei.l.duobus.§.1.Datur pupillo vel mulieri.l.qui iurasse. Datur ei cui iuramentũ est remissum, cùm paratus esset iurare.l.nam & postea.§.1. Competit aduersario; ex iuramẽto enim nudo

non tantùm competit Actio iuranti, sed etiam aduersario, contra quem est iuratum. Vt si quis iurauerit se emisse pro decem, nedum ipsi iuranti cõpetit Actio propter iuramentum, sed etiã aduersario Actio ex vendito, ad ipsum precium. Ita in omnibus cõtractibus reciprocis: Qui sunt vltrò citroque obligatorij, emptio, venditio, locatio, conductio &c.

Datur contra deferentem Iuramentum, vel illius socium. l. Duobus. ff. eo. Item contra dominum patremue, de peculio, si seruus vel filius familiàs Actori detulerit iusiurandum. l. Quidam de peculio. ff. eo. Item datur contra eum qui iurauit, vt impleat contractum, ex parte sua quem iurauit. Putà, qui iurauit fundum dedisse pignori ob decem, pro decem, ex illo iuramento tenetur. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. &. §. Marcellus. eo.

Cõpetit ad obseruationem contractus, & ad omnia ea quæ ex contractu sequũtur. l. si duo §. si quis iurauerit. Putà, in emptione, vt res tradatur, & de euictione caueatur, ex vendito vt precium soluatur. Et competit ad simpli, non dupli persecutionem, ei qui iurauit ex ea actione, quæ inficiando crescit. ff. de iureiur. l. Eum qui. Nam qui defert iuramentum, non onerat Actorem onere probandi, Ergo pœna dupli debet cessare. Bart. & Bald. in d. l. Eum qui. Item cõpetit ad æstimationem eius rei, quæ interijt per moram. d. l. Eum qui. §. si iurauero.

Iuratoria mixta datur iuranti hæreditatem suam esse, vel sibi communem esse cum aliquo. ff. de iureiur. l. sed etsi possessori. §. vlt. Vel vbicunque pars aduersa in iudicio iurauit ad postulationem aduersarij sui, illum aduersarium teneri

sibi

ſibi per aliquam actionem mixtam, ſuper qua pendebat iudicium inter partes.

Aduerſus deferentem iuramentum, adiecta cauſa ex adiectione mixta. Vt notatur in §.item ſi quis poſtulante.Inſtit.de actionib.

Ad conſequendum id quod haberet, ſi ſecundum ſe de hæreditate eſſet iudicatum, hoc eſt, ad reſtituendas res, quas aduerſarius poſsidebat, & quas poſtea cœpit poſsidere.d.l.ſed etſi poſſeſ. §. vlt. Vt deferens ſoluat ex actione mixta. De quibus in.§.Quædam.Inſtit.de actio.

REDHIBITORIA ACTIO.

Merè eſt perſonalis prætoria. Scopus huius Actionis eſt, vt omnia redhibeantur.

REdhibitoria Actio datur ementi rem vitioſam ignoranter: quod vitium ſi emptor ſciuiſſet, nullo modo empturus fuiſſet. ff. de ædil.edict. l.1.§. ſed ſciendum. &. §. Cauſam. Neſcius enim emens rem vitioſam, venditorem de precio & damno conuenire poteſt. C.de ædilit.actio.l.1. Ea autem ignorantia emptori prodeſt, quæ non in ſupinum hominem cadit. ff. de contrahend.empt.l.Etſi conſenſ. Non enim diſſolutam ignorantiam emptoris excuſari oportet.ff.de ædil.edict.l. Cùm ſex menſes. Et datur omnibus, ad quos ea res pertinet, hoc eſt, ſucceſſoribus & hæredibus.d.tit.l.1. & l. ſciendum. §. Deinde. Et datur pluribus hæredibus, pro portionibus ſingulorum.l.Quod ſi nolit.ff.eo. Et datur permutantibus.d. §. Deinde. Contra venditorem intra ſex menſes vtiles à die traditionis vel promiſsi.l.ſciendum.§.tempus. Et l. Cùm ſex menſes.ff.de ædil, edict. Datur contra affirman-

tem aliquid adesse rei, quod non adest, vel abesse rei, quod adest: vel promittentem id. l. quis sit fugitiuus. fina. & l. sciendum. §. dictum. Contra dominum vel patrem, ex venditione serui vel filijfamiliâs. l. cùm autem. §. si seruus. Contra hæredes omnes. d. l. cùm autem. §. hæ actiones. Contra plures hæredes, pro portione hæreditaria. l. quod si nolit. §. si venditori.

Datur ad compellendum venditorem, vt rem retrò accipiat. l. redhibere. ff. de ædil. edic. Et precium restituat, qui si non facit, datur ex contumacia contra ipsum redhibitoria in duplũ precij & accessionis. l. redhibitoria. ff. de ædil. edict. Et datur ad fructus & accessiones. l. quod si nolit. d. tit. in fi. Et datur ad culpam emptoris, suorumq; domesticorum. d. l. quod si nolit. §. culpã. Et datur ad interesse. C. de ędil. act. l. 1. Itẽ datur, vt omnia restituãtur in integrũ, perinde ac si neq; emptio, neq; venditio intercessisset. d. tit. l. facta.

Ciuiles personales durant 30. annis. C. de prescrip. 30. an. Sed ciuiles reales durant trib. annis, si sint res mobiles. Si immobiles, decem annis inter præsentes & cæt. Sed prætoriæ, quæ sunt pœnæ persecutorię, durant annum. Sed rei persecutoriæ longiùs.

Quãto minoris res est, siue æstimatoria actio, datur ementi rem habentem vitium latẽs: quod si sciuisset emptor, quanquam empturus fuisset, non tantum tamen excursasset, id est, exposuisset. l. sciendum. §. tempus. ff. de ædil. edic. Contra venditorem intra annum vtilem, etiam ignorantem. ff. eod. l. 1. §. causa. in glos. vers. teneri. Ad cogendum venditorẽ, vt restituat emptori de precio rei per eum recepto, quantũ venditor habuit vltra verum & commune preciũ ipsius rei, quo vendi

vendi potuisset scientibus illud. ff. de ædil.edict. l.bouem.§.aliquando. & l.quoties. Item quanti minoris emisset, si modum vel mensuram rei sciuisset. ff. de actio.empt.l.quæror.

Emens rem vitiosam, tres habet actiones, inter quas quam velit eligat. Primò, actionem ex empto ad interesse. Secundò, redhibitoriã intra sex menses. Tertiò, quanti minoris intra annum.

In factũ redhibitoria, vel ædilitia, datur emptori, repetẽti precium solutum pro re vitiosa, quia emerit rem sub conditione displicentiæ. C. eod.l.pen.Et tunc datur intra sexaginta dies vtiles, si nihil de tempore conuenit. Vel datur ideò, quia venditor non pronunciat de his, de quibus iubent ædiles. Vt in l.quòd si nolit. §.quoniam mancipia.ff.de ędil.edict. Vel non cauerit de his, de quibus caueri iubetur.ff.eod.l.si venditor. Et hoc in intra duos vel sex menses. Vel datur ideò, quia veterator pro nouitio vendatur.l. præcipiunt ædiles. Vel datur, quia iumenta non vt optimè ornata, emptoribus tradantur. l. ædiles. Vel datur ideò, quia canis, aper, vrsus &c. habitum sit eo loco, quo vulgo iter sit.ff.eod.l.hi enim.

Datur contra vẽditorem, cui extra ius vitiosa res reddita est ab emptore.d.l.quod si nolit.§. in factum. Et datur ad cogendum venditorem, vt precium restituat emptori, & impẽsas necessarias.l,ædiles.§.fi.ff.eo. Datur v̄t emptor omnem commoditatẽ perceptã ex re vendita restituat. d.l.quod si nolit.§.si.putà vecturas ex equo. d.l. ædiles etiam.§.fin. & precium deteriorationis.

ACCESSORIAE ACTIONES.

Quæ sequuntur Actiones, non sunt peculiares, sed accessoriæ, scilicet de Actionibus natis ex obligationibus, in quibus nõ per nos, sed per

alios

alios qui in noſtra poteſtate ſunt, obligamur: ſunt ergo qualitates, vel cognominationes aliarum actionum, vt dicit Paul. de Caſtr. in Rubr. C. de exercitor. De iure Ciuili nemo obligatur ex alieno facto: & quia aliquando per noſtræ poteſtati ſubiectos agimus, iniquum eſſet, quenquã hoc pacto decipi, ideo hac re motus prætor, inuenit actiones quaſdam, quib. qui cum illis agũt, illis ſubuenitur. Vbi Actio naſcitur non aduerſus ſeruum vel filiumfamiliâs, ſed aduerſus dominum vel patrem, adiecto hoc, de in rem verſo, vel de peculio, vel ſuo iuſſu, quæ ſunt adiectiones, vel cognominationes, Vt ſi ſeruus locauit, vel emit, vel conduxit, cognominatur illa actio exercitoria ex locato, empto & c. Regulantur autem illæ Actiones, inſtitoria, exercitoria & c. ad naturam contractuum, quibus adiungũtur, quo ad præſcriptionem & bonam fidem, vel non. Multis modis per alios obligamur, aliquãdo tanquam per cauſam efficientem, vt hæres per defunctum. Bal. in Rub. C. de exercit. act. Secundò, per alios tanquam per cauſam inſtrumẽtalem meram & ſimplicem, vt dominus obligatur per nuncium. De eo eſt tit. Si quis ſub alieno nomine aut pec. emerit. Tertiò, obligamur per alios tanquam per inſtrumentum, ſed per ſuam perſonam, vt per procuratorem: aut dominus aliquis præponens inſtitorem negocijs ſuis vtilibus terreſtribus, non nauticis, obligatur certè. Hoc modo etiam obligatur dominus nauis, per eum quem naui præpoſuit. Eccleſia per ſuum prælatum, Ciuitas per ſuos adminiſtratores, & œconomos. Pater per filium. Minor per curatorem. Ex primo modo huius diuiſionis naſcitur exercitoria, in qua primò forma præpoſitionis

eſt

est obseruanda, & finis. Nam his neglectis præponens non obligatur, nisi captiosè præscripsisset formam. Secūdò requiritur hic materia, quæ est negocium commissum in commercijs marinis. Tertiò, consensus domini tacitus, vel expressus. Quartò, bona fides requiritur ad hanc Actionem, hoc scilicet nomine, vt pariat exceptionem. Præterea notandum discrimen inter exercitorem & magistrum nauis. Iureconsult. hoc. l. 1. dicit, quis sit magister nauis, & quis etiam dicatur exercitor, Der Schiffherr / oder Hauptherr.

EXERCITORIA ACTIO.

DAtur contrahenti cum magistro nauis, puta locandis nauibus, conducendis vectoribus, emendis armamētis, vel mercibus, vel mutando in refectionem nauis. Et datur cōtrahenti cum eo quem exercitor præposuit, etiamsi eo domino ignorante vel prohibente contraxerit. d. l. 1. §. magistrum. Contra eum qui magistrum nauis præposuit. ff. eo l. 1. Et datur in solidum. Bart. in l. 1. ff. De pecul. Item datur contrahenti cum eo qui credidit in refectionem nauis, vel vt alij soluatur qui eo credidit. ff. De exer. l. 1. §. sed etsi etc. Modò creditor sciat, quòd magister nauis incertam causam mutuet. d. l. 1. §. Quod si ab initio. Itē quòd refectio sit necessaria ex iusta causa. d. tit. l. fina. Item quòd non mutuet maiorem pecuniam, quàm pro necessitate. Item quòd mutuet in loco vbi nauis possit refici, vt l. fi. ff. de exercit. per totum. Item competit contrahenti etiam cum suo filio, vel seruo, quem alius naui præposuit. ff. eo. l. si cum qui. Item datur hæredibus, & in hæredes. l. si tamen plures. §. vlt.

Con-

Contra eum qui magistrũ in aliquam expressam causam præposuit. l.1. §. non autem. Vel tacitam. §. si mutuam. l.1. Vel expresso mandato & causa. Et competit contra eum, qui exercitorem in sua potestate habet. Modò ille voluntate eius exerceat. d.l.1.§. si is qui. Et datur contra plures, qui per tertium liberum, vel seruum, vel per vnum ex ipsis exercent. l.1. §. fina. cum duabus legibus sequentibus. Item contra plures exercitores, qui per seipsos exercẽt, pro portionibus exercitationis. d. tit. l. si tamen plures. Et datur contra mulierem præponentem, quia non intercedit, sed rem suam agit. C. de instit. l. etsi à muliere.

Datur ad solidum contra dominum, expressè consentientem, vel tacitè, putà, quis sciuit & aliquid fecit, ex quo colligitur eius consensus. l.1. §. si is qui. in versic. sed si sciente. ff. de exercit.

INSTITORIA ACTIO.

Datur contrahenti cum institore, cuiuscunque sexus vel status fuerit ille institor. l. sed & si quis. Si ille præpositus sit tabernæ, vel cuicunque generali quæstuariæ negociationi. ff. de instit. actio. l.3.

Item datur fideiussori, qui pro institutore interuenit: eius enim rei sequela est. ff. eod. l. cuicunque. §. item fideiussorem.

Item hæredibus & in hæredes, institoria perpetuò datur. l. nouissimè sciendum est.

Contra præponentem tabernarium, in merce terrestri pecunijs fœnerandis, agris colẽdis, mercaturis faciendis. d. tit. l. cuicunque, in princip.

Item

Item datur contra dominum ex contractu serui, ex causa cui præpositus est in solidū. l. ex contractibus. & l. fin. C. de instit. actio. Vel ex contractu Vicarij serui. ff. eod. Et ideò. Item datur contra dominum præponentem procuratorem mutuis pecunijs accipiendis. Et hoc casu vtilis institoria datur. l. in eum. Item datur contra dominum, pupillum, minorem, ex præpositione procuratoris, tutoris, curatoris. l. quicunque. §. fina. cum legib. sequentib. Item datur contra minorē, præponentem cum authoritate curatoris. l. sed & si quis. Item contra patrem fideiubentem pro filio, tabernæ præposito. l. penul. §. tabernæ. Item contra hæredem etiam ignorantem contractum ante aditam hæreditatem, d. l. cuicunque. §. vlti. Item contra impuberem vel furiosum hęredem præponentis patris. l. si quis mancipijs. §. si impubes. ff. eod.

Datur ad id ad quod dabatur actio ex eo contractu vel quasi: putà, in emptione ad tradendā rem, vel soluendum precium. ff. eo. l. si quis mancipijs. Vel ad reddendam pecuniam depositam eius negocij causa, quod per illum exercebatur. C. eod. l. institutoria. Et datur in solidum, si plures tabernam exerceant, & seruum communem præposuerunt. Sed quod vnus præstiterit societatis vel communi diuidundo iudicio, ab alio consequetur. l. habebat. §. vlt. cum l. seq. ff. eod.

DE TRIBVTORIA actione.

IN l. procuratoris. §. si plures, locus est, qui habet, qua ratione satisfaciendum sit creditoribus, quoties debitor satisfacere nō possit:

Wen einer auffstehet/ cui primum detur, cui posterius &c.

Tributoria Actio datur creditoribus mercis peculiaris, credentibus in negotiationem mercium peculiarium. ff. de tribut. actio. l. Procuratoris. §. in tributum. Siue vnus sit creditor mercis peculiaris, attamen cautione hac: vt caueat pro rata, se refusurum, si alij emerserint creditores. d. l. Procuratori. §. fin. Item datur pluribus creditoribus, in diuersis negociationibus re & loco singulis in mercibus, in quibus crediderunt. d. l. §. si plures. Pro rata eius quod cuique debetur. d. l. §. fin.

Contra dominum scientem vel patientem seruum in merce peculiari negociari quacunque negociatione, siue is proprius vel alienus seruus sit, vel liber homo bona fide seruiens, vel vicarius seruus, vel ancilla. ff. de tribut. act. l. 1. & l. Procuratoris. §. 1. item datur contra dominum, qui in distribuendo precio mercis maiorem partem debiti sui deduxit, quàm creditoribus tribuit. l. fi. ff. eo. Nam datur contra dominum, cuius dolo malo factum est quo minus tribueretur, & quanto minus tributum sit, vt præstet. l. illud. §. vlt. Item contra dominum, ex scientia & dolo procuratoris, habentis liberam vel generalem. d. l. Procuratoris. Contra patrem scientem filium vel filiamfamiliàs in peculiari merce negociari. l. 1. §. potestatis. Contra pupillum, ex dolo tutoris, hactenus si quid ad eum peruenerit. Idem in furioso. Contra pupillum doli capacem. l. 3. §. fi. cum l. seq. Contra hæredes, & cæteros successores vniuersales, de eo dũtaxat, quod ad eos peruenit, propter factum defuncti. l. illud. §. fin. cum duabus. ll. seq. Datur contra hære-

dem in solidum ex suo dolo.l.quod in heredem. §.fin.

Datur ad tribuendum, id est, diuidendum, quod in mercibus est, quibus negociatur, quodque eo nomine receptum est, iuxta vires merciũ peculiarium. ff.de tribut. actio. l.procuratoris. §.per hanc actionem, hoc est, an tantum tribuendum cuilibet creditori, quantum sibi retinet dominus, pro rata debiti, siue merces maneant, siue earum precium receptũ sit, siue debeatur quid. Siue instrumentum tabernæ sit, siue comparatũ sit quippiam ex merce peculiari. Insti.quod cum eo.§.introduxit.

QVOD IVSSV, ACTIO.

Discrimen est inter Iussum & Mandatum: quòd hoc non cadit in inuitũ.l.inuitus.C.de procurat. Et cadit in extraneos, qui non sunt subiecti potestati mandantis. Iussus autem fit tantùm in eum, qui subiectus est mandanti, adeoq; cogi potest.l.etiam.C.mandati.

ACTIO, Quod iussu, datur contrahenti vel gerenti negocium cum seruo vel filio. Putà, numeranti pecuniam certam seruo Actori ex præcepto domini: vel colono, vel procuratori.ff.quod iussu.l.1.C.quod cum eo qui in al.po.l.vlt.Item datur contrahenti vel mutuanti vxori ex iussu mariti.Ioannes Fab.in Institut. quod cum eo qui in al.po.

Contra dominum iubentem contrahi cum seruo, iussu directo ad seruum & contrahentem, per epistolam, verbis, aut per nuncium, specialiter vel generaliter, subscribendo serui chirogra-

pho, vel ratum habendo, quod filius vel seruus gesserit. ff. quod iussu. l. 1. Item datur contra patrem, iubentem credere filio naturali, vel arrogato, nepoti vel nepti. Instit. quod cum eo, &c. Item contra administratorem ciuitatis. ff. eod. l. si iussu. Contra abbatem, iubentem religioso mutuari. c. penult. extrà, de fideiuss. Contrà pupillum iubentem autore tutore. ff. eod. l. 2. Contra adolescentem furiosum, prodigum, dominum, ex iussu curatoris, vel procuratoris. d. l. 1. Contra plures iubentes, singulos in solidum. ff. eod. l. vlt.

Et datur ad solidum sortis & vsurarum. C. quod cum eo qui. l. si mandator.

Mandans simpliciter, vel potiùs rogans; non obligatur. Vt si dicas: Rogo habeas hunc commendatum. l. vlt. C. quod cum eo qui in &c.

DE IN REM VERSO, Actio.

COmpetit contrahenti, hoc est, credenti vel vendenti ei qui in aliena potestate existit, cuius pecunia in rem domini vel patris versa est. ff. de in rem versa. l. 1. Siue is ratum habeat contractum, siue non. d. titu. l. si res. Etiamsi errauerit in soluendo dominico creditori, etiamsi priùs in peculium, & posteà in rem domini vertit. Et regulariter, quoties consumpsit aliquid seruus, vel filiusfamiliâs, vt aut meliorem rem dominus habuerit, aut non deteriorem. Etiamsi seipsum aluit vel vestiuit filiusfamiliàs, vel seruus. Etiamsi perijt priusquam versum sit. d. tit. l. 3. §. in rem versum.

L. quòd si seruus, &c. §. proinde. locus clarus, patrem teneri, si quis filiofamiliâs studenti mu-

tuauit

tuauit ad soluendũ. Nam si volẽte patre, cogitur omninò. Si inuito patre concessit, eatenus quatenus domi sumptum fecisset. Ad eam summam tenetur, & æstimatio fit ex conditione patris, & filij quoque. Vide Angel. Instit. quod cum eo qui in &c. §. cæterùm. & l. paterfamiliâs. infrà, eod. & inf. ad Macedon. l. Macedonici. Breuiter, semper tenetur pater, nisi expresse prohibuerit.

Item datur ei, qui principaliter agit, vt in rem domini verteretur. l. quamuis. ff. eodem. l. ei qui. C. quod cum eo qui in al. pot. Item competit vni ex creditoribus præoccupanti. d. tit. l. quod seruus. §. penult. & finali. Datur contra eos, qui habent in potestate, si in rem eorum, quod acceptum est, conuersum sit. ff. eodem. l. 1. Putà contra patremfamiliâs, pro quo filiusfamiliâs constitutum soluit. ff. eodem. l. si filiusfamiliâs. Item contra patrem, ob hoc quod in funus filij impensum ed. l. filiusfamiliâs. Vel pro eo, quod filiæ in dotem datum est. l. vlt. eo. Datur contra eum dominum solum, in cuius rem versum est. l. si in rem. Contra pupillum, ob hoc, quod in rem pupilli, tutore prohibente, versum est. l. pater. §. penult. Contra Ecclesiam, propter hoc quod versum est in illius rem per administratorem. Authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. l. ciuitas. ff. si certum peta. Item datur contra hæredes. C. quod cum eo qui in al. pot. l. ei qui. Etiam contra filium absentem, in id, quod facere potest. d. ti. l. 2.

Ad sortem, id est, eam summam, quæ in rem domini vel patris processit. C. quod cum eo qui &c. l. ei qui. Item ad vsuras promissas. l. si pro patre. §. sed verum. Item competit ad solidum veri precij, in rebus non necessarijs, & con-

uenti precij in rebus necessarijs. ff. eod. l. si res domino.

ACTIO DE PECVLIO.

Peculium est parua pecunia, quam filius vel seruus per parsimoniam acquisiuit. Si dominus vel pater liberalior est in seruum vel filium, & permisit ei patrimoniolum aliquod, & in eo generalem administrationem ad quamcunque negociationem, hoc dicitur Peculium. ff. eod. l. depositi. Et in l. peculium. Quòd si aliquid lucratus est, & illa prima liberalitas domini dicitur peculium.

Tria sunt genera peculij: Quoddam est castrense, quod in castris quæritur. l. castrense. ff. de castr. pecul. 2. Quasi castrense, quod habet eadem priuilegia, vt filiusfamiliâs, & omnes docti, vt sunt salaria Medicorum, Assessorũ. l. fori. C. de aduoc. diuers. iudic. & l. aduocati militant. C. eod. l. cum antiquis. C. de inoffic. testamen. Illud peculium potest alienari quocunque pacto, à seruo vel filiofamiliâs, etiam absque patris consensu, quia censentur loco maiorum. De illis duobus hic non agitur. 3. Rusticum vel paganicum. Quod est aut aduentitiũ, quod aduenit aliunde, quàm ex rebus paternis. Vt si ex bonis maternis, in quibus pater tantùm vsufructum habet, non proprietatem: vel quod ipse quæsiuit prospera fortuna, vel industria sua. Aut profectitiũ est, quod proficiscitur ex rebus paternis, si ei aliquid patrimonij concedit, in quo tantùm habet vsufructum, non proprietatem. Instit. per quas personas nob. ac. &c. De quo hic agetur.

tur. Hæc est personalis, vt in Instit. Et est natiua, & stricti iuris.

ACTIO de peculio, datur contrahenti verè vel quasi, cum filio vel seruo, ignorante domino vel patre: vel etiam sciente, sed prohibere non valente, l. si quis seruum. §. fin. ff. de pecul. Instit. de actio. §. actiones autem.

Et datur aduersus dominum vel patrem, habentem aliquid de peculio profectitio serui, vel filij, vel etiam de aduentitio, in quo pater non habet vsufructum, Bart. in l. sed finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect.

Ad dandum de peculio, vel tradendam rem, quæ est in peculio, quatenus se extendit quantitas peculij. Cynus in l. penult, C. quod cum eo qui in al. potest. Bartol. in l. 1. ff. de pecul. Tenetur etiam dominus vel pater, quãtum peculium factum est locupletius, si contractum est cum impubere. l. cum ancilla. C. quod cum eo qui in al. pot. Item in maleficijs. l. licet. §. ex furtiua causa. ff. de pecul. Item si seruus accepit mutuam pecuniam ad ludendum. ff. de aleæ lusu, & aleator. l. fina. §. 1.

ACTIO DE CONSTITUTA pecunia.

De iure gentiũ fides est omnibus seruanda, quacunque etiam nuda & simplici promissione receperis: hoc est ex iure gentium primæuo, quod æquitate innititur. Sed ciuile ius non cogit eas promissiones seruare, nisi quæ transeunt in nomen speciale cõtractus. Nam si promissio & conuentio maneat in generali nomi-

pro se vel pro alijs, quando nulla stipulatio intercessit. Instit. de acti. §. in personam. Putà, si qui constituant sine interrogatione, vel antè, vel ex interuallo, citra animum stipulandi: vel si qui absenti per nuncium aut epistolam constituant. l. quid autem. §. fina. ff. de constit. pec. Inde datur contra mulieres, si constituant pro se tantùm. l. 1. §. 1. ff. eo. Contra filiumfamiliâs. d. §. 2. Contra plures constituêtes copulatiuè pro rata. Disiunctiuè in solidum. Authent. si quando. C. eod. Sed pluribus simul constituentibus, competit beneficium diuisionis, ex epistola Diui Hadriani. C. de constit. pec. l. fin. Item competit contra hæredes perpetuò. C. eod. l. 1. Ad omnes res debitas, cùm omnes pecuniæ appellatione contineâtur. C. de constit. pec. l. 2. §. penult. Item competit ad quantitatem debitam, quam constitutor promisit. C. eod. Authent. si quando. Et non in plus re, sed in minus. l. hactenus. §. vlt. cum duabus legibus sequentib. Sed in plus tempore & loco. l. sed & si citeriore, cum seq. ff. eod. Item ad omne debitum præteritum, licèt tempore extinctum sit. l. item illa. Item ad debitum purum, in diem, vel conditionatum, ex quocunq; contractu vel quasi. C. eo. l. 2. Item ad debitum ex delicto. l. qui iniuriarum. ff. eo. Item ad debitum ciuile & naturale simul: vel naturalè tantùm, siue pretoriũ, ff. eodem. l. 1. §. penul. Non autem ad ciuile. l. 3. §. 1. Item competit, si aliud pro alio constitutum sit: putà, factum pro re, vel contrà. Nam aliud pro alio, volente creditore, solui potest. l. 1. §. an potest. & l. in stipulationibus. §. operarũ. ff. de verb. obliga. Item ad solidum, quanquam principale debitum erat, in quantum debitor facere poterat, l. quòd si maritus, vel peculiotenus. l. id

quod sub conditione. §.fina. Item ad interitum post moram.l.promissor hominis.ff.eo. Item ad pignus dandum, vel fideiussorem præstandum super debito præcedente.l.qui autem.§.1.

Constitutum est: Vt quia filius meus te damno affecit, ideò ego constituo me damnum illud pensurum.

Item, Debeo tibi decem ex mutuo: iam cùm non habeam vnde dem, ideò cõstituo tibi, quòd tibi sim porrecturus peregrè, aut facturus quod libeat tibi, vt ita soluam.

Omnes actiones personales pręscribuntur 30. annis.sicut & hæc.l.sicut.C.de præscript. 30. annorum.

ACTIO INTERROGATORIA, vel confessoria vtilis, vel actio ex confessione vtili.

Ex confessione sine causa, id est, informi (vbi nulla est causa cur sic confiteatur) nõ nascitur actio vel obligatio, licet faciat probationem, quia est extra iudicium.

Sed confessio in iure etiam est duplex, scilicet ante litis contest. quę non parit actionem. Sed illa post litis contestationem parit. Veteri iure erant interrogationes iudicis, sed hodie in locum earum successerunt positiones. Nam nemo potest meliùs instituere interrogationes, vel positiones parte ipsa. Vide de positionibus in lib. 6. tit.de confessis. Confessus in iure pro iudicato habetur. Cynus: Verum est, si sit maior, sponte, & præsente aduersario, & confiteatur factum suum, Vide in C.hanc.l.de confessis. Omninò in iudi-

iudicio responsionem aduersarij, vel rei merentur positiones: & qui interrogatus responderit, tenetur ex quasi contractu. Vide præter Scribentes glo. vnicam, in C. de confessis. Vbi dicitur, quòd ex quasi contractu nascatur ex confessis actio in factum.

Non video quomodo aptiorem, & magis vtilem materiam repetere quis possit, quàm materia de confessis, & maximè l. de confessis, in C. quam repetijt Barto. Deinde Cynus locupletiss. de ea scripsit. Est autem ea lex de confessione iudiciali. Nam alia est extraiudicialis: & tertia est confessio in vltima voluntate, de qua magna est controuersia, an scilicet illa obliget hæredem & confitentem. (vide l. vnicã, vel 1. & vlt. C. de causa falsa adiecta legato.) Si confiteatur se debere, certè illa confessio præiudicat hæredi, quia moriturus presumitur non mentitus in vltimis suspirijs, maximè si iuret.

Actio interrogatoria, vel vtilis, ex confessione iudiciali, datur illi qui egit aliqua actione ex aliqua causa, cui reus in iudicio, iudice sedente pro tribunali, confessus est se debere. ff. ad leg. Aquil. l. proinde. §. si procurator. Sicut ex iuramento & sententia datur actio. C. de iureiur. l. actori. Sententia enim, iusiurandum, & confessio in iudicio habent executionem paratam. l. post rem. ff. de re iudic. Vnde ex confessione formiter facta duæ oriuntur actiones. Vna ex cõtractu præsumpto. Altera ex confessione, sicut dicimus in iuramento. d. l. actori. Sed vbi confitetur informiter, oritur vna actio ex confessione. ff. de confessis. l. certum. §. fin. ff. de interrog. actio. l. de ętate. §. qui interrogatus. Cynus in l. vnica, in octaua quæst. C. de confess.

Contra aduersarium confitentem in iudicio, post litis contestationem, se esse debitorem ex aliqua causa: vel rem esse aduersarij. d. §. si procurator. Et datur contra procuratorem, tutorem, vel curatorem, confitentem in voluntaria iurisdictione, dominum esse obligatum. ff. de interrogat. actio. l. si defensor. Quòd si confiteatur licitè coactus, vel ex mandato, tunc datur actio in dominum. Datur contra prælatum Ecclesiæ, habentem generalem administrationem. l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confessis. Ad condemnandum reum, si confiteatur contra se in iudicio, vel ad absoluendum reum, si actor confessus sit contra se. Nam confessio in iudicio post litis contestationem, habet vim sententiæ condemnatoriæ, vel absolutoriæ. C. de confess. l. i. in verb. pro iudicatis. Vbi Paul. de Cast. argum. legis, si duo patroni. Para. Idem Marcellus. ff. de iureiur. Qui enim confitetur, enunciat se mihi esse obligatū, & probatio in contrarium non admittitur, nisi ex noua superueniente causa. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act.

DE NEGOCIIS GESTIS, Actio.

NEgociorum gestorum directa Actio, competit domino rei gerendæ, si sine mandato gestor negocijs absentis gerendis se obtulit sponte, vel necessitate vrgente, vel necessitatis suspicione. ff. de negoc. gest. l. 1. §. hac actione, Instit. de oblig. ex qua. cont. § 1. Etiam datur præsenti absentis negocia gerēti, vel si eius gesta sint, l. atqui natura. Item datur domino ratum habenti, Nam ratihabitio constituit negocium domini,

mini, quod ab initio domini non erat, sed sui contemplatione gestum. ff. eo. l. si pupilli. §. item quæritur. C. eod. l. si pecuniam. & l. Pomponius. ff. eod. Item illi cuius interest. ff. eod. l. actio. Datur curatori furiosi. ff. eod. l. 3. §. curatori. Datur hæredi & in hęredem. d. l. 3. §. hæc actio. Et datur hæredi defuncti ad hostes. ff. eo. l. successori. Datur cohæredi ratificantis venditionem cohæredis. C. eod. l. ab vno.

Aduersus eum qui gessit. Insti. de oblig. ex qua. cont. §. 1. Vel qui mandauit alteri gerere. l. nam & Seruius. ff. eod. Contra pupillum, in id, in quo factus est locupletior. l. 3. §. pupillus. Ex filijfamiliâs gestione, de peculio, & in rem verso. ff. eo. l. si filiusfam. Aduersus executorem, per prætorẽ datum, ob dolum malũ. d. l. 3. §. si executor. Contra nuncium accipientem aliquam rem, vel pecuniam ad dominum præferendam. l. si pupilli. §. si pecuniam. Contra eum, qui deprędandi animo negocia gerit. d. l. si pupil. §. sed & si quis. Contra liberum & ingenuum, sub specie serui gerentis. d. l. §. si quis. Contra successores curatoris. C. eod. l. curatoris. Contra hęredem & cohęredem. C. de neg. gest. l. si ab eo.

Ad reddendam administrationis rationem. Instit. de obliga. ex qua. cont. §. 1. Et ad quicquid vel non vt oportuit, gessit, vel ex his negocijs retinet. Et ad omne id, in quo dominus damnificatus est, ex mala & negligenti administratione. ff. eodem. l. 2. Hinc competit ad dolum & latam, & leuem culpam. C. de negoc. gest. l. tutori. Et leuissimam, quando alius diligentiùs erat gesturus. l. si pupilli. §. videamus. Et competit ad casum in sex casibus. glos. vers. sit solitus. l. negocia. ff. eodem. Item competit ad vsuras, etiam quas

per-

percipere potuit. C.eod.l.tutori. ff. eod. l.atqui natura.§.non tantùm. Et competit ad fructus.l. si autem.§.item si fundum.

CONTRARIA NEGOCIORUM gestorum actio.

DAtur gerenti alterius negocia, eo ignorante, vel absente.ff.de neg.gest.l.qui seruum. Saltem vt gesserit vtiliter, vel cœperit, licèt effectum non habuit.l.sed an vltrò.ff.eo. Vel datur obliganti se in rem absentis.ff.eod.l.2. Putà, danti procuratori alterius mutuam pecuniã sui contemplatione, vt credito rem vel pignus liberet.l.si pupilli.§.1.ff.eod. Vel datur soluenti pecuniam alterius nomine, qui nihil mandauerat.l.cùm pecuniam.ff.eod.l.si negocium.C.eod. Item datur creditori, vel fideiussori, credẽti vel fideiubenti contemplatione domini sine mandato.ff.eod.l.liberto.& l.fideiussor. Item datur patri gerenti vtiliter negocium, quod filio mandabatur, contemplatione mandantis.ff.eod.l.mandasti. Item datur cohæredi contra cohæredem, pro debito communi soluto.C.eod.l.3.

Contra eum, ad quem negocium verè pertinet, licèt cõtemplatione alterius gestum sit.l.quę vtiliter.§.vlt.ff.eod. Et l.item si cùm putaui. Inde competit contra eum, ad quem spectat verè negocium, non inspecta falsa opinione gerentis. l.si pupilli.§.sed etsi hominis, cum §. seq. ff.eod. Hinc etiam competit contra patrem dominúmue, propter negocia gesta per filium, vel seruum contemplatione patris vel domini, in quantum ex ea administratione locupletior factus est.d.l. si pupilli. §. sed si ego. Item datur contra pupil-

lum

lum ex negocijs gestis ipsius, sine tutoris authoritate. l. litis. ff. eod. & C. eo. l. 2. Datur contra furiosum. l. 3. §. etsi furiosi. Datur contra tutorem, ad quem pertinet negocium, cura & solicitudine. Et cōtra pupillum, ad quem pertinet re ipsa. ff. eo. l. si pupilli. Et datur contra hæredes domini rei gestæ. ff. eod. l. sin autem. Nec refert, cuius conditionis sit hæres. l. nam & Seruius. §. 1. ff. eodem.

Ad præstandum gerenti quicquid eo nomine vel abest ei, vel absuturum est. ff. eod. l. 2. Hinc competit ad sumptus necessarios ac probabiles in communi lite. ff. eod. l. qui aliena. §. vlt. Item ad sumptus honestos. ff. eo. l. quæ vtiliter. Item ad vsuras præstitas, vel quas gestor ex pecunia percipere potuit, quam in aliena negocia impendit. ff. eod. l. atqui natura. Item ad interesse. ff. eo. l. actio.

Iura præsumunt, quòd parens impendens in filium studentem, habentem propria bona, non faciat id pietatis nomine. Secùs si nulla habeat bona filius, nisi protestetur parens se repetiturū: aut in Codicem rationum inscripserunt. Nam ne tum quidem videtur animo donandi impendisse. Atque hic est locus communis de authoritate libri rationum. Licèt hoc parum probet, nisi quòd facit præsumptionem in iure. Secùs est tamen de ratiocinali libro mercatorum, qui est authenticus. Hæc omnia sunt in l. Nesenius, videnda, & Docto. ibi.

Nulla est Actio in corpore iuris, quæ competit curatori, præter hanc vtilem directam negociorum gestorum, quę hic in l. curatori. in C. tractatur. Quando nomen idem contractus manet, sed variantur contrahentium nomina, tunc datur

tur ſemper directa & contraria, vt in Mandati actione, Commodans & Commodatarius, Deponens & Depoſitarius, quæ nomina deſcendũt à ſe mutuo. Si manet idem nomen contractus, & contrahentium variant: ſed neutrum deſcendit ab altero, Vt in pignoratitia, vbi nomina cõtrahentium ſunt, creditor & debitor: ſed neuter ab alio nomen habet. Contraria Actio plerunque datur ad impenſas.

Alia diuiſio. Quædam directa, quæ datur ex verbis & mente legis, vel edicti. Vtilis eſt, quando deficiunt verba & mens legis, tamen Iureconſulti per extenſionem & ſimilitudinem actionis, eam quoque voluerunt competere, etiamſi non omnia quadrent. Sic hic datur curatoribus actio Negoc. geſt. vtilis directa, propter ſimilitudinem Actionis. Ea vtilis variatur penes nomina & aduerbia, vt dicamus, vtilis directa (ſcilicet penes dominum) aut vtilis vtiliter (ſcilicet penes conuentum.)

Negociorum geſtorum vtilis directa, datur domino, cuius negocia geſta ſunt ex neceſſitate gerentis, ratione officij ſui. C. de negoc. geſt. l. curatoris.

Contra curatorem, & etiam curatoris ſucceſſores. d. l. curatoris.

Ad reddendam rationem, & præſtandum dolum, & latam culpam.

Negociorum geſtorum vtilis vtiliter, datur ipſi curatori, qui geſſit negocia adulti prodigi, vel furioſi neceſſitate officij, vel ſuſpicione neceſſitatis. l. atqui natura. §. ſi libero. ff. de neg. geſt.

Ad recuperandum illud, quod ille neceſſariò vel vtiliter impendit de ſuo circa negocia illius, cuius curator erat.

PRO.

PROTVTELAE ACTIO directa.

PRotutelæ directa Actio, competit pupillo vel minori, cuius negocia protutor gessit. ff. de eo qui pro tutore vel curatore gess. l. 1. Vt præferatur omnibus creditoribus protutoris. Nam pupillus in rebus protutoris tacitã habet hypothecam. ff. de priuil. cred. l. dabimus. §. 1.

Contra putantem se tutorem, siue fingentem se tutorem, cùm tutor non sit. ff. de eo qui pro tut. l. 1. Siue ante, siue finita tutela gesserit. d. l. 1. §. cùm autem. Item contra dominum de peculio, si seruus quasi tutor egerit. d. l. 1. §. 1. Contra mulieres, si res pupillares pro tutore administrauerint. C. de eo qui pro tut. neg. gess. l. 1.

Ad gerenda quæ alius gesturus fuisset. Vel ad certiorandos necessarios pupilli, vt tutorem petant. d. l. 1. in fin. Item ad eandem fidem & diligentiam, quam tutor prestaret in rebus suis. ff de tutel. & rationib. distrah. & vtili cur. act. l. 1. Adeò vt pericula rerum pupillarium suis præferre debet. Barto. in l. à tutoribus. ff. de administr. tuto. Et datur ad reddendam administrationis rationem. C. eo d. l. 1. Et datur ad vsuras. l. 1. §. fin. ff. de eo qui pro tut.

Protutelæ contraria actio competit gerentibus se pro tutore, vel curatore, cùm verè non essent. ff. de eo qui pro tut. l. vlt. Et de contr. tutel. actio. l. 1. §. 1. & 2.

Aduersus pupillum & minorem, si aliquid vtiliter vel necessariò de suo impenderunt in rebus pupilli vel minoris. d. l. fina. ff. de eo qui pro tuto.

Ad recuperandum illud, quod necessariò vel

vtili-

vtiliter impenſum eſt, circa illius pupilli negocia adminiſtrata per illum protutorem.

In factum, qua conſulitur contrahenti cum falſo tutore, vel curatore, vel cum alio illius authoritate, Actio, competit contrahentibus cum falſo tutore vel curatore bona fide, ignorãtibus vel non facilè credentibus. ff. quod falſ. tuto. l. 1. §. fin. cum l. ſeq. Item hæredibus, cæteriſq́; ſucceſſoribus. ff. quod falſ. tuto. l. huius actionis. §. has actiones. Aduerſus falſum tutorem vel curatorem dolo malo iactantem ſe tutorem vel curatorem. ff. quod falſ. tuto. l. 1. & l. nouiſsimè. cuiuſcunq; conditionis ille fuerit. d. tit. l. falſus tutor. Item datur aduerſus plures interuenientes, qui tutores non erant. d. l. 1.

Ad intereſſe contrahentis ignoranter cum falſo tutore vel curatore. d. l. nouiſſimè. §. 1. & l. ſi falſo tutore.

Iura non facilè credunt, igitur ſi quis admoneatur ab eo qui non fungitur officio publico, atque huic non credat, nihil ei nocet, quia iura præſumunt conſtantia eum motum fuiſſe, vt nõ crediderit. l. 1. §. vlt. Et dicitur hic etiam, qui facilè credit, ſtolidus eſſe, & ſimplex.

Decretum iudicis interpoſitum, facit valere id quod alioqui iure non valeret. Vt ſi renũciet puellæ à patre accipiens tenuem dotem, non valet, niſi coram iudice interponat ſanctè id ratum habiturum, iuramento præſtito, quod nihil in reliqua hæreditate expectare velit.

In factum, qua cõſulitur minori, qui aliquod damnum paſſus eſt, propter authoritatem falſi tutoris vel curatoris: datur ipſi pupillo vel minori, ob hoc damnum paſſo, quòd falſus tutor eius negocia geſſit. ff. quod falſ. tut. aut. l. vlt.

Contra

Contra falſum tutorem, vel curatorem, perſuaſum ab alio, vt ſe pro tutore vel curatore gereret.

Ad intereſſe. ff. quod falſ. tut. l. fin.

In factum, qua conſulitur falſo tutori vel curatori, qui perſuaſus malitioſè, ſe eſſe tutorem, vel curatorem, inde damnum paſſus eſt. Competit illi qui interpoſuit authoritatem ſuam, tanquam tutor vel curator alterius, cùm tamen tutor vel curator non eſſet, perſuaſus tamen ita. l. huius actionis. ff. quod falſo tutore. Et competit hæredibus, cæteriſq; ſucceſſoribus. d. l. huius actionis.

Aduerſus eum, qui dolo malo adhibuit aliũ, vt falsò autoretur.

Ad intereſſe. d. l. huius actionis. l. ſi hominem. §. datur. ff. depoſiti. Ex dolo defuncti non tenemur, niſi quantum ad nos peruenit.

ALIA ACTIO DEPOſiti pœnalis.

Actio depoſiti eſt ciuilis, niſi ex quatuor caſibus. De quibus hic.

PRætor Actionem depoſiti pœnalem dedit deponenti cauſa tumultus, incendij, ruinæ, vel naufragij, & ex cæteris ſimilibus cauſis neceſſarijs, qui aliam nullam cauſam deponendi habuit, quàm imminens periculum. ff. depoſiti. l. 1. §. prætor ait.

Aduerſus depoſitarium, & inficiantem. Inſtit. de actio. §. ſequens. verſic. planè. Item contra hæredem ex dolo ipſius, in duplum & in perpetuũ: ſi inficietur, ex dolo defuncti in ſimplum, pro

portione hæreditaria, & intra annum. ff. depositi. l. quod tumultus. & l. in depositi actione.

Ad recuperandam rem depositam, & si negauerit, in duplum, quia cùm quis exigente necessitate deponat, crescit perfidiæ crimen. ff. depositi. l. 1. §. 1.

Contraria depositi in quatuor casibus datur depositario, si aliquid impendit necessariò vel vtiliter in re deposita. ff. depositi. l. ei apud quem.

Contra deponentem necessitate imminentis periculi. ff. depositi. l. 1. §. 1.

Ad indemnitatem eius, qui depositum suscepit, hoc ad, ad sumptus & expensas. ff. depositi. l. actionem.

ACTIO REIECTAE VIAE.

REiectæ viæ actio datur illi, in cuius fundum via publica est reiecta, ab alio qui reiiciebat, gratia dilatandi fundum suum. l. si in agrum. ff. de via publ. refic. Datur hæredib. & in hæredes, quia est rei persequutoria. ff. de actionib. l. in honorarijs. Et datur contra vicinum, reijcientem viam publicam in fundum alterius priuati, animo ampliandi & dilatandi fundum suum. d. l. si in agrum. Ad interesse domini fundi.

Actio in factum de via publica competit aperienti vel restituenti, purganti aut reficienti viã vel iter publicum. ff. de via pub. refic. l. 1. Et competit contra facientem vim, vel vetantem, ne quis viam publicam ante ædes suas reparet vel repurgat. Ad id quod actoris intereat.

DE DOLO MALO ACTIO.

Quid sit dolus malus, vide ff.l.1.eod.tit.Approbatur Labeonis finitio, reiecta Seruiana. Calliditas committitur tacẽdo morbum rei. fallacia committitur loquendo. Vt si quis vanè iactitet: Machinatio struitur arte aliqua & consilio præcogitato. Dolus à fraude secernitur.l.iurisgentium.§.dolo malo. ff.de pactis. Sicut genus a specie differt. Dolus est latius quiddam, ad fraudem, calliditatem & machinationem. Fraus in eo.§.definitur, quòd sit, quãdo quis à seipso deceptus est, vel ab euẽtu. Actio doli eius est naturæ, cuius est inuidus, quia semper inuidet æqualib. actio. Non concurrit cum actionib. æqualibus.(Bart.in l.eleganter.quæ est hic pręcipua) sed cũ generaliorib.vel specialiorib. Dolus vitiat ipso iure cõtractũ bonæ fidei. Dolus dans causam contractui, & incidẽs in eum, primò cassat contractũ incidens verò non item. Summa, Dolus dans causam contractui (scilicet bonæ fidei) facit eũ nullũ. Aut in contractib. stricti iuris, facit eum annullandum. Aut incidit in contractum dolus, quando venditor affirmat adesse aliquid rei, quod non est: atq; id facit decipiendi emptoris gratia, vel dissimulanter loquitur, vbi hæc nostra actio datur, si sit actio stricti iuris. Si in bo.fid.contractum incidat, parit actionẽ, ex l.de qua agitur, id est, ex eo contractu.

DE dolo malo Actio datur, cùm nulla alia competit. C.de dol.mal.l.2.ff.eodem.l.1.in princip.& §.ait prætor. Et datur decepto vel circunuento in contractu bonæ fidei per tertium, ff.de dolo mal.l.1, & l.& eleganter, Item in

contractu ſtricti iuris.d.l. Et eleganter §.non ſolum. Putà, datur repudianti hæreditatem, cui quis callidè perſuaſit, quòd hæreditas minùs ſit ſoluendo.C.eod.l.penult.ff.eo.l.ſi quis affirmauerit. Vel datur adeunti minùs idoneam hæreditatem.ff.eod.l.fina. Item datur hæredi callidè perſuaſo per legatarium, quòd hæreditas legatis ſufficiat. d.tit. l.ſi legatarius. Item datur hæredi ſcripto, ob deletas vel corruptas tabulas per callidum depoſitariũ. l.ſi quis tabulas. Item datur creditori liberanti debitorem per falſam epiſtolam debitoris.l.quidam debitor. Item datur credenti ſeruo pecuniam, qua ille hortatu domini ſatisfecit. l.ſeruus tuus. Item datur emptori decepto per commendationem venditoris.l.quod venditor. Item datur pupillo circunſcripto per tertium, tutore colludente, & non exiſtente ſoluendo.ff.eo.l.ideoq́. Item datur hęredibus filij propter oppreſſas tabulas, ne per filium inofficioſæ dicerentur. l. ſi quis affirmauerit.§.1.

Aduerſus varios & doloſos, qui alijs obfuerunt calliditate quadam.ff.de dol.mal.l.1.à princip. Putà corrumpendo rem debitam ex ſtipulatu priuſquàm tradatur. l.& eleganter. §. non ſolùm.ff.eod. Vel impellentem quadrupedem, vt damnum det, ſi dominus non eſt ſoluendo. d. l. & eleganter.§.ſi quadrupes. Vel contra eum, qui lucri ſui cauſa affirmauit aliquem eſſe idoneum, cùm ſciret illum facultatibus labi. d.tit. l. quod ſi cùm ſcires. Vel contra colludentem reum cum procuratore actoris, ſi procurator non ſit ſoluendo.d.l.& eleganter.§.pen. Item contra eum, qui non dat quod pro facto promiſit. C.eod.l. cùm proponas. Item cõtra efficientem dolo malo, vt

lo, vt lis temporibus legitimis transactis pereat. l. arbitrio. §. penult. Competit etiam aduersus pupillum hæreditario nomine, & suo quoque nomine, si proximus pubertati est: Maximè si locupletior ex hoc factus sit. l. hæredibus. Et ex dolo tutoris, si factus sit locupletior. l. sed & ex dolo. ff. eo. Itē datur aduersus municipes, si quid ad eos peruenit ex dolo administratorū. d. l. sed & ex dol. Item aduersus dominum, si quid dolo procuratoris ad ipsum peruenerit. d. l. Item contra procuratorem facientem dolo, vt sententia pro eo diceretur. l. si dolo. Item contra hæredes & cæteros successores: quanquam propter reuerentiam non dabatur in defunctum de eo, quod ad hæredes peruenit, si extra contractum dolus est commissus. l. si plures. Hoc est, quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas peruenit: doloue malo eius factum est, quo minùs perueniret. l. in hæredem. Et in hæredem perpetuò dabitur. l. itaque. cum duabus sequent. Ad restituendam rem, vel quanti ea res est præstandum. l. si plures. Et ad interesse actoris, si res sit perempta. l. arbitrio iudicis. Et ad quanti actor in litem iurauerit. d. l. arbitrio iudicis. Vel ad rescindendum contractum, quatenus de facto procesit. l. si id quod aurum. ff. de verb. oblig. Bart. & Bald. in l. & eleganter. §. 1.

Actio in factū surrogata seu subsidiaria actionis de dolo malo, datur decepto per culpam alterius. ff. de dolo mal. l. & elegāter. §. item Labeo quærit. Contra decipientem sine dolo, sed cum culpa. d. §. item Labeo quærit. Vel datur post biennium. C. de dolo malo. l. vltima. Vel datur contra impedientem, ne quis rem venalem vendat. l. rem quandam. ff. eod. Et datur ad interesse dece-

pti perpetuò.ff.de dolo mal.l.itaque.§.vlt. Item pro indemnitate. d.l.rem quandam.

Actio in factum ex dolo data in casibus, in quibus daretur actio de dolo, si non esset honor aut reuerentia personarum, competit liberis vel libertis, deceptis per dolum parentum vel patronorum. Item datur humilibus, hoc est, plebeis vel vilibus &c. Deceptis per eos qui in dignitate excellunt.ff.de dol.mal.l.non debet. Item datur filiæ immodicè læsæ per patrem administrantem res maternas.C.de dol.l.si superstite. Contra parentes vel patronos decipiẽtes liberos vel libertos suos, & contra eos, qui in dignitate excellũt. d.l.non debet. Ad interesse, ne decipiens cum iactura decepti locupletetur. d.tit.ne ex dolo.

ACTIO FVRTI MAnifesti.

Fur manifestus est, qui depræhẽditur antequàm in locum destinatum furtum perferat: aut qui acclametur, etiamsi in viam furtum abijciat. Cuilibet etiã priuato licet capere furem, (vt creditori debitorem fugientem) sed non licet detinere vltra 20. horas. Alioqui accusabitur priuati carceris, & pœna capitis in illũ statuitur.c.l.1.de priuat.carce. Fur potest ciuiliter conueniri, scilicet ad pœnam quadrupli. Instit. Item criminaliter.l.fin.ff.de furtis. Scilicet vt pœna applicetur fisco. Nã ciuiliter conueniens, sibi pœnam applicat.

FVrti manifesti Actio, datur illi, cuius interest furtum manifestum non esse factum. §. furti autem actio, Instit. de oblig. ex delic.ff.

de furt.l.cuius. Siue ille, cui res subtracta est, dominus sit, siue non, dummodo illius intersit. Instit.vi bonor.rap.§.si. Putà competit conductori.ff.de furt.l.Fullo. Et colono. l.eum qui. & l. si apes.d.tit. Item competit creditori in pignore.d. l.eum qui. §. qualis. Et competit commodatario, vel depositario, qui custodiam rei recepit. Et competit fructuario pro fructibus. l. inter omnes.§.si seruus. ff.de furt. Item competit hæredibus.§.non autem.Instit.de perpet.& tempo.acti. & §.pœnales.& l.1. ff. de priuatis delict. Contra furem surripiẽtem rem mobilem.l.falsus. §.qui alienum. Qui celandi animo surripuit.l.qui vas. Et lucri faciendi causa, quod se facere inuito domino sciuit.l.inter omnes. §. rectè dictum est. ff. de furt. Item contra abutentem re, cuius possessionem, vel vsum, vel custodiam suscepit. l.si pignore.& l itaque.& l.si is qui.& l.qui re sibi commodata.ff.de furtis. Item datur contra impuberem doli capacem. l.impuberem. ff eod. Et contra omnem præstantem opem vel consilium. l. qui seruo.& l in furti acti.ff.eodem. Sed non datur in hæredes, nisi de eo quod ad eos peruenit. Instit.de perpe.& temp.actio. §.pœnales. Datur ad.quadruplum, æstimatione relata ad id tempus, quando res fuit preciosior. l. in furt.actio. ff. de furtis. Sed in quadruplo non continetur rei persecutio. Institut.de actionib.§. vlti. Cùm absque quadruplo ad rem ipsam posset agi condictione furtiua, aduersus furem, vel illius hæredem. l.1. ff.de condict. furtiua. Vel rei vendicatione aduersus quemcunque possessorem. §. fin. Instit. de oblig. ex delict. & §. ex maleficijs. Instit.de actio.

NAVTAE, CAVPONES, Stabularij.

ACTIO in factum in simplum aduersus nautas, caupones, stabularios, datur illi, qui posuit aliquas res suas quascunque in naui, caupona, vel stabulo alterius, quæ fuerunt traditæ custodiæ, tacitè vel expressè, ipsi nautæ, cauponi, vel stabulario: l. 1. §. fina. ff. nautæ, caup. vel stab. Et datur gratis nauiganti vel diuertenti. l. licèt gratis. ff. eodem. Item hæredi, & in hæredem perpetuò datur. ff. nautæ, caup. stab. l. 3. §. penult.

Contra nautam, cauponam, vel stabularium, etiamsi vector vel viator in rebus receptis damnum dederit, quia videtur, saluas fore, recepisse. ff. eod. l. 1. §. vlt. Et datur contra dominum vel patrem, ex receptione serui vel filij. illius voluntate. ff. eod. l. 3. §. vlt. Et datur contra plures exercitores, pro qua quisque parte exercet. d. tit. l. vl. §. si plures. Ad simplum & verum interesse damni passi. d. tit. l. sicut. Etiamsi sine culpa res recepta perierit. d. tit. l. & ita. §. ex hoc edicto. Instit. de oblig. ex quas. delic. §. penult.

FVRTI ACTIO, ADVERSUS Nautam, Cauponem, Stabularium.

ACTIO furti aduersus Nautas, Caupon. Stabul. competit illi, cui furtum factū est, in Caupona, naui vel stabulo alterius, per suos famulos, quorum opera dicti nautæ, caupones, vel stabularij, vtuntur. Vel etiam, quòd con-

filio cauponis, nautæ, vel ſtabularij furtum factum ſit. ff. furt. aduerſ. nau. cau. ſtab. l. 1. Itē datur ei cuius intereſt rem eſſe ſaluam. ff. nautæ, caupo. ſtab. l. 1. §. ait præter. Item datur hæredibus. §. fin. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. del. naſ. Contra nautam, caupon. vel ſtabu. ſi quid à quoque eorum, quos, quáſue ibi habebunt, furtum factum eſſe dicetur. ff. fur. aduerſ. naut. caupon. ſtab. l. 1. Item contra dominum ex furto ſerui noxaliter, quia in ſeruo ſuo ignoſcendum eſt ei, quaſi in domeſtico malo. d. tit. l. 1. §. ſerui. In hæredes non datur, niſi quatenus ad eos peruenit. ff. naut. caup. ſtab. l. vlt. §. penult.

Et datur ad duplum. l. 1. §. nauigandi. ff. furti, aduerſ naut. caup. ſtab. Et in hoc duplum totum pœna eſt. Bartol. in rubr. d. tit. Item datur ad damnum datum. ff. naut. caup. ſtab. l. nauta. §. vlt.

ACTIO IN FACTVM de eiectis & effuſis.

DAtur tranſeunti, vel conſiſtenti in loco, quo vulgò iter fit, cui damnum datū vel factum erit, per deiectum vel effuſum ex cœnaculo alterius, proprio vel conducto, vel gratuito. ff. de his, qui deiecerint vel effuderint. l. 1. in princip. Inſtit. de obliga. ex quaſ. malefic. §. Item is ex cuius cœnac. Vel datur cuilibet de populo, quia pœnalis eſt & popularis. d. tit. l. ſi verò. §. hæc autem actio. Et competit hæredi, in hæredem autē non datur. d. titul. l. ſi verò plures. §. hæc autem actio. Et datur contra gubernatorem domus, id eſt, eum qui inhabitabat, etiā ad tempus, vbi tamen larem conſtituit, cùm quid deijceretur, vel effunderetur: quia culpa penes eum

eſt,

est, eo quòd opera malorum hominum vtitur. ff. de his qui deiecerint vel eff. l. 1. §. hæc in factum actio. Et datur contra patronum, propter deiectum per libertos vel clientes cohabitantes. Item datur contra amicum, propter deiectum per amicum cohabitantem. Item contra opificem, propter deiectum post ministros vel discipulos. d. tit. l. si verò. §. 1. Item contra dominum noxaliter, quo nesciente seruus eiecit vel effudit. d. titul. l. 1. §. 1. Sed in scientem in solidum. Item contra filiumfamiliâs, seorsum à patre habitantem, ex cuius cœnaculo quid deiectum vel effusum sit. d. tit. l. 1. §. si filiusfam. Institut. de obliga. ex quas. del. §. si filiusfamiliâs. Item contra plures habitantes, quemuis in solidum, dum nescitur quis deiecerit. d. l. 1. §. si plures, cum duab. seq. In hæredem non datur, nisi lis fuerit cum defuncto contestata. Instit. ad leg. Aquil. §. is autem.

Ad duplum quanti damnum datũ est, in quo est rei persecutio. d. tit. l. 1. Instit. de oblig. ex quas. del. §. item ex cuius. Item si liber homo peremptus fuerit, datur in quinquaginta aureos, quia in homine libero nulla æstimatio corporis fieri potest. d. tit. l. 1. §. sed cùm liber homo. ff. ad leg. Aquil. l. liber homo. Tertiò datur quanti ob damnum datum in corpus liberi hominis, iudici æquum videbitur, qui computat mercedes, medicis præstitas, cæteráque impendia, quæ in curatione facta sunt. Prætereà operarum, quibus caruit, aut cariturus est, ob id quòd inutilis factus. d. tit. l. vlt. Instit. de obli. ex quas. mal. §. item is. Et æstimantur operæ, iuxta l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid.

IN FACTUM DEPOSI sitis vel suspensis.

PEriculosè competit alicui, cui suspensum nocere potest, quia inspicimus possibilitatem. Bart. in l. 1. ff. de iniusto testam. Vel competit transeunti, vel cuilibet de populo, quia popularis est. ff. de his qui eiecer. vel eff. l. si verò. §. prætor ait. Item hæredi, similibusq́; personis. d. l. si verò. §. vlt. Et competit contra dominum, inquilinum habentem vel patientem aliquid positum in quocunque suo ædificio, cuius casus alicui nocere potest, in subgrunda, protectóue. Vel supra eum locum, quo vulgò iter sit, vel in quo consisteretur. d. l. si verò. §. prætor ait. Et competit contra dominum ob factum serui noxaliter. d. §. prætor. Ad decem solidos. d. §. prætor ait. Vel decem aureos, Instit. de oblig. ex qua. del. §. cui similis est.

Actio in factum, quæ datur inhabitanti, contra deiectorem vel effusorem, datur domino domus, seu gubernatori familiæ condemnato ob eiectum, vel effusum, vel hospitatũ. l. si verò plures. §. cùm autem legis. ff. de his qui eiecerunt vel effu. Nam ille qui soluit propter delictum alterius, habet recursum contra illum. l. nam & seruus. ff. de negoc. gest. Contra deijcientem vel effundentem de domo seu habitatione domini, quasi societatis iudicio. d. tit. de his qui eiecer. l. perceptione. Ad recuperandum omne id, quod propter eiectionem vel effusionem habuit necesse soluere dominus, vel habitator domus.

SERVI CORRVPTI ACTIO.

Nul-

Quia lex ita atrocem actionem dare in personas sibi coniunctas erubuit. C. eod. l. vlt. § vlt. In hęredem non datur, quia pœnalis est. d. l. hęc actio.

Hæc actio datur pro seruo corrupto animo, non corpore. Nam de seruo corrupto corpore vel moribus, datur actio. leg. Aquiliæ. vt ex ff. claret.

De actione quæ competat parenti pro filia corrupta, egregia certè adducunt hi, qui in ius Canonicum scripserunt de adulterijs.

Competit in duplum, cui simplum inest. l. vt tantum. §. in hac. Etiam aduersus fatentem. l. doli verbum. in fin. æstimatione relata ad tempus serui corrupti vel recepti, non ad præsens: præteritæ enim vtilitatis æstimatio in hoc iudicio versatur. Nam persuadens alicui, vt semel malum faciat, non tenetur de sequentibus. Doctores in glo. versic. æstimatio deducitur. §. omnes. Instit. de actionib. Per legem, Neratius. ff. illo tit. Et datur ad interesse, quodcunque damnum emergens dominus ex seruo corrupto sentit. ff. de seruo corrup. l. vt tantum. §. fina. Vt omne cum ipsa re damnum dupletur. Bart. in d. §. fin. Item datur ad omne damnum, quod pater ex corrupta filia sentit, & ad dotandam filiam corruptã de proprijs bonis corruptoris. Extrà, de adult. c. 1. Et semper præsumitur persuasionibus seducta. text. in l. 1. C. de rapt. virg. Et corruptor virginis tenetur vel eam ducere, vel dotare: si non vult aut potest, tunc dotem cogitur constituere pro interesse virginitatis. Panormitan. in d. c. 2. de adulterijs.

DE

DE INTERDICTIS QVIbusdam pro Vi.

L. 3. de acquir. possess. ff. vbi dicitur, multis ex causis acquiri possessionẽ, sed præter eas aliquando ex iussu iudicis, ex secundo decreto, quæ est quasi possessio, id est, tantùm pro custodia habet possessionem rerum seruandarum: & fit quatuor modis. Primò legatarius seu fideicommissarius. Secundò in tenutam, id est, custodiam rerum mittitur prægnans, sed rerum maritalium, propter partũ. Tertiò, quando quis non vult cauere de damno infecto, qui timet damnum, immittitur. Quartò, iussu magistratuum, scilicet ex primo vel secundo decreto. His quatuor modis tantùm acquiritur nuda custodia, post tempus verò in ipsam possessionem.

Primum decretum fit ita, vt mittatur aliquis in possessionem rei, vt tantùm teneat, si debitor citatus nec ipse, nec alius pro eo contumaciter non veniat. Hodierno iure mittitur aliquis pro mensura debiti in bona, veteri verò in omnia bona. Tenuta dicitur illa possessio, id est, minuta. Deinde, si citatus veniat promissurus iudicio sisti, atq; ita recuperat suam possessionem. l. cùm proponas. C. de bonis authoritate iudicis possidendis, atq; ibi Paul. de Cast. Si verò posteà contumaciter sit absens, potest vi adeoq; manu adduci ad iudicem. Interponitur aũt hoc primum decretum in actionibus tam personalibus, scilicet pro ratione debiti, in realibus ad petitionem actoris. Sunt aliæ duę causæ missionis in bona ex primo decreto, scilicet damni infecti: additur etiam 4. Vide Specul. Effectus primi decreti multi recitantur in speculo. Nam parit actionem, si

qua pelleretur, habet actionem ex interdict. Ne vis fiat ei qui in possessione est. Secundũ decretũ succedit huic primo, quod datur propter contumaciã coercendã. Nam si contumax sit ad longũ tempus, scilicet ad annũ vel longius, posset immissus in possess. adire iudicẽ, petereq́ʒ vt nõ tantùm mittatur in possessionẽ, vbi tãtùm sit custos fructuũ & rei, sed vt secundo decreto percipere possit fructus & alia (ff. de bonis autho. iudi) possiden. Nam de primo decreto est tit. ex quib. cau. in poss. eatur) Vt fiat possessor & proprietarius. Citabit igitur peremptoriè iudex reum. Exponit igitur iudex res venales, tum scilicet, cùm adhuc est cõtumax, & latitet debitor, & dolosè se subducat, ne perueniat ad iudicẽ. Et requiritur in hoc secundo decr. exacto probatio debiti. Nõ legitima enim in primo decr. requiritur & plena, hoc est, per testes & instrumẽta ꝓbatio. Hęc præmisi, vt quę sequũtur actiões, clariores reddãtur.

In factum, Ne vis ei fiat, qui in possessionem missus est, datur misso in possessionem causa rei seruandæ, vel in tenutam ex quacunque causa. ff ne vis ei fiat, qui in poss. mis. est. l. 1. & l. 3. cum l. fi. Item datur prohibito, siue suo, siue alieno nomine prohibeatur. d. tit. l. 2. extrà, de restit. spol. c. ad sedem. c. contingit, de dolo & contu. Item datur impedito petere possessionem, eò quòd potestas prætoris adeundi non sit. d. tit. l. vlt. Et datur hęredibus similibusq́ʒ personis. d. l. 1. §. fin.

Contra prohibentem aliquem esse in possessione dolo malo, hoc est, si prohibeat eum qui à prætore causa rei seruandæ in possessionem missus est, siue is prohibẽs dominus sit, siue alter. ff. ne vis ei fiat qui &c. l. 1. Item contra dominũ vel patrem, cuius volũtate quis prohibitus est. d. l. 1.

§. fi.

§.si domini. Item contra pellentem ex possessione eum, qui possessionem nactus est. Nam interdictum hoc prohibitorium & restitutorium est. d.titu.l.3. Item contra pupillum doli capacem, vel locupletatum. ff. ne vis ei fiat. l.1. §.hoc edicto. Item contra hæredes, si ad illos aliquid peruenit. d.l.1.§.fin. Item contra hæredes prohibentes legatorum seu fideicommissorum causa possessionem adipisci. d.§.fi. Datur ad interesse eius, qui missus est, hoc est, quanti interest creditoris, possessionem habere, tanti ei is, qui prohibuit, condemnetur. ff. ne vis fiat ei, qui in posses. mis. est. l.1. §.hæc verba. & §.fina. Item datur ad quanti ea res fuerit, ob quam creditor in possessionem missus est. ff. ex quibus caus. in posses. eatur. l. penult. Item datur ad expensas, quas creditor fecit. extrà, vt lit. non contest. c. quoniam. §.in alijs. c.1. de sequest. possess.

In factum aduersus eum, qui cùm esset in bonorum possessione, fructus consumpsit, Actio, datur debitori vel curatori bonis distrahendis dato. ff. de bonis aut. iudic. poss. l. prætor ait. in princ. & §.his verbis. Item datur hæredibus, cæterisq; successoribus. d.l. prætor ait. §. hæ actiones. & l. hæredi.

Contra creditorem, qui cùm in possessionem bonorum missus esset, fructus consumpsit. d.l. prætor ait. Vel ob id, quòd neque vendidit fructus, neque prædia locauit, in quę per prætorem missus est. Et datur contra hæredes, cæteròsque successores. d.§. hæ actiones. Et datur ex doli defuncti, quatenus ad hæredes peruenit. d.l.3.§.fin. Ad id quod ex bonis debitoris ad creditorem peruenit. d.tit.l. creditore. Item ad restituendos fructus ceptos ab eo, qui in possessione erat. Vel quic-

quicquid occasione harum rerum ad creditorẽ peruenit.d.l.prætor ait.§.1. Siue res sit, siue pœna.ff.de iure dot l.quoties.Item ad deteriorationem possessionis, dolo malo factam per creditorem.d.l.§.est præterea.Item datur ad quanto minus propter hoc perceptum est, quia creditor neque vendidit, neque locauit.d.l.§.in eum.

Actio in factum pro impensis, quas fecit creditor in re custodita, competit creditori facienti impensas, sine dolo malo, siue in fructibus percipiendis, siue in familia alenda, curandáue, vel prædijs fulciendis, vel reficiendis, vel de damno promittendo, etiamsi nihil profuit eius rei erogatio debitori.ff.de bonis autho.iud.poss.l.prætor ait.§.quòd ait prætor. & §. his verbis. Contra debitorem, in cuius bonis debitor missus erat, dictis iuribus.

Ad repetendos sumptus & expensas, quos vel quas fecit in ipsa re bona fide.d.l.prætor ait.§.1.

In factum, si mulier ventris nomine in possessionem per calumniam missa dicatur, competit hæredi vero, ad quem spectat hæreditas, vel bonorum possessio prædefuncti mariti.ff.si mulier ventris nomine in posses.bon.cal.cau.es.dic. l.1. Item competit substituto partui.d.l.1.§.competit. Item legatarijs, quorum interfuit hæreditatem adiri per verum hæredem.d.l.1.§.idem Iulianus. Item competit hæredibus eius, qui exclusus est per ventrem mentitum.d.l.1.§.sub prætextu.

Contra mulierem, quæ post mortem mariti dixit se esse pręgnantem ex marito prędefuncto, de cuius hæreditate agitur: & sic petit se mitti in possessionem bonorum mariti, tanquam illa bona sint deuentura ex testamẽto, vel ab intesta-

to posthumo nascituro, quæ mulier, vel non erat prægnans, vel non ex prędefuncto marito, & ita per calumniam missa est. ff. si mul. vent. no. l. 1. Et datur contra parentem mulieris, si per eum factum sit, quo mulier in possessionem per calumniam venit. d. l. 1. §. simili autem modo. & §. fin. Item contra hæredem, quatenus ad eum peruenit. d. l. 1. §. hanc autem actionem. Ad omne interesse ipsius veri hæredis, vel bonorum possessoris. d. l. 1. §. simili autem modo. Scilicet ad alimenta in ventrem erogata per calumniam. d. l. §. interesse. Et ad diminuta in hæreditate. d. l. §. nonnunquam. Et ad precium hæreditatis. d. titul. l. fina.

In factum, si mulier, quæ missa erat in possessionem ventris nomine per calumniam, bonorũ possessionem in alium trãstulerit, vel qui ipsam habet in potestate, competit hæredi vero, & bonorum possessori. ff. si venter. nomine in possessio. missa. eadem possessio dolo mala ad aliũ translata esse dicatur. l. 1.

Et competit cõtra mulierẽ, vel eum qui eam habet in potestate, transferentem in alium dolo malo possessionem, in qua missa est ventris nomine per calumniam. d. l. 1. Item datur cõtra mulierem, non prohibentem extraneum venire in possessionem. Item datur contra eandem introducentem clam per machinationem circunscribendi eam. Item datur contra patrem, ad quem aliquid peruenit ex dolo filiæfamiliâs. d. l. 1. §. fi. Item contra eum, qui per dolum venit in possessionem. d. l. 1. §. necessariò. Item in hæredem non datur, nisi in quãtum ad eum peruenit. C. ex delict. defun. l. 1. Ad interesse eius qui experitur. Putà, quòd illa quæ missa est, fructus consumpsit perce-

perceptos bona fide: vel si prædo soluendo non est.d.l.1.§.interest. Et datur ad sumptus, litis causa factos.l.fin.§.si.ff.si ven.no.mul.in poss.miss.

ACTIO IN FACTVM, ex Edicto.

VT in possessione legatorum vel fideicommissorum seruandi causa esse liceat, ne vis illi fiat, competit legatarijs vel fideicommissarijs, & successoribus illorum, & procuratoribus, quibus vel in diem, aut sub conditione, siue simpliciter legatum litigiosum est relictum, vel ab intestato debetur missis in possessionem. ff.vt fideicommissar.seu legat.causa caueatur.l.1. & l.etiam. & l. is cui. §.missus.ff.vt in possess.lega.seu fideicommiss.seruan.causa esse liceat. Item competit domino vel patri, si legatũ sit sub conditione, vel in diem, seruo seu filiofamil. d.l.1.§. sed & procuratoribus. Siue desiderauerit, & ei non caueatur, siue non habeat à quo satis desideret.ff.vt in possess.legat.&c. l.1.Ne vis fiat vtenti & fruenti. l. is cui. §. si ex constitutione. in d. titulo.

Aduersus heredes vel successores, & fideicommissarios. Item contra patrem vel dominum, & mancipatos liberos.l.1.§.non solũ. & l.si ex causa. Item contra impuberis substitutum. l.is cui. §.si ab impuberis. ff. vt in possessio. legat. quoad defuncti voluntati satisfiat. l. is cui. §. satisfieri. & l. si pecuniæ.§.vltimo. C. eodem. l. qui legati.

Ad interesse quod in possessione rerum hæreditariarum esse non licet. d.l. is cui.§.qui in possessiòn.cum §.seq.Ad fructus & vsuras.d.l.is cui.

§.bellissimè.Et ad dolum & culpam.d.l.is cui.§. dolum. Item ad possessionem omnium rerum, quæ ex hæreditate sunt.d.titul.l.quamuis.Et ad propria bona hæredis.d.l.is cui.§.imperator. C. eo.l.certa est forma.

Actio in factum pro possess.damnum infectũ, id est,nondum factum,sed quod futurum veremur.Huc pertinet totus titul. de damno infect. Nam aliæ Actiones sunt de damno præterito. Vide hic l.4.dies caution.Cautio est promissio, satisdatio. Sic habet res: Vicini ædes ruinosæ, vereor, vt damnum mihi dent: adeò iudicem, vt caueat vicinus de damno infecto.Vicinus neque vult cauere,aut non potest, mittor igitur in possessionem, atque ibi fulcio ædes, ne vel mihi vel alijs damnum dent.Quòd si dominus ędium redeat numeraturus expensas insumptas in fulciendas ædes,cogor cædere. Atque de hac possessione est hæc,quæ sequitur,Actio.

Actio in factum, ex edicto de damno infecto de possessione,datur vicino, cui intra diẽ à prætore constitutum damni infecti non est cautum, propter vitiosa opera,quouis loco sita.l.eorum. §.vlt,ff.de damno infecto. Et ob id in possessionem missus non est admissus.d.tit.l.dies. §.1.& l. prætor.§.eum cui.& l.si finita.§.fina. Item datur pluribus æqualiter, siue simul, siue separatim missis.l.finita.§.si plures. & §. si ante hoc decretum.Item datur filiofamiliâs,si actum est,vt periculum ædium ad se pertineat.d.tit.l.si filiusfamil. Item datur procuratori de rato cauenti. d. tit.l.inter quos.§.fin. Item datur ei cuius res est, & etiam ei cuius periculo res est, quæ damnũ timet.d.tit.l.damni infecti. Contra eum, qui neque cauerit,neque in possessione esse, neque pos-

sidere

dere passus erit.d.tit.l. prætor ait.§.in eum. Hoc est, competit misso, vel in totam domum ratione partis vitiosæ vnitæ.d.l.si finita.§.ex hoc edicto. Siue fuerit missus in partem prædij rustici.l. cùm emptor. Siue fuerit missus in ruinas vel areas.d.l.si finita.§.si iam fuerunt. Item contra pupillum doli capacem, neque cauentem, neque patientem in possessione esse.d. l.si finita.§.si pupillus.& l.damni infecti.§.si pupillus. Item contra dominum ex prohibitione serui noxaliter. Item contra procuratorem vel administratorē, prohibentem esse in possessione.l.si quis missum. Itē contra mandantem prohibere. l. damni infecti. §.si mandato. Et contra possidentem bona fide. l.qui bona fide. Et competit contra superficiarium, vsufructuarium, creditorem pignoratitium, emphyteotam, non satisdantem, neque possidere patientem.l.hoc amplius.§.quæsitum est. cum §.seq.& l.quid de creditore. & l. si finita. §. si de vectigali. Ad tantum præstandum, quantū præstare eum oporteret, si de ea re ex decreto prætoris cautum fuisset. d.tit. l.prætor ait. §. in eum. & l.si finita.§.fin. In cautione autem ex decreto prætoris veniunt impensæ, emigratio inquilinorum ex iusto metu, & quòd nemo propter vitium conducere hospitium voluit. ff. de damno infect.l.in hanc stipulationem.

VI BONORVM RAptorum, Actio.

COmpetit ei, cui dolo malo hominibus coactis, damni quid factum esse dicetur. Siue cuius bona, vel mobilia, seu se remouentia, rapta esse dicentur, ff. vi bon.rap.l.2.C.eo.l.1.

Putà, datur ei cuius intereſt, nõ inſpecto, vtrùm dominus rei ſit, an non, ſicut actio furti. ff. eod. l.2.§.in hac actione. Vnde datur commodatario, conductori, creditori, depoſitario, qui culpam promiſit, vel precium depoſitionis accepit, bonæ fidei poſſeſſori, vſufructuario, non ad dominium, ſed ad id, quod ablatum eſt. Inſtit.eo.in fi. Item datur donatario, à quo res per hæredẽ donatoris aufertur. C.eo.l.2. Item datur hæredi, cęterisq; ſucceſſoribus: Nõ autem contra eos, quia pœnalis eſt, ff. vi bo.rap.l.2.in fi. Item datur contra eum, qui vi rapuit: etiamſi minimã rem rapuerit. Inſti.eo.§.1. Etiamſi reſtituat rem ante iudicium. ff.eo.l.pen. Vel qui præcedenti conſilio ad hoc ipſum collegit homines armatos, vt damnum det, bonáue rapiat. ff. vi bo.rap.l.2. §.dolo autem malo. Hoc eſt, ſiue per ſe rapuerit, ſiue coëgerit homines, vt raperent. Tenetur etiam pro illis, ſiue ipſe coactus ſit. l.2. §.ſi quis homines. ff.eo. Item datur contra dominum, ſi ſeruus feciſſe dicatur domino neſciente. l.2.in princ. C. eo.l.pen. Item tenetur dominus nomine familię, & ſufficit ſemel quadruplum offerre pro omnibus ſeruis, vel noxæ dedere eos qui dolo fecerũt. d.l.2.§.familiæ. Item datur contra creditorẽ, vi rapientem res ſibi obligatas. C.eo.l.3. Item datur contra impuberem doli capacem, vel ſeruorũ & familię nomine. l.2.§.in impuberem. Item nõ datur in hæredes, cęterosq; ſucceſſores, quia pœnalis: Nec de eo quod ad eos peruenit, quia ſufficit condictio furtiua. l.2.§ fin. Et in quadruplo rei perſequutio continetur. Pœna autem tripli eſt. Inſti.de actio.§.ex maleficijs, & vi bo.ra.§.1. Item datur ad intereſſe eius, qui non eſt dominus rei. ff. vi bon.rap.l.2.§.in hac actione.

IN

IN FACTVM PRO DAMno, in turba dato, Actio.

COmpetit ei cui damnum in turba datum est, in hoc quòd amisit aliquid, vel corruptum est aliquid, scissum vel fractũ. l. prætor ait. l. 2. in princip. Et competit domino pro seruo pulsato, vt aliquid amitteret. d. l. §. si cùm seruum. Competit hæredibus, cæterisq́ue successoribus. d. l. in fin. Et competit in eum, cuius dolo malo in turba damnum quid factum esse dicetur. ff. vi bon. rap. d. l. prætor ait. Siue illò venerit, siue non, author tamen damni fuerit. d. l. §. hoc autem edicto. Siue ipse turbam coegerit, siue alius: ipse tamen in turba damnum dedit. d. l. Et Cice. in orat. pro Aul. Cecin. in ver. Hominibus coactis, ad duplum intra annũ vtilem, post annum in simplum, quanti res est, æstimatione relata ad præsens tempus datur. d. l. prætor ait. §. eritq́ue hæc differentia.

In factum Actio de incẽdio, ruina naufragio, datur illi, cui quid ex incendio, naufragio, ruina, rate vel domo expugnata, raptum, receptũ, amotum, damnúmue datum est eo loco & tempore, vbi periculum factum est. ff. de incend. rui. naufrag. rat. na. cep. l. 1. C. de furt. l. in eum, cum Auth. seq. Hoc est, datur illi, qui damnum passus per direptionem in incendio, ruina, naufragio, naue expugnata. d. tit. l. ne quid ex naufragijs. Itẽ datur hæredibus, & in hæredes, eatenus quatenus ad eos peruenit. d. tit. l. Pedius. in fin. Contra eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, vel naue aut domo expugnata, quid rapuisse, recepisse, amouisse aut abstinuisse dolo malo, dãniue quid in his rebus dedisse, dicetur. d. l. 1. Et nihil inter-

est, vtrum ex ipso mari quisquam rapiat, an ex naufragio, an ex littore, Modò naufragij tempore id acciderit. d. tit. l. si quis ex naufrag. Item datur contra consulentem, vt naufragi per vim supprimantur. d. tit. l. 3. §. vlt. Item datur contra dominum nomine serui vel familiæ noxaliter. d. l. 1. Sed dominus ex delicto familiarium tenetur in solidum, si in ministerio delinquunt, ad quod propositi erant. l. 1. §. familiæ. ff. de public.

Item cõtra piscatores, qui nocte lumine ostenso fallunt nauigantes, deducendo naues in periculum, vt prædam sibi parent. l. piscatores. Item datur contra receptatores & oppressores. l. 3. §. non tantùm. ff. de recepta. l. 1. Et per iura hic in glo. ver. quam oppressores, allegata. Item datur contra fiscum, qui ex aliena calamitate, & de re tam luctuosa compendium sectatur. C. de naufr. l. 1. lib. 11. extrà, de rapt. c. excommunicans. Et datur in quadruplum in annum vtilem, post annũ in simplum. d. l. & ff. de acquiren. rer. dom. l. Pomponius tractat. §. idem ait. & l. qua ratione. §. fin. eodem tit. Et in tantum etiam fisco damnatur. l. 3. §. fina.

ACTIO IN FACTVM vnde vi.

COntra vim expulsiuam, quæ est rei immobilis, competit interdictum vnde vi. Contra violentiam ablatiuam, quæ est rei mobilis, Actio furti, Actio vi bon. rapt. ad exhibendum actio competunt. Contra vim compulsiuã, quæ est in dando, promittendo, Actio quod metus causa. Contra vim turbatiuam, quæ est, duobus

bus aut tribus professionis causa disceptãtibus, interdictum, Vti possidetis, datur. Interdictum Vtrobi, datur litigantibus aliquibus pro re mobili. Contra vim inquietatiuam, si cui in re immobili fiat iniuria aut molestia, competit interdictum, Quod vi aut clam.

Actio in factum, Vnde vi, competit deiecto, vel qui tunc possidebat naturaliter & ciuiliter, vel altero modo tantùm. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. deijcitur. Siue corpore, siue animo possidebat, & deiectus est. d. l. 1. §. siue autem corpore. Etiamsi precariò, vi aut clam possideat. d. tit. l. sed si vi. Adeò vt nec per suos possideat. d. l. 1. §. hoc interdictum. Item competit domino propter deiectũ seruum, procuratorem, colonum, etiamsi ignoret eos deiectos, per quos possidebat. dicta l. 1. §. quod seruus. & l. vl. Competit superficiario, qui à superficie eiectus est. d. l. 1. §. & generaliter. Competit colono, si emptor vi expellat. l. cùm fundũ. Competit fructuario prohibito vti frui. d. tit. l. 3. §. vnde vi. Competit vsuario. d. l. 3. §. penult. & l. sed de fundo. Competit prædoni spoliato. d. l. 1. §. qui etiam à me. Et c. in literis, de restitut. spol. Competit successori spoliati. d. titu. §. hoc interdictum. l. 1. Et c. significauerunt, extrà, de test.

INTERDICTVM, Vnde vi.

Actio in factũ ex interdicto, Vnde vi, competit contra eum, qui de possessione vi deiecit. C. vnde vi. l. si de possessione. Et competit cõtra ipsummet deijcientem vel spoliantẽ. l. cùm à te vi. Etiamsi ille non possideat. ff. eod. l.

1.§.ex interdicto. Etiamsi iam amisit possessioné, sine dolo & culpa.l.si vi me deieceris. Competit contra deijcientem, etiamsi ille authoritaté principis prætendat. C.eod.l.3. Contra mandantem vel iubentem, vt aliquis deijceretur ff.eod.l.1.§.deiecisse. Contra ratum habentem, quod alius deiecit.l.sed etsi quòd. c.cùm ad sedem. de restit. spoliat. Contra iussum deijcere, hoc est, procuratorem. Nec enim excusatus est, qui iussu alicuius deiecit, non magis, quàm si iussu alicuius occidit. ff.eo.l.1.§.quoties verus procurator. Contra prohibentem redire in possessionem.l.idem. §.si autem. Contra eum, qui dolo malo fecit, quo quis deijceretur.§.hoc interdictum.l.3. Præterea competit contra dominum iubentem, vel ratum habentem, ex eo quòd familia deiecit. ff. de vi & vi arm.l.1.§.ait prætor. Vel quia procurator verus deiecit.d.l.1. §.quoties verus procurator. Vel quia seruus deiecit, vt dominus restituat, quod ad ipsum peruenit, vel noxæ seruum dedat, si nihil peruenit. d.l.1.§.quod ergò additur. Vel contra dominum, quia mercenarius deiecit.d.l.1.§.si filiusfamiliâs. Datur contra patré, de eo quòd ad eum peruenit, ob id quòd filiusfamiliâs deiecit. ff.eod. l.in interdicto. Competit contra hæredem, quantum ad eum peruenit, dolóue malo eius factum est, quo minùs perueniret.. C.vnde vi.l.2. Contra possessorem bonorum, & cæteros successores.§.ex causa.cum duabus legib. sequent. ff.de vi & vi ar. Contra plures hæredes pro partibus hæreditarijs. ff.eod.l.si plures hæredes.

Competit pro recuperanda possessione, & restituendo spoliato in pristinum locum.c.grauis. de restit.spol. Infra annum vtilem ad id, quod

spo-

ſpoliatus in ea poſſeſſione habuit. Sed poſt annũ ad id, quod ad ſpoliatorem peruenit. ff. eod. l.1. & l.3.§. & poſt annum. Item datur pro rebus exiſtentibus & cohærentibus ſolo. ff. eod. l.1 § planè. & §. ſi fundus. Datur pro rebus proprijs, & etiam pro depoſitis, commodatis, pignoratis, locatis, fruitis. d.l.1. §. quod autem. Et datur pro omni cauſa & fructibus, quos prædo percepit, & quos vetus poſſeſſor percipere potuit. C. vnde vi. l. ſi de poſſeſſione. Et fructus debent computari à die eiectionis. Item competit pro damnis. d.l.1.§. qui vi deiectus eſt, hoc eſt, pro reſtituendis omnibus, quæcunque habiturus vel adſecuturus is erat, qui vi deiectus eſt, ſi vi deiectus non eſſet. d.l.1.§. non ſolùm. Item datur pro deperditis poſt deiectionem, hoc eſt, pro æſtimatione deperditorum. l.1 §. rectiſſimè. & l. penul. ff. eod. Priſtina enim cauſa ei reſtitui debet, quam ſpoliatus habuiſſet, ſi non fuiſſet vi deiectus.

CONDICTIO EX L. Inuaſor.

DAtur domino loci vel poſſeſſionis, cuius prędium alius per errorem inuaſit, quam dominus per iniuriam reliquit. C. vnde. l. inuaſor. Contra inuaſorem locorum ſine vi, ſed per errorem, aut iniuriam domini, qui poſſeſſionem quaſi pro delicto habuit. Bald. in l. improba. C. de acquir. poſſeſ. Ad reſtituendam poſſeſſionem ſine pœna, quia poſſidens nullam iniuriam paſſus eſt per inuadentem, ideò ſufficit reſtitutio poſſeſſionis. Bald. in d.l. improba. Reſtituenda tamẽ eſt poſſeſſio cum fructibus à tempore moræ, Cynus in d.l. inuaſor.

EX LEGE: QVVM quærebatur.

COndictio ex l. cùm quærebatur, competit domino possessionis, quam alius per suam authoritatē vsurpauit, propter hoc quòd ipse fuit absens, & possessio vacua, quam occupator ille dolosè, verè vel præsumptione iuris occupauit. Cynus in l. vlt. C. vnde vi. Et competit contra eos, qui vacuam possessionem absentium sine iudiciali sententia dolosè detinuerunt, quia sciebat occupator, non esse suam, sed tamen putabat sibi licere occupare, tanquam esset in bonis nullius. ff. de acquiren. rer. dom. l. 1. & 2. Item condictio ex hac l. datur contra tertium possessorē, quia non est merè personalis, imò persequitur ipsam possessionem. Cynus in d. l. vlt, in octaua quæst. Et datur ad restituendam talem possessionem, siue rei mobilis, siue immobilis sit, quam dominus per depositionem animi amisit. C. de acquir. posses. l. licet. & de seruo fugi. l. 1. Et datur ad fructus & interesse, quia æquiparatur interdicto, Vnde vi. Cynus in d, l, vlt,

CONDICTIO EX L. NON ab re. C. vnde vi.

DAtur locatoribus, vel possessionem rerū suarum precariò concedentibus, si volūt possessionem locatam vel precariò possessam recuperare. Idem si locator vendidisset fundum, & iussisset emptorem in possessionem ire, quem colonus intrare prohibuit: quia nihil interest, dominum, an alium ex voluntate illius mis-

missum, intrare prohibuerit. ff. de vi & vi. arm. l. cùm fundum. Et datur contra conductores, vel alienæ possessionis detentores, resistentes recuperatoribus, expectantesq; iudiciorum ordinem, etiamsi per seruos vel filiofamiliâs veneant. Et nihil interest, conductor dominum ingredi fundum volentem prohibuerit, an emptorem, cui iussit dominus tradi possessionem, non admisit, quia tunc locatorem deiecisse videtur. ff. de vi & vi arm. l. colonus. Item datur contra hęredes cõductoris, qui sciuerunt rem conductam. C. locati. l. penult. In summa, contra quoslibet alieno nomine posside ntes, volentes resistere sine iusta causa. Et datur ad recuperandam possessionem, vnà cum æstimatione rei, si possidens vsque ad definitiuam non cessit rem. d. l. non ab re. C. vnde vi.

CONDICTIO EX L. SI quis condictionis titulo. C. de loc. & conduct.

COmpetit locatori vel possidenti ciuiliter, agrum, vel aliam rem, quando certum est, locatorem locasse, & ita conducto rem ab eo causam habere, vnde quæstionem dominij referre non potest. Contra conductorem dominũ, ratione possessionis agri, vel alterius cuiuslibet rei, referentem quæstionem dominij. Item contra omnes habentes causam ab agente. Angel. & glo. 1. in l. si quis conductionis. C. de locat. Ad restituendam possessionem.

CON-

CONDICTIO EX L. FIN. C.de acquir.possess.

COmpetit domino rei, vel possessori rei mobilis vel immobilis, cuius seruus procurator, colonus, inquilinus, vel alius, per quẽ licet possidere, possessionem corporaliter nactã dereliquit, prodidit, vel alij tradidit desidia aut dolo. Contra alium extraneum, easdem possessionem detinentem. Vel contra detinentem alieno nomine possessionem, in fraudem domini desertam. Item datur crediteri, qui suo debitori precariò cnncessit, possidere bona sua, quorum possessionem debitor interuertit. Contra debitorem, qui aliquid alienauit ex dictis bonis. Ad recuperandam possessionem corporaliter, & ad restituendam omnem iacturam domino rei.

CONDICTIO EX L. SI Coloni. C.de agric. & censs.

COmpetit bonæ fidei possessori, qui possidet colonum solo adstrictum, fugientem ad declinandam conditionem subiectionis. Et per extensionem, Condictio ex l. si coloni.competit omni cadenti à possessione, qui non habet titulum, quo mediãte præscribere potuit, siue sit possessio rei mobilis, siue immobilis. Aduersus detinentem colonum fugitiuum cum vitio. Et aduersus omnem nouum possessorem, ad quem res peruenit cum vitio. Et competit ad restituendum colonum glebæ adstrictum & adscriptum cum filijs & peculio. C.de colon.

CON-

CONDICTIO EX L. SI quis in tantam.

COmpetit possessori rei mobilis vel immobilis: corporalis vel incorporalis, expulso de poss. & etiam ei qui suspicatus est se posse expelli. Vt in d.l. si quis in tantam. in glo. & in §. si quis autem. ff. de vi & vi armata. Et competit contra creditorem, inuadentem temerè pignus. ff. de vsucap. l. serui nomine. Competit vsufructuario, & alijs habentibus vtile dominium, vt tantundem illis restituatur. ff. eod. l. si de fundo. Competit socio contra socium inuadentem rem communem. ff. de furt. l. si socius. Contra inuadentem violenter possessionem quandocunque, siue clàm, siue palàm. ff. de furt. l. si quis ex domo. Siue possessio sit constituta apud fiscum, siue priuatum: modò inuadens faciat sine decreto iudicis. Competit aduersus eos, qui enumerantur in glos. vers. earundem, à principio, vsque ad vers. super rebus. Competit contra hæredes, quantum ad illos peruenit. ff. de vi & vi armata. l. 1. §. hoc interdictum. Competit ad restituendã possessionem, & amittendam proprietatem, si dominus sit inuasor. Vel ad reddendam possessionem & æstimationem rei spoliatæ. glo. in versic. quartò quæro. Competit ad damna, fructus, & omnia quæ veniunt nomine restitutionis. l. restituere. ff. de verbor. signif. Nec liberatur inuasor à pœna, restituendo rem ante sententiam. ff. de furt. l. qui ea mente. Quia non succedit pœna loco rei. ff. de arbit. l. si quis rem. Et ad iura prædiorum vrbanorum & rusticorum: & ad iura spiritualia, vtiliter saltem. ff. si seruitus vendic. l. 2. in fin.

EDI.

EDICTVM DIVI Marci.

EDictum Diui Marci, competit debitori nõ spontè danti, sed per violentiam expulsiuam, ablatiuam vel compulsiuam, adhibitam per creditorem: Bart. in l. extat. ff. quod metus. & in l. penult. ff. ad leg. Iuliam, de vi priuat. Et datur debitori non possidenti nomine creditoris. Item resistenti facto & verbo, ne creditor acquirendi animo possessionem intret. Angel. in l. in possessionem. C. ad leg. Iuliam, de vi priua. Contra creditorem, rem debitoris vel pecuniã debitam ab inuito debitore sine iudice competente, temerè possidentem vel accipientem animo acquirendi. ff. quod metus causa. l. extat. C. ad leg. Iuliam, de pri. l. in possessionem. Item datur contra alium quemlibet, temerè, quod sibi debetur, occupantem. Ad amittendum ius crediti; hoc est, illud ius, quod habet in re, vel pro re illa, quam occupauit. glos. vers. rem vllam. in d. l. extat. ff. de his quibus vt indig. l. vt rescriptum. & l. hæres.

CONDICTIO EX L. I. C. de suffragio.

COmpetit actori vel reo, qui aduocato pro suffragio præstando salarium constituit in re mobili, vel immobili. d. l. vnica. C. de suffrag. Aduersus aduocatum rem sibi conuentam pro salario promissa sua authoritate inuadentem. Ad reducendam possessionem in pristinum statum, & ad excludendum petitorem à petitione.

titione. Libellus formatur apud Rofredum, in vltima parte de actionibus. Item apud Specula. in tit. de Magistris.

CONDICTIO EX L. SI constiterit. C. fin. regund.

DAtur illi, cui alius quæstionem de finib. mouit, & post litem contestatam. Ante sententiam de terra sua occupauit, & posuit fines propria authoritate. Contra eum inceptorem agrorum, qui mouit quæstionem de finibus, & priusquàm aliquid sententia esset determinatum, rem sibi alienam vsurpauit. Ad amittendum id quod malè petebat, & tantùm agri modum, quantum adimere tentauit.

CONDICTIO EX L. OB æs alienum, cum Aut. seq. C. de actio. & oblig.

COmpetit libero homini coacto seruire creditori, vel alij pro ipso, capto & redempto, aut cuilibet de populo. l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adult. Item de hæredibus detento defuncto. d. Auth. Imò à debito. C. de actionib. & obliga. Aduersus creditorem compellentem debitorem seruire sibi ob æs alienum. Ad condemnandum creditorem, vt à debito cadat, & ad dandum tantundem retento, vel eius parentibus, & ad subdendum creditorem corporalibus pœnis. Ex Authentico, Vt nulli iudicum lic. habere loc. &c. coll. 9. §. quia verò. argum. l. vlt. quæ

res pign.oblig.possit. Vbi expressa est pœna illa corporalis. Dicitur enim ibi relegatio.

Speculator libell. format in tit. de renunciat. & conc.& in tit.de pignor.& tit.ob æs alienum. c.2.de pignoribus. Idem habet cum hac l. ob æs alienum. Exceptio.C.de postlim.reuers.l.2.C.de parentib.qui liberos distrax. Vide quoque l.obsides.ff.qui testam.facere poss. Liber homo teneri potest pro pactione tantisper, dum illi satisfiat. Idem seruatur apud Nobiles, obsidibus datis. Vide c.1.extrà,de depo.

CONDICTIO EX L. CHRIstianis. C. de paga. sacrif. & tem.eorum.

COmpetit Iudæis vel paganis quietè degentibus, nihil tentantibus turbulentum, legibusq; contrarium.d.l. & c.sicut, extrà de Iudæis. Contra Christianos, qui Iudæis vel paganis manus inferunt, vel illorum bona diripiunt, ad duplum eorum, quæ rapuerunt, restituendum. quod duplum partim rei persequutio, partim pœna est.l. vlt. C.de sponsal.& arris sponsalib.

Exceptio ex l.hostes.ff.de capt. & postlim.reuers. te c.olim, de restitut.spoliat. Ibi Innocent. Christiano exceptionem fingit, & Canonistæ in c.super his, de voto & voti redemp. Ferrariensis in libello spoliatæ possessionis, differentiam interdictorum ex Bartolo.l.rem qui nobis.§.de acquirend.posses. Nullum interdictum ad recuperandam rem mobilem à prætore datur. Igitur pro spoliato rei mobilis, ex varijs constitutionibus

nibus actiones dantur. Videto Ferrariensis libellum, & cæt.

CONDICTIO EX L. II. ff. de condict. triticar.

COmpetit habenti possessionem simplicem rei mobilis, vel immobilis. Contra deijcientem alium vi de possessione rei mobilis, siue immobilis. Ad condicendam proprietatem, si dominus: vel possessionem, si dominus non sit.

CONDICTIO INCERTI EX §. Neratius. in l. & ideò. ff. de condict. furt.

COmpetit ei cui res pignorata, surrepta est. Contra eum, qui pignori res datas surripuit. Ad restituendam rem pignori sublatam.

ACTIO IN FACTVM, & officium iudicis.

DAtur habentibus simplicem detentationem, ex §. Sed dum in secundam in l. manifestissimi. C. de furt. Et datur commodatario vel depositario, cui res commodata vel deposita, furto subtracta est, vel per vim. Contra subtrahentem. Ad consequendam rem, vel eius æstimationem.

CONDICTIO EX §. SED etsi numi. in l. indebiti. ff. de condict. indebit.

DAtur cadenti à possessione rei mobilis facto suo. Contra illum, cui possessio alicuius rei per errorem restituta est. Ad reddendam possessionem indebitè translatam. Vel ad reddendam nudam proprietatem.

CONDICTIO EX c. SAEpè, de restit. spol.

COmpetit spoliato vel vim passo, etiamsi medius vel tertius sit possessor, bona fide tamen. Panor. & Innoc. in d. c. sæpè. Item competit malæ fidei possessori, aliàs non violento, etiamsi per quascunque manus transierit possessio, cùm intersit suà recuperare possessionem, vt saltem possit vero domino restituere. Contra detentatorem iniquum mediatum vel immediatum, & singularem possessorem, in quem possessio translata est scienter, quia successit spoliatori in vitium, etiam à quocunque acceperit, per multas manus. Innoc. in d. c. sæpè. argum. l. sed etsi lege. §. siue autem. ff. de petit. hæred. Siue sciuerit à principio vitium rei, siue superuenerit scientia ante completam præscriptionem. c. vigilanti. & c. fina. de præscript. Item datur contra desientem dolo malo possidere, quia pro possessore habetur. ff. de alienat. mut. iu. cau. fac. l. 1. & de rei vend. l. si autem. §. 1. quia in principio fuit in culpa, ideò non excusatur, quòd nunc nõ possideat. l. si vi me deieceris. ff. de vi & vi armata.

Ad reſtituendam poſſeſſionem, vel ad reſtituendam æſtimationem rei, ſi dolo deſijt poſſidere, Panor. in d. c. in fin.

Actorem oportet probare, detentatorem ſciuiſſe Actorem ſpoliatum fuiſſe: quia in re aliena ſemper ignoratio præſumitur.

CONDICTIO EX c. re integranda. 3. q. 1.

COmpetit expoliatis vel eiectis epiſcopis, quacunque conditione temporis, captiuitate, dolo, vel violentia: aut quacunque iniuſta cauſa res eccleſiæ, vel proprias, perdiderint, præter culpam tamen ſuam, quam alius nunc tenet, ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo. Et ſufficit poſſeſſionem perdidiſſe, nam præſumitur ex hoc iniuſtitia. Vel ſufficit probare pacificam poſſeſſionem, licèt non probetur cauſa amiſſionis. Panor. in c. cùm ad ſedem. extrà, de reſtit. ſpol.

Contra quemcunque poſsidentem, quamuis non ſpoliaſſet, nec rem à deiectore ſcienter receperit, gloſ. in c. ſæpè. de reſtitut. ſpoliat. Innoc. in c. quæ clâm, de electio. Ad reuocanda omnia funditus in eum locum, vnde acceſſerant: & ad fructus perceptos ab ipſo ſucceſſore, à tempore ſucceſsionis. Archidiacon. in d. c. re integranda, 3. quæſt. 1.

IN FACTVM PRO INterdicto, Vti poſsidetis.

DAtur posſidenti ciuiliter tantùm, vel naturaliter tantùm, vel vtroque modo, iuſtè vel iniuſtè: plus enim iuris habet qui poſſeſſor eſt. ff. Vti poſſidetis. l. 2. Datur poſſidenti rem ſoli corporalem, & qui per vim in poſſeſſione turbatur. ff. & C. vti posſidetis. l. 1. Et datur contendenti ſe poſsidere totum vel partem, aut pro indiuiſo, ff. eod. l. 1. §. hoc interdictum. Item ei qui ædificare in ſuo prohibetur. Etenim videris mihi controuerſiam mouere, qui prohibes me vti mea poſſeſſione. ff. eod. l. 3. §. hoc interdictum. Daturq́ domino ſoli, tam aduerſus aliũ, quàm ſuperficiarium. d. l. 3. §. ſed ſi ſupra ædes. Item fructuario & vſuario, defendenti poſſeſſionem rei, in qua habet vſufructum, vel vſum. ff. eo. l. vlt. Aduerſus turbantem in poſſeſſione, quo minus ita poſſideatur, & contendentem ſe poſſidere. Sed etiam contra inquietantem, licèt non contendat ſe poſſeſſorem. ff. eod. l. 3. §. ſi vicinus meus. & §. duobus. Item cõtra inquilinum prohibentem dominum volentem ædes reficere. ff. eod. l. 3. §. 3. Contra vicinum prohibentem fundum colere. d. l. 3. §. cùm inquilinus. Contra fructuarios & vſuarios, defendentes ſibi vſum vel fructum. ff. eod. l. 3. Ad retinendam poſſeſſionem ne amittatur, & ad quanti ea res erit, quòd non licet retinere poſſeſſionem, non autem quanti res erit. ff. eod. l. 3. §. vlt. Et datur intra annum, quàmprimum experiundi poteſtas erit. Sed datur perpetuò contra eum, ad quem aliquid ex turbatione peruenit.

IN FACTVM VTROBI.

Datur

Datur turbato in possessione rei mobilis, id est, qui vsque ad tempus litis contestatæ possedit. Institut. de interdict. §. hodie. Item datur domino, quem commodatarius nõ vult agnoscere, sicut si colonus inciperet alium dominum agnoscere, quia per hoc turbat domini prioris possessionem. Bald. in l. cùm nemo. C. de acquiren. poss. Contra turbantem vi eum, qui tempore litis contestatæ fuit in posses. rei mobilis. ff. vtrobi. l. 1. Et contra negantem aduersarium possidere, quia per negationem efficitur dubium, an quis possideat, etiamsi aduersarius non dicat se possidere, etiamsi bona fide reus neget. c. cùm ad sedem. de restit. spolia. & l. 3. C. quibus ad liber. proc. non licet. Facit ergo reum sola negatio. Bald. in l. mancipia. C. de seruis fugitiuis. Ad prohibendum molestatorem, ne ampliùs turbet in posses. rei mobilis. Et datur ad interesse præteritæ turbationis.

IN FACTVM PRO INterdicto, Quod vi aut clam.

Quæ sit differentia inter Edictum de noui oper. nunc. & Interdictum, Quod vi aut clam, annotat Ioan. And. in Speculo. versic. cæterùm, §. penult. de restitut. spoliat.

Interdictum hoc est restitutorium. Et omnia restitutoria competunt pro præteritis. Est autem generaliùs paulò, vt quod compræhendit etiam Interdictum de Noui oper. nunc.

INterdictum, Quod vi aut clàm, competit prohibẽti verbo, manu apposita, iactu lapilli prohibendi càusa. ff. quod vi aut clam. l.1. §. sed si quis. & l. vi facit. Per semetipsum, vel seruum suum, procuratorem, vel mercenarium. d. tit. l.3. §. vi facit. Item datur non potenti prohibere. Item datur ei, cuius celandi causa, vel procuratoris, vel serui quid factũ est. l. & qui alios. §. idem dicitur.

Cõpetit patri ex eo, quod filiusfamiliâs prohibuit. l. denique. §. 1. Idem competit domino, prohibente inquilino. l. interdictum. Idem competit filiofamiliâs, colono, laboribus succisis. l. interdictum. Idem competit conductori, & preca riò posſidenti. l. is qui in puteum. §. pen. Item competit colono & fructuario, fructuũ nomine. l. quanquam. cum l. sequen. Et nomine voluptatis & gestationis. l. competit. §. 1. Item competit venditori, si posteaquam vi aut clam factus est, venierit fundus. Item competit emptori, si post venditionem opus factum est, siue fundus in diem sit addictus, siue sub lege commissoria. l. is qui in puteum. §. penult. & vlt. Item competit ijs, quorum interest opus factum nõ esse. l. is qui in puteum. §. vlt. Vel ratione cõtractus, vel quasi contractus (vt de communi diuidun.) l. denique. §. 2. Etiamsi non possideat, modò detineat, vel habeat facultatem posſidendi vel detinendi. l. competit. Idem competit hæredibus, cæterisq́ successoribus, siue de eo quod ante aditam hæreditatem factum sit, siue posteà aliquid vi aut clam admissum sit. ff. eo. l. denique. §. quæsitum est.

Contra eum, qui vi aut clam aliquid molitus est in opere soli. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. 1. & l. si alius. §. notauimus. Putà, contra facientem

aliter

aliter quàm prohiberetur. d. l. 1. §. quid si vi aut clam factum. Idem contra prohibitum iactu minimi lapilli, perseuerantem tamen facere. Item contra facientem præter testationem, denunciationemq́ʒ. Item contra scientem se prohiberi, sed molientem per vim, ne prohiberi posit.

Contra facientem & iubentem. l. & qui aliter. §. vlt. Etiam si succesiuè plures iusserint. l. si ego.

Contra possessorem operis, qui inscio vel inuitò domino opus in fundo fecerit. l. semper. ff. eod. Contra celantem aduersarium, neque ei denunciantem, si timuit eum controuersiam moturum, vel qui celandi animum habuit, vel qui existimare debeat, sibi controuersiam futuram. l. Seruius. cum l. præced.

Contra facientem aliter, quàm denunciauit. l. aut qui aliter.

Contra denunciãtem aduersario tunc quum scit illum prohibere non posse. Contra eum, cui nouum opus nunciatum est. l. si alius. §. ait Iulianus. Contra demolientem ędificium, vel aliquid adhærens ædificio aut solo. l. si alius. §. fi. Vel affixum solo rei. l. nam etsi ramos. & l. fin. §. 1. Contra inarantem agrum vi aut clam : aut fossam facientem. d. l. Contra infundentem aliquid in puteum vicini, hoc facto corrumpentem aquá. ff. eod. l. is qui in puteum.

Competit aduersus procuratorem, tutorem, curatorem municipij, vel Syndicum alieno nomine. l. & qui aliter. §. hęc verba. Item contra dominum, cuius seruus domini nomine vel iussu, vi aut clam fecit.

Competit contra dominum, si procurator illius iussu, vel duumuir municipij, aut tutor, aut curator aliquid fecit.

Competit ex facto coloni, procuratorísue, contra dominum volentem, ratum habentem, vel iubentem. Iubentis enim persona intuenda est.l.si opus.

Competit contra tutorem curatorémue, cuius iussu quid factum est.l.is qui in puteum. §.si tutoris iussu.

Competit contra plures in solidum, pro opere à pluribus pro indiuiso facto.l.semper. §.si in sepulchro. Item contra hæredem, cæterosq; successores in id, quod ad eos peruenit, intra annũ, ex quo opus perfectum est, vel fieri desijt: licèt perfectum sit minùs, nisi causa cognita post annum.l.semper.§. hoc interdictum. cum §.seq. & l.fin.

Competit ad restituẽdum, quod vi aut clam factum est.ff.quod vi aut clam. l.1.§.1. Vt ille omni modo restituat, qui iussus est.l.si opus.in d. tit. Et competit ad interesse, quanti actoris interest, id opus non esse factum, per quod seruitutes forte amissæ sunt, vel vsufructus, vel conditio proprietatis deterior facta est, quod interesse, per iuramentum in litem, contra dolosum in committendo vel officio iudicis æstimatur. l. semper.§.in hoc interdicto. & l.si opus. ff.quod vi aut clam.

Item datur ad impensas ad restituendam. Et datur ad patientiam ad restituendum, de quibus tenetur dominus, qui iussit seruum vel dominum opus facere, vel demoliri. Si verò non iussit dominus, nihil amplius tenetur, quàm patientiam præstare cogendus erit.l.denique.§.fin.cum l.seq.

In summa, qui vi aut clam fecit, si possidet, patientiam & impensam tollendi operis. Qui fecit,

nec

nec possidet, impensam: qui possidet, nec fecit, patientiam tantummodò debet. l. competit. §. fi. ff. quod vi aut clam.

Datur etiam ad dolum & culpam. l. semper. §. penult. Et datur ad fructus à die editi edicti. ff. de interd. l. ex interdictis.

Videri potest Noui op. nunc. non ad interdic. sed ad edictum pertinere. Respon. Hic edictum pro genere interdicto sumi: quia vbicunque est interdictum, & edictum est.

Ad actionem in factum ad opus demoliendũ, postquàm nunciatio facta fuerit, prima huius Actionis species est, cui nouum opus nunciatum est, nunciatus dicitur. Qui ius se habere nouit ad ædificandum, & tamen prohibetur, huic consulitur, vt satisdet, si ius non fuerit ædificandi, se permissurum ædificationem ædificij iniustè structi. Et hæc secunda species actionis est. Consulitur per Actionem de stipulatu ei cui satisdatum est ante ædificationem. Cautio, stipulatio, & satisdatio idem sunt. Speculator de satisdatio. extraiudi. Item tit. de cautionib. post tit. de pignor. l. 1. §. nunc videamus. diuisionem huius actionis continet, qui hac in re multus est.

ACTIO IN FACTVM, DE opere demoliendo, quod factum est post operis noui nunciationem, ante remissionem nunciationis.

COmpetit ei, ad quem res pertinet, vel iuris conseruandi, vel damni depellendi causa. ff. de no. ope. nunc. l. 1. §. pen. Hinc competit

bon.fid.posseffori, vel qui ius habet in re glo. in d.§. penult. Item competit creditori de seruitute vrbana, quia quando res alicui pignori obligatur, videtur creditor quodammodo factus procurator in re sua, pro tuendo iure rei pignoratæ.l.si pignori. ff.familiæ hercis. Item competit superficiario, emphyteutæ & feudatario, seruitutum causa.l.in prouinciali.§.pen.Item competit fructuario procuratorio nomine. l.1. §.fin. Quia videtur à domino constitutus procurator, ad tuendam proprietatem & vsumfructum. l.1, in fin.ff.vsufruct. quemadmodum caueat. Item competit prælato ecclesiæ, qui æquiparatur fructuario.Bal.in l.mandatum. C.mandati. & l.scimus.C.de sacrosan. eccles. Item inquilino, si dominus posuit illum loco suo, quia videtur factus procurator ad agendum.ff.de iniur.l.sed etsi vnus.§.procurator. Item competit pupillo, si ad ipsius priuatum commodum res pertineat, veluti si luminibus eius officiatur, aut prospectui obsit, intercedente tamen tutore authore. l. de pupillo.Item competit procuratori satisdãti, eam rem dominum ratam habiturum. l. de pupillo.§.qui procuratorio nomine. & l.cùm procurator. Item competit singulis ex pluribus dominis, quibus opus nocet.d.l.de pupillo.§.si plurium dominorum. Item omnibus ciuibus, si in loco publico opus fiat.l.in prouinciali.§.vlt.Itẽ hæredibus, & cæteris successoribus. l. prætor. §. hoc interdictum.Summatim competit omnibus quorum interest, & etiam illis quorum non interest, dũmodò adserant sua interesse. l.1,in prin. illo tit.

Contra ædificantem in loco nostro vel suo. l.de pupillo. §. meminisse, Vel in loco facto aut

ædi-

ædificato. l. prætor. §. 2. Siue in proximo, siue remotiori. l. non solùm. Item contra immittentem in ædes nostras. l. de pupillo. §. sed si in ædes nostras. Item cõtra ratum habentem opus factum. l. prætor ait. §. hoc interdictũ. Post nunciationem factam, nedum remissam, in re præsenti, hoc est, in ipso opere, & re ipsa, præsentibus quibuscunque in opere existentibus nomine domini vel operis. l. de pupillo. §. 1. Item contra vicinum ædificantem post nunciationem, siue iure, siue iniuria ædificauerit, siue etiam detraxerit ædificium aut pristino operi. l. prætor. §. 1. & 3. & l. 1. §. 1. & §. sed etsi is cui. & §. opus. Inde competit cõtra tutorem, curatorem, vel procuratorem. l. etsi satisdationem. Item contra furiosum, vel infantem, si intelligenti nunciatum sit. l. operis noui nunciatio. Item cõtra vnum ex pluribus dominis operis noui, ędificantem post operis nunciationem. l. de pupillo. §. si plurium. Item contra omnes dominos communium ædium, ex quorum voluntate opus factum est. l. ædibus. Item contra hæredes, quatenus ad eos peruenit, vel si quid dolo malo factum sit, quo minùs perueniret, vt patientiam destruendi operis præstent. l. prætor ait. §. hoc interdictum. & l. penult. ff. eo. Item datur contra singularem successorem, quia nunciatio noui op. non personæ, sed rei fit. l. fin. §. 1. illo tit. & l. de pupillo. §. si plurium res sit.

Datur ad destruendum ædificatum post nunciationem ante remissam nunciationem. l. prætor ait. Ad destruendum expensis ædificantis. l. penult. §. fin. & ibi glos. ff. eod. Etiam ad destruendum id, quod retrò ædificatum est, quando non potuit nunciare, quia non habuit copiam

præ-

prætoris.l.de pupillo. §. si quis. Et datur ad destruendum expensis ædificantis, si scienter fecit contra nunciationem, vel consensit vt fieret. Si verò neque fecit, neque consensit, tenetur ad patientiam.l.ædibus. illo tit.& l.competit. §.fin.ff. quod vi aut clam.

Et datur ad interesse, hoc est, si res boni viri arbitratu non restituatur, quanti ea res erit, tantam pecuniam dabit ædificans.l.stipulatio. §.siue autem res stipuletur.ff.illo tit.

ACTIO IN FACTVM, VT liceat ædificare ei, cui facta est nunciatio noui operis.

SI satisdederit, vel satisdare paratus sit, competit ei, cui facta est nunciatio noui operis, qui antequàm pergeret ædificando, vel satisdedit de opere demoliendo, casu quo apparebit, eum iniustè ædificasse, vel remisit in publico. l. non solùm.§.si cùm possem.& l.prætor. §. interdictum hoc. & §.deinde.ff.eodem. Item competit ei, per quem non fit, quo minus boni viri arbitratu satisdetur, repromittatúrue. l. de pupillo. §.is cui. & l. prætor. §. si quis paratus. Item competit illi, cui est facta remissio nunciationis, tacitè vel expressè. l. non solùm. §.sciendum est. Et l. prætor. §. deinde. Item competit pluribus ædificantibus in solidum, quia destructio operis est indiuidua, licèt interesse sit diuiduum. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obliga.

Item

Item competit hæredibus, cæterisq; successoribus. l. prætor ait. §. hoc interdictum.

Et contra nunciantem, impedietem eum qui ædificat, qui satisdedit, vel cui remissa est satisdatio. Etenim pertinet ad decus vrbium, ædificia non derelinqui. d. §. hoc interdictum. Et l. stipulatio. §. 1. Et competit contra plures nunciantes singulos in solidum. l. stipulatio. §. vltimo. Quod si discordant in demolitione, repetendo interesse illi, qui ex hac satisdatione agunt, iudex ad inuicem debet concordare. l. quoties. in princip. ff. de vsufruct. & l. huiusmodi. §. fin. ff. de legat. 1. Et competit quatenus ad hæredes peruenit. Postremò conuenit ad patiendum ædificare volentem perpetuò, cùm datur ad patientiam tantùm, quia tum non est pœnalis. Si autem detur ad præstandum interesse, tunc cessat post annum à tẽpore inquietationis. l. prætor ait. §. hoc interdictum. Nam tunc est pœnalis.

Vltima mora semper nocet, vt si nunciator satisdationem primò repudiasset. l. prætor ait. §. hoc autem interdictum. ff. eod. Deinde verò mutato animo eandem repetijsset, si tum nunciatus in mora fuerit, damnum sentiet.

EX STIPVLATIONE INterposita de opere demoliendo, in causa denunciationis noui operis, Actio.

COmpetit stipulatori, hoc est, nunciatori, dicenti ius sibi esse prohibere vicinum opus nouũ inuito se facere; & insuper stipulanti

ſanti vt caueatur de opere demoliendo, ſi adparuerit, id eſt, ſi iudicatum fuerit iniuſtè ædificatum. l. ſtipulatio. ff. de no. oper. nunc. & l. 1. §. 1. de prætor. ſtipul. Item competit domino ex ſtipulatione procuratoris cauſa cognita, etiam ſine ceſſione. l. in omnibus. ff. de prætor. ſtip. Et nunc quęritur hic domino actio præcisè ex facto procuratoris, ſed magis ex delicto aduerſarij ædificantis poſt nunciationem. ff. quod vi aut clam. l. 3. in princ. Et competit pluribus dominis nunciantibus, vt tantum præſtetur, quanti vniuſcuiuſque interſit, ſi hoc maluerint. l. ſtipulatio. §. fin. ff. illo titulo. Contra ſatiſdantem de opere moliendo condemnatum tandem, quòd iniuſtè ædificauerit. dicta l. ſtipulatio. Item competit contra confeſſum præſente nunciante, vel altero eius nomine recipiente, quod iniuſtè ædificauerat: quia in confeſſum ceſſat partes in iudicando, ſed ſunt tantùm in exequendo. l. proinde. ff. ad leg. Aquil. Et competit contra fideiuſſores vno iudicio. Paul. de Caſt. in d. l. ſtipulatio. §. habet autem. Item competit contra hæredes in ſolidum, ſi nunciatus præſtitit ſatiſdationem, quia obligatio ex contractu tranſit ad hæredes in ſolidum. ff. de. priuat. del. l. 1. & l. prætorię ſtipulationes. ff. de prætor. ſtipu. Datur vt deſtruatur ædificatum iniquè id quod iudicatum fuerit, aut ſteterit per promittentem, quo minus iudicetur. l. ſtipulatio. in glo. 2. & in §. habet autē. Ad intereſſe per ſententiam declarandum, quanti intereſt non eſſe ædificatū, ſi malit actor. Nam poteſt præcisè ad deſtructionem operis agere. l. ex operis. & ibi glo. de no. op. nunc. & l. ſtipulatio. §. ſiue autem. Quia in obligatione legali contracta, ad factum præcisè poteſt agi: idem conuen-

ad factum præcisè poteſt agi: idem in conuentionali, quæ ſuccedit loco legalis. Idem ſi oritur ex vltima voluntatum. Paul.de Caſtr. in d.§.ſiue autem. Et continet hoc intereſſe veram æſtimationem rei.d.l.ſtipulatio.§.vlt. Commodius tamen eſt in ſtipulationibus, quanti res eſt certã ſummam comprædendere, quia plerunque difficilis probatio eſt, quanti cuiuſcunq; interfuit. l.vlt.ff.de prætor.ſtipul.

In omni libello eſt cauſa nunciationis inferenda.

IN FACTVM DE LIBERO homine exhibendo, Actio.

Præiudicialia prætoria ſunt, quæ ante omnes alias cauſas ſunt excutienda, vt cùm de ſtatu hominis dubitatur. Hoc igitur interdictum competit pro perſonis vendicandis: & eſt popularis, quòd omnibus competat.

COmpetit omnibus: nemo enim prohibendus eſt libertati fauere, niſi colludat, vel calumnietur.ff.de lib.ho.exhib.l.3.§.hoc interdictum. Item competit mulieri & pupillo, pro cognato, parente, vel affine ſollicitato. Nam pub.iudicio reos facere poſſunt, dum ſuas ſuorum iudicia iniurias exequuntur. d.l.3.§.ſed ſi mulier. Item competit illi, cuius maximè intereſt, ex coniunctione, fide, vel dignitate.l.3.§.ſi tamen plures. Et competit contra retinentem liberum hominem, ſiue filiumfamil. vel emancipat. maſculum vel fœminam, puberem ſiue impube

rem: Modò retineat dolo malo, ff. de liber. hom. exhiben. l. 1. Etiam ignorantem suum statum retineat. d. tit. l. vlt. Et competit contra absentem, etiamsi non defendatur, vt in bona illius eatur. d. tit. l. 3 §. vlt. Et competit ad exhibendum hominem liberum statim. ff. eod. l. vlt. Et competit ad sufferendam litis æstimationem. d. l. §. penult.

ff. ad leg. Aquil. dicitur, libertatem rem esse inæstimabilem, igitur, &c. Verum est, hic tamen statuuntur pro libero homine 50. aurei, & id iudicio boni viri arbitratu permittendum est. Lex Plagiaria concurrit cum hoc tit. de lib. hom. exhib. Itidem lex Fannia, & vtraque actione quis experiri poterit.

Libellum instituit Speculator in tit. de conuersione infidelium seu coniugatorum, in 2. parte. Qui suscipit debitorem latitantem, hoc interdict. conueniri non potest. Rationem huius reddit Bart. in l. fin. de liber. exhib.

Creditor in corpus debitoris nullum habet reale ius. l. 1. de rei vendic. Quia si debitor bonis suis cedat, liberabitur. Instit. de actio. §. vlt.

Remedia pro personis vendicandis sunt quatuor. 1. Rei vendicatio, adiecta causa, Quiritum iure. l. 1. ff. de rei vendica. Ibidem gloss. per Iasonem, & Angel. in Instit. de actio. §. præiudiciales, &c. Sic vendico filium meum, qui in mea est potestate, si mihi obedire nolit. 2. Si filius neget, se esse in patris potestate, hocq; comprobet, nihilominus in eius erit potestate, atque hoc actione præiudiciali. 3. Remed. Si filius contra meam potestatem inuitus detineatur, vt exhibeatur, competat interdict. de liber. exhiben. Bald. si inuitus in monasterio filius esset, ageret pater

contra

constra monast. Et exhiberetur filius patri, sed non deduceretur. 4. Si exhibeatur, aget vt quoque deducatur.

IN FACTVM DE LIBEris exhibendis, Actio.

COmpetit ei, qui habet filium in potestate, dicenti se patremfamiliâs. ff. de liber. exhib. l.1. §.1. & l.fi.eo.tit. Item datur marito, vtiliter saltem, cuius vxorem socer retinet. ff. eo. l.2. C. de lib. exhib. l. vlt. Etiamsi extraneus retineat volentem etiam, quia præsumitur, seducta, solicitata, persuasa. Argumen. l.1. C. de rap. virg. Item competit domino de adscriptitio vel vasallo. Item Abbati de Monacho. Item tutori de pupillo, quia tutor habet ius in pupillum. l. 1. ff. de tutor. Et competit omnibus, qui habent alios obligatos ad munera: Bal. in c. generali. si de feudo fuerit controuersia. Contra eum, qui dolo malo detinet eum, eámue qui in potestate alterius est, vel dolo malo fecit, quo minus apud eũ esset. ff. de lib. exhib. l.1. Item contra negantem alterum esse patrem filij. l. vlt. ff. de lib. exhib. Item contra patrem vxoris, qui eam habet in potestate. d. l. 2. ff. eo. Quia quoad corpus, maiorem habet potestatem maritus quàm pater in vxorem, ratione operarum, quia debet operari viro, & non patri, ex quo nupta est: & id quod acquirit constante matrimonio, acquirit viro, saltem ex operis domesticis. Bald. in l. vlt. C. de libe. exhib. Et idem in l. si vxorẽ. C. de condit. inser. Et competit ad exhibendum eum, eámue, qui in potestate alterius est. ff. ad exhibend. l. 1. §. in hoc interdicto. Idem, ad exhibendam proprietatem & possessionem, Nam totum ius finitur proprie-

tatis & possessionis. ff.de interdict. l.perit. §.iuris tuendi, & Bart.in l.naturale.in fin.ff.de acquirend.possess. Item datur ad exhibendam & deducendam vxorem, quam maritus habuit in possessione iuris coniugalis, non malitiosè. ff. de liberis exhib. l.2. Innocen.in c.ex parte.de restitut.spoliat.

IN FACTVM ACTIO, de Liberis deducendis.

COmpetit ei, qui in potestate filium habet, quem ducere vult.ff.de libe.exhiben.l.deinde. & C.de liber.exhibend.l.1.& 2. Item competit procuratori, cui nominatim mandatum est, & pater valetudine vel alia iusta causa impeditur. ff. de procurat. l. Pomponius. Contra detinentem filium, eumq; defendentem. d.l. deinde.§.hoc autem interdictum.& l.penult. ff. eod. Item competit contra filium suijpsius controuersiam facientem, ob hæreditatem, quam non vult patri acquirere. C.de liber.exhib.l.1. Vt ducere quis possit eos, in quos ius ductionis habet. d.l.deinde. §.hoc autem interdictum. Item ad hæreditatem, quam iussu patris filius adijt. ff.de liber.exhib.l.penult.

ACTIO IN FACTVM, de Tabulis exhibendis.

COmpetit hæredi ad totum testamentum exhibendum legatario vel fideicommissario, pro illa parte testamenti, quę per se facit.ff.de edend.l.si quis ex argentarijs.§.1.Et competit omnibus, qui in testaméto quid adscriptũ

habent.ff.de tabul.exhibend. l.3. §.hoc interdictum. Item competit substituto pupillariter, quando impuberes intra pubertatem decesserunt. C.de tabul.exhibend.l.1. Et datur hæredibus, cæterisq; successoribus illorum. d.l.3.§.vlti. Secundò datur aduersus confitentem penes se esse testamentum post mortem testatoris : vel qui fecit dolo malo, quo minus apud se sit.ff.de tab. exhibend.l.1. Nolentem tamen exhibere seu reddere, Item datur contra tradentem tabulas alteri, ne eas interdicenti exhiberet.ff.de tabul.exhibend. l.3.§.si quis dolo malo. Item contra depositarium, & deponentem tabulas testamenti, & custodientem.ff.de tabul.exhiben. l.3. §.1. Et datur contra sequestrum, vt domino denunciet, dato sibi termino iuxta Authenticã, qua in prouincia. C.vbi de crimine agi oportet. Item contra dominum, si penes seruos tabulæ fuerint. l.3. §.2.Item contra tutorem, cuius dolo malo tabulæ desierunt esse apud pupillum.l.penult. Et datur contra Notarium nolentem exhibere vltimæ voluntatis instrumentum.l.fin. ff.de tab.exhibend. Datur ad exhibendum apud prætorem testamentum etiam irritum, falsum, ruptum vel nullum, deletum, cancellatum, vel incisum, signatum tamen.ff.de tabul.exhiben. l.1. §. siue autem. & §.fin. & l.3.§.hoc interdictum. Etiam datur ad scripturam aliam pertinentem ad causam testamenti, etiamsi plures sint. d.titul. l.1.§.proinde. Et datur ad æstimationem interesse hæredis, fideicommissarij, vel legatarij etiam conditionalis. ff. de tabul. exhibend. l. 3. §. condemnatio.

EX EDICTO, QVEMadmodum testamenta aperiantur.

COmpetit officiũ iudicis omnibus quicunque desiderant, non calumniandi animo tabulas testamenti inspicere, vel etiam describere, suo vel alieno nomine prætendentib. Probabile interesse ex testamento proprietatis vel vtilitatis. ff. quemadmodum testam. aper. inspic. & describ. l. 1. Item competit vniuersis, quibus quid in instrumentis tabulis testamenti est adscriptum. d. tit. l. 2. Contra confitentem apud se tabulas esse, sed non patientem inspici & describi, quia dubitat an testator viuat, vel desiderantis intersit. d. l. 2. §. vlt. Item datur cõtra Notarium habentem penes se testamentum nuncupatiuum, quod edere debet cum die & consule, ad exemplum rationum, mandatũ domini confectarum. ff. de edend. l. prætor. Paul. de Castr. in l. 1. C. quemad. test. aper. Vt prætor faciat potestatem inspiciendi, describendiq; tabulas testamenti, siue iure perfecti, siue imperfecti. ff. eod. tit. l. 1. Competit ad aperiendam quamcunque scripturam ad testamentum factam, quæ continet supremam voluntatem, redactam in scripta, siue vna siue plures sint scripturæ. ff. quemad. testa. aper. l. 2. §. testamentum. Siue sint Codicilli, vel secundæ tabulę. d. tit. l. sicut Codicilli. Ad aperiendam coram signatoribus, & sua sigilla recognoscentibus, vel maiori parte interueniente. d. tit. l. cùm ab initio. Testibus absentibus potest aperiri coram viris optimæ opinionis. d. titul. l. sed si quis. C. eod. l. 2. Nam illud omninò requiritur. Vt habet Bart. in l. sed si quis, periculosum est, &c. Aperiri

firi autem possunt illis absentibus, sed viris optimæ fidei præsentibus.

ACTIO IN FACTVM, ex edicto de edendo.

DAtur omnibus postulantibus & iurantib. non, calumniæ causa petere rationes, quę ad se pertinent, vel quia ipsi contraxerũt, vel successerunt ei qui contraxit. Vel contraxit ille qui in potestate eorum est. l. quędã. in fi. ff. de eden. Item competit contrahenti cum argẽtario iuranti, non calumniæ causa postulari edi sibi. ff. eo. l. si quis ex argentarijs. §. exigitur. Item datur ipsi argẽtario, siue qui iterum postulauerit, causa cognita, si naufragio, ruina, incendio, vel alia simili causa rationes perdidit, aut in longinquo habuit. d. l. si quis ex argẽtarijs. §. vlt. Item datur delatori deferenti, agẽti nomine fisci. ff. de eden. l. 3. Item datur procuratori pro edenda ratione, quam cum domino habet. d. l. si quis cum argen. §. ex hoc edicto. Præterea actio in factum ex edicto de edendo, competit debitori, à quo petitur pecunia, etiam nomine publico vel priuato, ad defensionem suam fundandam. l. iustum est. & l. non est nouum. C. de eden. Et competit deponenti pecuniam, vt probet depositum. C. eod. l. 1. Et competit parti cuius interest acta sibi exhiberi. C. eo. l. 2. Et competit legatarijs desiderãtibus rationes defuncti, & facultatem describendi omnium instrumentorum hæreditariorũ, & pupillarium rationum. ff. ad leg. Falcid. l. vlt. §. pen.

Primò, petitur editio rationũ ab homine munus publicum gerente. Secundò, Reus actori dabit, si expresse vel tacitè reus actori mandauit scribi. C. l. 1. dd. Tertiò, Vsurarius actori cogetur edere rationem, in Clement. cæterùm, de vsur.

Quartò, procuratori fisci reus edere cogetur, quod fit fauore fisci in causa pecuniaria. Item quintò, fit in causis fauorabilibus. Sextò, emptor habens causam à venditore. Quicunque ergò obligationis causam inter se habent, vtrinq; editionum quasi ambobus communium petere possunt. Septimò, Actor à reo ad replicandum, non vt principaliter Actionem suam formet, petet editionem. Octauò, toties reus actori editionem rationum exhibebit, quoties iudici visum fuerit. Vide Alciat. in l.1. C.eden. Competit aduersus campsores & mercatores non suspectos, receptos publica authoritate. Doctores & glos. in §.numularios.in l.quædam ff.de edend. Nam regulariter competit aduersus Nummularios, rationes conficientes super acceptis & erogatis. l.quædam. in d.§.nummularios. Sed ex identitate rationis competit hodie contra Notarios & Tabelliones, vt edant instrumenta illi, cuius vtilitatem contractus concernit. Bart. in l.qui instrumenta. C.de fideiuss. Vel illi qui rogauit Notarium. Innocen. in c.1. de fideiuss. Item competit contra exercitores argentariæ mensæ, pro rationibus singulorum confectis. ff.eod. l.4. Item contra plures tutores pro pupillo argentariam exercentes. l.si quis ex argentarijs. §. nam etsi plures. ff.eod. Et competit contra debitorem fisci pro instrumentis debiti, etiam ad intentionem eius principaliter fundandam. ff.de eden. l. 3. Et contra patrem, cuius filiusfamiliâs argentariam exercent, eo sciente, cui & questum retulit. d. tit. l.prætor ait. Item contra dominum, cuius seruus ipsius voluntate, vtilitate, & potestate argentariam fecit, Sed si seruus peculiarem faciat argentariã, dominus de peculio, vel de in rẽ verso te-

ſo tenetur. Item datur contra argentarios. Nec intereſt, an cum alio controuerſia ſit. l. argentarius. in d. tit. Item competit contra fiſcum, habentem inſtrumenta communia ſibi & priuato, tam vt exemplentur, quàm etiam vt ex eis, cùm neceſsitas exegerit, probetur. C. eod. l. procurator. Et competit contra procuratorem fiſci, vt rationibus publicis exhibitis, conſtet quantum debitor fiſci exoluerit. C. eod. l. iuſtum eſt. Item contra creditorem pro ratione debiti, vt fides conſtare poſſit. C. eo. l. non eſt nouum. Item contra hæredes & ſucceſſores, habentes rationes, vt omnes edant, aut vnius editioni ſubſcribant: & ſi vnus ex pluribus hæredibus ſolus habeat, tenetur in ſolidum edere, non pro parte hæreditaria, quia editio eſt in rem ſcripta. Ideò afficit ſolum poſſeſſorem. l. 2. C. de hæred. act. & l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. & l. quædam. §. 1. & l. vlt. ff. eo.

Datur ad intereſſe, quanti interfuit rationem non editam cùm decerneretur à prætore. l. vbi. ff. eod. & l. ſi quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. Quod intereſſe probatur alijs inſtrumentis vel teſtibus. l. argentarius, in fin. Et datur ad dolum & culpam, dolo proximam. d. l. vbi. Item datur pro eo, quanti intereſt. Siue Actiones non ſint editæ. ff. de eden. l. in princip. & C. eod. l. edita. Siue exempla inſtrumentorum non ſint edita. d. titul. l. exempla. & Authentica, ſi quis in aliquo. C. eo. Siue rationes non ſint editæ. l. argentarius. §. edi. & l. 1. §. rationes. & l. 1. C. eo. Siue acta publica tam ciuilia, quàm criminalia, non ſint edita. C. eod. l. 2. Bart. in l. 1. §. editiones. ff. eod. In ſumma, Datur pro eo quanti intereſt, non eſſe edita ſingula, quæ quis apud iudicem editurus fuiſſet, ff. de eden. l. 1. §. vlt.

Instrumenta non semper cum inscriptione edenda sunt, nisi ad probandum aliquid edãtur. Alioqui parti aduersæ dantur permissu iudicis, vt deliberet an desistere velit, nec ne: sed ad probationem eduntur cum die & consule, id est, plenè.

Libellum huius tit. formar Speculator in tit. de instrument. editione. Interrogatoria non eduntur aduersario. Docto. in l. i. §. edenda. ff. eodem.

Actor instrumenta sua Reo edere cogitur, sed reus actori non item, nisi reus explicarit. Nam tunc actoris vice fungitur. Mulieribus rudibus legum, & rusticis, si instrumenta sua non ediderint, subuenitur, per l. 1. §. vlt. de eden.

QVO IVRE EDITIO PEtatur, ex subiectis apparet.

NAM si instrumentum meum est, tum vendico illud iure dominij, & actione ad exhibendum. l. 3. §. penult. ff. ad exhib. Si verò commune est cum alijs, tunc vendico actione familiæ hercisc. Vel vt deponantur apud digniorem. l. procurator. C. de edend. Si verò mea interest edi vel exhiberi ex vltima voluntate, tunc si peto vt legatarius testamentũ videre, quod hæres non vult edere, tunc competit actio ex edicto, quemad. test. aper. ff. eod. tit. l. 2. §. vlt. Aut hæres negat se habere, tunc locum habet tit. de tab. exhib. l. 1. ff. de tab. exhib.

Aut interest ex actu inter viuos ex natura præcedentis contractus vtilis vel generalis, cuius

occasione quis tenetur conficere librum rationum, vt in societate vel tutela, vel negocijs gestis.l.quædam.ff.eo.l.1.§.officio.ff.de tutel.& ratio.distrahen. Aut interest ex actu inter viuos, ex contractu particulari, cuius natura non debet fieri liber rationum, vt in deposito: officium enim depositarij est custodire, non conficere. Sed quandoque conficit quis instrumentum ex officio publico, quia Notarius tenetur edere ex officio nobili iudicis.l.argentarius.ff.eod.Quia verba edicti ad iudicem referuntur. Inquit enim prætor: Causa cognita edi iubebo. l. si quis ex argentarijs. §.prætor ait.ff.eo. Idq́ officium non merè in personam, sed quantum ad singularem successorem, instar cuiusdam rei vendicationis inductum est, quia ratio edicti est, quoniã quod mei causa confectum est, meum quodammodo instrumentum censetur.l.prætor.ff.eod. Alioqui in personam tantùm competere, dicendum esset.Bartol.in l.si tertias. §.si quis. ff.de aqua plu. arcen. Quòd si non necessitate officij publici petitur instrumentum, sed incidenter post inchoatum iudicium, tunc debet fieri editio officio iudicis mercenario, putà editio actorum petitur officio iudicis.l.2.C.eo. Quia verba diriguntur ad iudicem, cùm acta fiunt ad Bancum ipsius iudicis, magis spectat ad eius officium facere, vt exhibeantur: quàm alia instrumenta, quæ seorsum fiant. Iason in l.1.in fine.C.eod. Item officio iudicis mercenario incidenter edi petuntur instrumenta, quibus litigator se vsurum affirmauit.l.1.§.edenda.ff.de edend.Idem si editio causa replicationis postuletur.l.fi.C.eo.Quia quęcunque iudicio incepto fiũt, officio iudicis mercenario expediri solent, l. ædiles, §. item sciendum.
ff.de

ff.de edil.edic.l.4. ff.depos. Item si actor cogitur edere pro exceptione rei fulcienda. l. non est nouum.C.de eden. Item si mandauit depositario, vt depositũ rationibus suis commendaret, tunc pro illis edendis agitur officio iudicis subseruiente actioni depositi.l.1.§.si te rogauero.ff.depo. Quia mandatum non est principaliter, sed in sequalem depositi. Et ideò ex hoc edicto non datur Actio in factum, quæ verba non referuntur ad eum, cui actus explicandus est. Neque præceptiua sunt, quia specialiter enunciatur, quid debeant argentarij facere. vnde solo officio iudicis compelluntur. Quod si post iussum nõ fecerint, tunc dubium non est in factum agi, quatenus parentis interest.l.si quis argentarijs. §. ex hoc edicto.ff.de edend. & glo. & Doctor. in l.1. §.editiones.ff.eo. Qui enim solo iudicis officio tenetur, antè non est in mora, quàm in iudicio sit interpellatus, iussusq; deinde vt edat, & ideò lex, metu iudicis, inquit edendum est.l.quædam.ff.eod, & l.vbi.

Differentia inter hæreditatis petitionem, & interdictum, Quorum bonorum, est: Quia illa conuenit hæredi ciuili: sed hoc competit hæredi de iure prætorio. Illa datur de iure ciuili, sed vtilis de iure prætorio. Item illa est bon.fid. hoc stricti iuris Differunt quoque ratione proponendi sententiam. Nam petitio hæredit.datur quoad hæredit.adiudicandam, sed quorum bonorũ est possessorium. Nam petit quis sibi bona omnia restitui. Item in modo pronunciandi differunt, quia in petit.hæredit.solenni modo proceditur: sed in interdict.quo.bonorum, nudè proceditur, planè & summatim; nam dilationes amputantur, vt superuacuæ. Item ad effectum

diffe-

differunt, nam in petit. hære. veniunt omnes res corporales & incorporales. Non autem in interdict. quor. bonor. Vbi non nisi corpor. veniunt. l. item veni. § fin. ff. de pet. hæred. Summa, differentiam inter hæc vide. C. quorum bono. in Rubrica. & Bart. in l. 1. C. eod. & ante eum Cynus.

IN FACTVM, QVORVM bonorum, Actio.

COmpetit ei, qui agnouit bonorum possess. de iure prętorio ex testamento, vel intestato. Bart. in l. 1. C. de edict. D. Adr. tollen. per quam acquisitionem licet acquisierit dominiũ. l. 1. ff. de bon. poss. non tamen. l. eum hęredes. ff. de acquirend. posses. l. 1. ff. quor. bonor. Instit. de interdict. §. adipiscendæ. Putà pater filio præterito, admisso ad bonorum possess. pro hæreditate patris. C. eod. l. 1. Item datur fratri patrueli pro bonis sororis patruelis. C. eo. l. 2. Item datur consanguineis vxoris pro bonis prędefũctę vxoris. C. eod. l. vlt. Item datur hæredibus. l. in honorarijs. ff. de actionib. Contra possidentem pro hærede, id est, contra putantes se hæredes, vel contra possidentes pro possessore, id est, qui nullo iure rem hæreditariam possidet, quia scit eam ad se non pertinere. d. §. adipiscendæ. & C. eod. l. 2. Item datur contra hæredes, vt in possessores. ff. eod. l. 2. Et datur pro adipiscenda possessione bonorum hæreditariorum. d. l. 1. & d. §. adipiscendæ. Hoc est, ad possidenda ea bona, quæ defunctus tempore mortis suæ possidebat. Et quæ in bonis defuncti erant. ff. de petit. hæred. l. & nõ tantum. §. quod si pro emptore. & l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom.

Except. Non esse solenniter bonorum possess. aditam coram iudice, scilicet non esse declaratã voluntatem, quia prius admitti quis debet ad possess. deinde verò petere bon. poss. Item non esse illum filium, cognatum, quia non probauerit suam cognationem. l. 1. C. eod. Item possessorib. iuris non competere hoc interdictum, quia ad res tantùm corporales pertinet. Item per l. hæreditatis. C. de petit. hæred. excipitur præscriptionem inijsse. per l. vl. C. eo. excipitur, qui in promptu se dominium probaturum offert, quę actio vertitur in rei vendic. l. si de vi. C. de iudicijs. Itẽ dolo facis, quia petis quod restituturus es. Bart. in l. vinca. C. quorum legat. Et habet ibi Bartol. quando hæc regula in interdictis adipi. possess. locum habeat, quæ certè interdictis recuperan. possess. locum non habet. l. si quis à se fundum. C. de leg. Iul. & per l. vlt. C. quorum legat. Item excipitur titulo vero possideri, per l. cogi. C. de petit. hæred. Interdictum hoc, quor. bon. detur ab edicto D. Hadr. toll. quia hoc generalius est, quia datur ei, qui se hæredem præ se fert, etiamsi sint bona vacantia, sed illud datur contra eum, qui confirmatur bona possidere.

Sequens interdictum est, quorum legat. Quod est contra violentos fideicommissarios & legatarios. Ab edicto D. Marci differt in hoc, quòd illud contra occupantem vi legata seu fideicommissa vi competit: hoc verò contra occupantem temerè.

IN FACTVM, QVORVM legatorum, Actio.

COmpetit hæredi volenti vti Falcidia, aut bonorum possessoribus, cęterisq́ successoribus. ff. quorum legat. l. 1. §. interdictum; Et competit scripto hæredi satisdanti legatorũ nomine, de dandis relictis seu legatis, si dari poterunt, detracta Falcidia seu Trebellianica. C. eo; l. 1. & ff. eo. l. 1. §. quęsitum est. Ita vt legatario ipso iure acquisita sit idonea cautio, vel per mandati actionem acquiri possit. d. l. 1. §. vltimo. Vel si per bonorum possessorẽ non stat, vt satisdetur tempore interdicti. ff. eod. l. 2. Item datur successori vniuersali & singulari. d. l. 1. §. illud tenendum est. Quia quales sunt actiones in transmittente, tales sunt in suscipiente persona. Bald. in l. 1. C. eodem.

Datur contra occupantem hæreditatem vacantem, ante aditam hęreditatem, & ante apprehensam possessionem, contra voluntatem hæredis, propria authoritate, legata vel fideicommissa. ff. eod. l. 1. §. 1. Hoc est, possidentes pro legato. d. l. 1. §. qui autem. Vel possidentes ex causa præceptionis. l. 1. §. si quis ex mortis causa, & desinentem dolo malo possidere, id est, desinentem habere facultatem restituendi. l. 1. §. quod ait prætor. Item datur in hæredem, cæterosq́ successores. l. 1. §. legatorum nomine. Quia interdicta licèt sint personalia, in rem tamen sunt scripta. ff. de interdict. l. 1. §. pen. Ideò transeunt contra quemlibet successorem, qui rei peruentione obligatur. ff. de aqua plu. arc. l. emptor. & l. post venditionem. Exceptio est in l. 1. §. si quis ex mortis causa. ff. item ex hæredis voluntate se possidere. per l. 1. §. quod ait prætor. ff. eo. & per l. 1. §. si duæ res. eod. tit. Quia hæredis consensus post aditam hæreditatem edictum hoc impedit.

Sub-

Subijcitur de interdictis precario, de quo vide glos.in l.1.§.simile. Commodatum datur ad certum vsum,& tempus. Quòd si autem tempus reuocatum fuerit, datur contraria commodati actio: sed precarium non sic datur. Sed qui habet precarium, de dolo & versutia tenetur,& lata culpa, quæ dolo proxima est. Precarium in immobilibus locũ habet, commodatum in mobilibus. Item precariæ renouantur de lustro in lustrum, vt c.1.de precar. Precarium verò est contractus, quo ex mera liberalitate quid cui vtendum datur, tamdiu quamdiu placuerit qui precario dedit. Pactum quod contra substantiam contractus sit, est nullum. Hinc per pactum nemo sibi liberam testandi potestatem ademtre potest, per l.si quis.de legat.3.

IN FACTVM DE PRECARIO, Actio.

COmpetit illi, qui precario concessit alicui aliquem rem vtendam & fruendam, qui volenti sibi non vult eam restituere. ff. de precar. l.2. Et competit etiam non domino, sed habenti interdictum, vti possidetis.d.tit.l.sed etsi eam rem.eod.tit. Item competit creditori contra debitorem precantem possessionem pignoris.ff.eod. l.certè,§.vlt. Item competit venditori ad consequendum venditum hoc pacto. Vt donec precium solueretur, precarium esset penes emptorem.d.tit.l.ea quæ. Item competit illi in quem res est translata. l.quæsitum est. §.illud tamen videamus.ff.eod. Item competit hæredibus, cæterisq; successoribus.l.quæsitum.§.quod à Titio. Quia precario rogatio ad hæredem eius

qui

qui precario concessit, transit.l.cùm precario.§. vlt.Datur contra illum,qui precario ab alio habet, vel dolo malo fecit, quo minus haberet. ff. de precario. l. 2. & l. 4. & l. quæsitum est. §.eum quoque.Item contra dominum datur,cuius seruus, vel filiusfam. precario rogauit.l.4.& l.si seruus. Item datur contra dominum,cuius procurator, domino mandante, vel ratum habente, precarium rogauit.d.tit.l.certè.Item datur contra pupillum, etiam sine tutoris autoritate precario rogantem. ff.eod. l.vlt. Item datur contra hæredem eius qui precario rogauit ex dolo proprio in solidum, ex dolo defuncti, eatenus quatenus ad eum peruenit.l.quæsitum est. §.penult. & l.2.C.de precar.

Aduersus reuocandam possessionem naturalem vel corporis,vel iuris, quãdo alius per preces est adeptus.ff.de preca.l.2.& l.& habet.§.precario. Item datur ad dolũ & culpam,dolo proximam.l.quæsitum est.§.si seruitute. Et datur ad interesse, quantum intersit actoris, ei rem restitui, ex eo tempore, ex quo interdictum editum est. Et datur ad fructus ex die interdicto edito. d.l.quæsitum est.§.ex hoc interdicto.

Iniquum possessorem semper vnum ex tribus vitijs sequitur: vt aut vi,eritq; vitium reale: aut clam,in quo cõmittitur vitium tam reale,quàm personale: aut precario,cui vitio cum persona, tum res implicatur, rem possederit. Iason in l. Pomponius.§.cùm quis adminiculo.ff.de acquiren.posses.

IN FACTVM, DE LOCO publico fruendo.

Publicum hic ſumitur, quoàd proprietatem, nam quoàd vſum, eſt priuatum. Pertinet hoc interdictum ad violentiam turbatiuam, & ad ordinem interdicti, vti poſs. Eſt autem retinendæ poſſeſſionis.

IN factum, De loco publico fruendo, datur cõductori à publico ciuitatis ad tempus modicum, biennium, ſeu triennium. ff. de loco publico fruen. l. 1. Et datur ſocio ſeorſum agenti. d. l. 1. Quia propter violentiam etiam ſocius agit. Item datur hæredibus. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. conductori. Contra prohibentem vti frui conducto loco publico. Et datur ad fruendum loco publico, conductori, ſociòue eius. d. l. 1.

Actio quæ ſequitur, eſt de ſuperficiebus. Superficiarius eſt, qui conduxit ſolum, in quo domum faciat, quæ ſuperficiaria appellatur, cuius proprietas illius eſt, cuius ſolum eſt, Siue ſolum id quis habeat vel legatum, vel donatum, ſiue emptum, & in recognitionem domini penſionẽ aliquam numerat.

IN FACTVM DE SVperfic.

DAtur habenti poſſeſſionem in ſuperficiẽ in ſolo alieno conducto, pro non modico tempore. ff. de ſuperficieb. l. & ſanè. §. 1. putà pro decennio. glo. l. 1. ff. ſi ager vectig. petat. Canoniſt. in c. 1. de rebus eccl. non alie. Contra illũ, qui ſe contendit potiùs poſſidere, & moleſtat alium in poſſeſſione ſuperficiei, qui non eſt dominus ſoli. Ad deſiſtendum à moleſtatione, & vt

actori adiudicetur possessio, & caueatur in futurum, ne amplius molestetur.

Affectiones quæ verum impediunt, sunt quæ verum turbent, cupiditas, odium, fauor vel amor. C. quatuor quæ perturbant. 11. quæst. 3. Donator potest admitti testis, non venditor superficiei. Consocius & legatarius possunt testes produci in superficie. Iam de seruitutibus retinendis dicetur.

Seruitutum aliæ sunt merè personales, quæ personis inter se debentur. Merè reales sunt alię. Quarum aliæ sunt aut vrbanæ, aut affirmatiuæ, vt tignum immittēdi. Et hæ habent continuam seruitutem potentialem, vt tignum immittere: actu intelligitur. Sed stillicidij seruitus continua est ipso actu. Aliæ negatiuæ, vt non immittendi tignum. Et rusticorum prædiorum quædam sunt nominatæ seruitutes, Vt viæ, iter, actus: & discontinuæ dicuntur. Innominatę, vt pecorum appulsus, ius calcis fodiendi, quia non nominantur vno eodemq; nomine. Item seruitutes mixtæ, quædam sunt aut diuiduæ, aut indiuiduæ. Vsus & habitatio indiuidua, Aquæductus verò diuidua.

IN FACTVM DE ITInere, actuque priuato.

Competit illi, qui vsus est seruitute rustica, habente discontinuam causam hoc anno, non minùs quàm 30. diebus in vno anno, vel pluribus etiã mediatè præcedentib. ff. de iti. actuq; pri. l. 1. Nec corrumpitur aut continuatur, quod rectè transactum est, proueniente delicto. l. 2. illo tit. Competit domino, cuius seruus, colo-

nus, amicus, hoſpes, procurator, iter ad fundum fecit. ff. d. tit. l. 1. §. is cui colonus. Quoties enim colonus, vel is cui dominus precario fundũ dedit, via vtitur, dominus ire intelligitur. l. 1. §. quæritur. Datur fructuario, qui per fundum vicini ierit. l. 3. §. idem Iulianus. ff. eod. & l. 2. §. vlt. ff. ſi ſerui. vendice. Et datur donatario, etiam qui alio titulo habet. l. 3. §. hoc interdictum. & §. ſed etſi quis. Contra prohibentem ire, vel agere eum, qui proximo anno trigeſies ſingulis 30. diebus etiam diſcontinuis iuit, vel egit per fundum vicini. d. l. 1. Et datur contra hæredem, vt in quemlibet prohibentem. l. 2. §. vlt. ff. ſi ſerui. vendice. Item hæredi & ſingulari ſucceſſori competit. Ad coërcendum à prohibitione deſiſtere, & ad cauendum, ne amplius pendente iudicio, actor impediatur. Et datur ad intereſſe, quanti eius non intereſſet via prohiberi. ff. eod. l. vnde. §. hoc interdicto.

Actor probabit & ponet, ſe non vi aut clam, aut precario vſum eſſe ſeruitute, idq; probabit per teſtes, qui viderũt eum 30. diebus ſic euntem aut agentẽ. Item ſe feciſſe tales actus, & iter, ſtrauiſſe viam: quos actus citra ſeruitutem ſibi facere non licuiſſet. Probato ſic vſu, præſumitur quaſi bona fides.

IN FACTVM DE ITINERE, actuque priuato reficiendo, Actio.

COmpetit volenti reficere iter, actum, vel viam, docenti tamẽ ſibi eſſe reficiendi, propter ſeruitutem debitam, vel iure impoſitam,

tam, vel diu possessam.ff.de itinere actuq́; priua. l.vnde.§.hoc autem interdicto.ff.si seruit.vendicetur.l.loci corpus.§.si quis. Cauenti tamen aduersario damni infecti.d.tit.§. hoc interdicto.l. 3.& l.apparet.§.vlt.Et competit hæredibus,successoribusq́; cæteris, etiam singularibus. l.apparet. Nec nocet emptori hærediq́;, quòd vitiosè vsus sit,si testator, venditórue rectè vsus sit.d.titul.l. penult. Et competit contra prohibentem reficere iter vel actum, quo quis hoc anno non vi,clam,vel precario ab alio vsus est. Et competit etiam contra prohibentem adportari ea,quę refectioni necessaria sunt.d.tit.l.veteres. Et contra successores vniuersales & singulares, vt in quemlibet prohibentem.d.tit.l.apparet. Ad cogendum prohibentes, vt desistant prohibitione. d.tit.l.3.§.ait prætor.

IN FACTVM ACTIO de Aqua quotidiana.

DAtur ducenti aquam perennem, quotidianam, ad omnem vsum, siue calida, siue frigida: vrbana, siue rustica: spontanea, siue coacta aqua sit, quam ab alio vno anno vtili saltem, etiam vno die, vel vna nocte illius anni, non vi, clam, vel precariò duxit, deinde prohibitus est.ff.de aq.quot.& æst.l.1.in prin.Et datur putanti se iure ducere aquam, etsi iure non ducat.l.1.§.sed etsi. Deinde datur riualibus, qui per eundem riuum aquam ducunt, vtroque contendente suum vsum esse.l.1.§.si inter corriuales. Et datur hæredibus. l.1. §.ait prætor. Et datur adversus eum qui prohibet me aquam ducere, nihilq́; interest, vtrum quis dominũ fundi habue-

poteſt vendicare. l.1. §.competit hoc interdictũ. Et datur hæredi de eo quod ad eum peruenit. l. ſi plures.§.deiectum.ff.de vi & vi arm. Et datur ad prohibẽdum quem, ne quid in fundo faciat, fodiat,ſerat,ſuccidat,putet, ædificet, qua ex re ea aqua, quam ille hoc anno per fundum ſuum ſine vitio duxit, inquinetur, vitietur, corrumpatur,deteriorq́; fiat.l.1.§.Labeo putat. Et datur ad reſtituendum id quod prohibitus per tempus prohibitionis amiſit.l.1.§.præterea illud ſciendum eſt. Et datur ad cauendum, ſe non impediturum aquam ducentem, donec de iure ſuo doceat.d.tit.l.pen.

DE AQVA AESTIVA.

IN factum,de Aqua æſtiua, datur illi,qui duxit aquam æſtiuam priore æſtate,ab alio,nõ vi, clam,vel precariò.l.1.§.deinde ait prętor. ff.de aq.quot.& æſtiu. Etiamſi ſaltem vno die in anno duxerit.Et datur hæredibus,emptoribus, & bonorum poſſeſſoribus.d.l.1. §.ait prætor inter hæredes. Aduerſus prohibentem ducere aquam æſtiuam per fundum illius, ad fundum ducere volentis ipſam, de qua ducenda ius habere prætendebat, tempore æſtatis. d. §. deinde ait prætor. Ad coërcendum impedientem, vt deſiſtat à prohibitione. d. §. deinde ait prætor.

In factum, De aqua ex caſtello ducenda, datur ei, qui ex caſtello, id eſt, ex eo receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit, ducit ex conceſſione Imperatoris, vel Senatus. ff. de aq.quot. & æſti.l.1.§.ait prætor,quo ex caſt.& de fluminibus,l,quo minus.Et datur hæredibus, ſi prædijs

ius

ius ducendæ aquæ sit concessum. d.l.1. §.permittitur. Contra prohibētem vi illum ducere aquā ex castello, cui permissum est ducere aquam per principem, quicunque sit ille prohibens, etiamsi dominium fundi non habeat. d.l.1. §.competit. & §.penult. Ad coercendum illum à prohibitione. l.1. §.ait prætor, quo ex castello.

Actio in factum, De riuis ducendis, reficiendis, vel purgandis, datur prohibito per vim reficere vel purgare æquæ ducendæ causa riuos, specus, septa, fossas, & puteos. Siue in publico, siue priuato. Item pro cuniculo restituendo, per quem vapor trahitur in balnearijs vaporibus, qui non aliter aquam ducit, quàm priori æstate, non vi, non clam, neque precariò duxit. ff. de riuis. l.1. Item competit etiam ei, qui ius aquæ ducendæ non habet, si modò aut priori æstate, aut eodem anno aquam duxerit, quum sufficiat nō vi, non clam, neque precariò duxisse. d.l.1. §.pen. Et competit hæredibus, possessoribus bonorū, & emptoribus. Aduersus prohibentem reficere, purgare, exportare riuum, specus, septa, fossas, puteos. Item contra impedientem verè necessaria refectioni. d.l.1. Et competit contra hæredes, bonorum possessores, & contra emptores, si saltem ex riuo habeatur ius realē. d.titul. l.3. de riuis. §.ijsdem autem personis. & de aq.quot. & æstiu. l.1. §.deinde ait prætor. Ad compescendum, ne alius impediat purgationem, refectionem, vel exportationem riui. d. titul. de riuis, per totum.

Actio ex Interdicto de fonte, competit prohibito vti fonte, vel lacu, vel puteo, vel piscina, quo quis eo anno vsus est, nec vi, nec clam, neq; precariò. Item competit volenti fontē purgare,

uata fiat, immittatúrue, & quod factum eſt, vel immiſſum, tollatur. Competit ædilibus & curatoribus publicarum cloacarum. ff. de cloac. l. i. §. hoc autem. & §. deinde ait prætor. Item competit illis, quorum intereſt. l. 2. §. penult. ff. ne quid in loco public. Et competit aduerſus facientem vel immittentem in cloacam publicam vel priuatam, quo vſus eius deterior ſit vel fiat. d. l. 1. in fin. Et competit ad reſtituendam & remouendũ, quod factum ſiue immiſſum eſt in cloacam publicam vel priuatam. d. l. 1. in fin. Et cogitur ille ſuis ſumptibus remouere, ſi ipſe fecit, vel iuſſu eius alius, vel ratum habuit: àliàs patientiam præſtare debet. ff. ne quid in loco public. l. 2. §. reſtituas.

Actio in factum de arboribus impēdentibus in prædium vrbanum, datur domino, in cuius ædes arbor ex ædibus alienis impendet, volenti adimere eam arborem à ſtipite, quæ ſibi officit. ff. de arbo. cæden. l. 1. §. 1. Item datur vſufructuario ædium, quia ipſius intereſt, arborem non impendere. d. l. 1. §. non ſolum. Datur ſingulis dominis communium ædium, in ſolidum: quia ſinguli ſeruitutum vendicationem habent. d. l. 1. §. præterea. Contra vicinum, ex cuius ædibus arbor in ædes vicini impendet, nolentem eam adimere, & prohibentem etiam vicinum, ne adimat. d. l. 1. Ad patiendum excidere arborem à ſtirpe, & ad tollenda ligna. d. l. 1. §. ſi arbor. Quòd ſi arbor vicini radices agit ſub fundamētis vicinæ domus, per quas periculum affertur domui, tunc competit domino domus, contra dominum arboris, ad ſuccidendas radices, vtilis actio ex edicto, de arboribus cædendis. C. de interdict. l. 1.

Actio in factum, De arboribus agro impendentibus cædendis, datur domino agri, in quem arbor ex vicino agro impendet. volenti arborẽ 15. pedes à terra altiùs coërcere, lignaq; tollere, ne vmbra arboris vicino prædio noceat. ff. de arb. cæden. l. 1. §. deinde aït prætor. Contra illum, ex cuius agro arbor in agrum vicini impendet, nolentem coërcere, & impedientẽ, prohibentemq; etiam vicinum, cui arbor nocet, ne tollat, & coërceat. d. §. deinde ait prętor. Ad coërcendam arborem sic impendentem, 15. pedes altiùs â terra. d. §. deinde ait prætor.

Et contra vicinum, cuius arbor vento inclinata est in prædium vicini, agitur condictione ex l. fin. ff. de arb. cæden.

In factum, De glande legenda, actio, datur domino fructuum, qui deciderunt in agrum vicini, volenti illos fructus colligere. ff. de gland. leg. l. vnica. Plin. lib. 16. cap. 6.. Aduersus vicinum, in cuius agrum fructus deciderunt, prohibentem fructus colligere. Ad auferendos illos fructus tertio quoque die. d. l. vnica.

DE MIGRANDO.

Infrequens est Interdictum, seu Actio hæc, cùm habeamus Actionem ex locato, vel conducto, Sed tamen expedit plures habere Actiones.

ACtio in factum, ex interdict. de Migrando datur inquilino, qui soluta pensione, vel satisfacta, vel parato satisfacere, vult migrare, & secum abducere res in habitationem introductas, ibiq; natas, etsi in bonis conductoris non fuerint, sed fortè commodatæ, locatæ,

vel apud eum depositæ. Ita quòd earum nomine habeat actionem vel retentionem. Et competit etiam conductori, qui gratis habitauit. Item competit successoribus, quia perpetuum. 2. Aduersus locatorem prohibentem huiusmodi res auferre, & successores eius. 3. Ad cogendum dominum domus, vt patiatur inquilinum extrahere res inuectas & illatas.

Iam temporis nonnihil contriuimus in priuatis quibusdam Interdictis explanandis. Restant pauca publica, quæ ipsa quoque non præteribimus. Quibus, pro nostro more, breuiter absolutis, gradum faciemus ad Edicta quædam.

Res sacræ sunt duplices. Quædam immediatè destinatæ ministerio Dei, & illæ non possunt alienari, nisi in tribus casibus tempore famis. Item pro redemptione captiuorum, & in redimendis debitis Ecclesiæ. Hæc omnia in Nouell. Auth. de non alien. reb. eccles. & de emphyte. in ijsdem, & 12. quæst. 2. Aliæ non sunt immediatè desti. &c. Et hæ possunt alienari. Authent. hoc ius porrectum. Et nullæ sunt actiones, quibus res illæ possint vendicari, nisi actiones publicæ, vel publica interdicta. Iam audistis diuisionem rerum, in sacras & diuini iuris, & humanas. Et sunt illæ quoque duplices. Quædam sunt publicæ singulorum: quædam omnium. infrà, de verb. signific. l. bona. & l. eum. d. tit. & l. inter publica. Res certè sacræ non sunt publica, sed quæ sunt, ciuitatum, fisci, vt vectigalia. Adeoq; verum est, quod dicitur: quædam sunt verè publica. Quædam habentur inter publica, vt sunt res Vniuersitatum. Publica verè sunt, quę aptantur ad omnium

nium vſum, vt fluuium. Communia ſunt, quæ deſeruiũt hominibus, & animantibus, vt mare. Eſt igitur latius commune, quàm publicũ. Publicorum autem quædam ſunt deſtinata ad vſum totius populi, quædam ad vſum tantum ciuiũ. Hæc omnia, quæ de publicis dixi, ideò præfatus ſum, quòd iam aliqua dicemus de publicis interdictis. Hactenus enim aliqua de priuatis, què competunt de re familiari.

ACTIO IN FACTVM, Ne quid in loco ſacro fiat.

COmpetit his, quibus mandata eſt cura ędium locorumq́; ſacrorum. ff. ne quid in loc. ſacro fi. l. 1. Item competit epiſcopis, œconomis, & ſacrorum cuſtodibus. C. de ſacroſ. eccleſ. l. ſancimus, primo lo. Item competit rectoribus eccleſiarum, quorum principaliter intereſt. argumen. l. 2. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adulter. Et cuilibet de populo, licet perſequi id quod iniurioſè contra cultum loci ſacri ſit. C. de epiſco. & cler. l. ſi quis in hoc genus. & l. 1. §. hoc interdictũ. ff. ne quid in loco public. Contra facientem, immittentem quid in loco ſacro, deformitatis, vel incommodi cauſa. ff. ne quid in loc. ſac. fi. l. 1. Vel datur contra habitantem muros vel portas ſine permiſſu prætoris. d. tit. l. 3. Vel in muris, itemq́; portis, vel alijs locis ſanctis, aliquid facientem, ex quo damnum vel incommodum irrogetur. d. tit. l. 2. Ad prohibendum, ne quid in lo. ſac. fi. ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. locorum ſacrorum. Et ad reſtituendum quod factum vel immiſſum. ff. de interdict. l. 2. §. 1.

DE SEPVLCHR. AEDIfic. & cæt.

OLIM comburebantur corpora, iam fieret iniuria corpori combusto, quia iudex non debet sæuire in mortuos, Nisi quis sibi consciscceret mortem, hic comburitur, quia notoriè videtur mori in peccato mortali. Nunc verò sepeliuntur. Si qui in loco puro, id est, prophano sepeliuntur, hic locus statim fit religiosus. Est autem magnus fauor sepulturæ. Licèt locus, in quem infertur mortuus sepeliendus, non fit sacer hodie apud nos. Sed hodie sacer fit per consecrationem episcopi & suorum, aut illius concessione, de qua distinct.1. per tot. & Authen. vt nulli fabrica. orat. dom. & cap. ad hæc, de religiosis domibus. c. vnicuique. distinct.1. de consecrat. Cœmiteria hodie non ita sunt priuati iuris, sicut fuerunt sepulchra & munumenta, sed sunt in patrimonio nullius. Bald. in Rubric. de rer. diuis.

ACTIO IN FACTVM, EX Edicto, de Sepulchr. ædific.

COmpetit ædificare vel reficere volenti sine dolo malo sepulchrum, siue locum sacrũ, in quem illi ius est, aduersario inuito, mortuum inferre. ff. de mort. infer. l. 1. §. prætor ait. Item datur volenti perficere monumentum imperfectum, in quo reliquiæ hominis conditæ sunt. ff. de mort. infer. l. fi. Et datur aduersus prohibentem facere, siue ædificare sepulchrum aut

monumentũ, in quo loco ædificare ius est. Item datur contra prohibentem conuehi materiam, quæ ædificio necessaria sit. Datur contra prohibentem necessarios operi venire. Datur contra prohibentem alligare machinam. Datur contra agentem id, vt labatur sepulchrum, per quod videtur prohibere facere, cùm factum non sinit. d.l.1.in fin. Vt desistat ille à prohibitione.

ACTIO IN FACTVM, ex Edicto, de mortuo inferendo.

DAtur volenti sepelire mortuum in eum locum, in quo ius inferre habet. ff.de mort. inferen. l.1. Et datur domino proprietatis, si vsustructus alienus sit.l.sunt personæ.ff.de relig.& sumpt.funer. Vel datur illi, cui debetur via ad fundum, in quem mortuum ius inferre habet.ff.de sepulch.violat.l.vltima. & l.1.§.hoc autem interdictum. & l. si quis sepul. habeat. d. tit.de religios.&c. Item datur domino, eò quòd procurator prohibitus est, quia intellectu aliquo ipse prohibitus videtur. d.tit. de religios. l. ossa. Datur socio, qui in fundum communem, inuito socio, mortuum inferre vult. d. titul. de religios.l.sunt personæ. Datur hæredibus & successoribus.d.tit. l.vel quæ paterfamil. Datur in solidum hæredibus. d.tit. de religios. l. si sepulchrum. Contra prohibentem inferre mortuum in locum, quo inferens ius habet. d.tit. de mort. inferen.l.1 Datur contra arcentem in itinere & via.d.§.hoc autem. & l. si venditor fundi. ff. de religios.& sumpt.funer. Datur contra hæredem,

nam

nam pecuniariæ quantitatis ratio in eam deducitur, ideò inter hæredes competit. d. tit. l. liberũ. Et datur ad prohibendum à prædicto impedimento, quia debita sepultura non est mortuis deneganda. c. in ecclesiastico. 13. quæst. 2. Item competit ad interesse, quanti interfuit actoris prohibitum non esse. In quam computationem cadit loci empti precium, vel conducti merces, vel sui religiosi facti æstimatio, quem nisi coactus, religiosum non fecisset. d. l. liberum est.

ACTIO IN FACTVM, EX Edicto, Qui intulit mort. in loc. alienum purum.

COmpetit domino loci puri, siue in agro, siue in ædificio. ff. de religios. & sumpt. fun. l. 2. Item competit vsufructuario, vel ei, qui habet ius prohibendi, ob seruitutem. l. ossa. in d. tit. Item hæredi, & in hæredem competit, quia perpetua est. d. tit. l. is qui. Et datur aduersus eum, qui mortuum in locum alienum intulit, vel inferre curauit. d. l. 2 & l. is qui. & l. ossa. §. si in locũ. Et datur contra fructuarium. d. l. 2. Postremò datur ad precium loci, aut vt corpus tollatur. d. l. is qui. Et est inferentis electio. l. plerũnque. §. vlt. ff. de iur. dot. Et alterum tantũm est in solutione. l. si duo. ff. de verb. oblig.

Hæc Actio est personalis, & habet prærogatiuam, sicut actio pro dote, vbi mulier præfertur plerisque. Sic qui impendit in funus, id est, executores vltimarum voluntatum, statim extorquere potest quod impendit: nam ibi videtur

creditor cum defuncto contrahere, non cum hęrede. l.1. Et poteſt hic qui impendit, petere ſeparationem bonorum, id eſt, vt defuncti bona ſeparentur ab hæredis bonis: Maximè ſi non ſit alioqui ſoluendo hæres, quia intereſt Reipubl. vt ſepeliantur corpora, ne iaceāt inſepulta. Nam cenſentur impenſæ pro ære alieno, quod ante aditam hęreditatem deducitur. l. impenſa funeris &c. eod. tit. Nam qui impendit in funus, præfertur omnibus creditoribus habentibus nullum pignus. l. impenſa. & ibi pulchra gloſſula.

ACTIO FVNERARIA.

COmpetit facienti ſumptus funeris ante aditam hæreditatem. ff. de relig. & ſumpt. l. ſi quis &c. §. prætor ait. Etiamſi hæres prohibuit. d. tit. l. at ſi quis impediat. §. idem Labeo ait. Et datur hæredi, cæteriſq; ſucceſſoribus. l. ſi filiusfamil. eod. tit. Aduerſus eum, ad quem ſumptus funeris pertinent, putà, quem decedens elegit, vel ſcriptum hæredem, aut legitimos, ſiue cognatos eo ordine, quo ſuccedit. d. tit. l. ſi quis ſepulchrum. §. prætor ait. Et datur contra hæredem, bonorūq; poſſeſſorē, cęterosq; ſucceſſores, etiamſi illis hæreditas, tanquàm indignis, ablata ſit. d. l. at ſi quis impediat. & l. ſi quis fuit hæres. Et datur contra patronum, qui bonorum poſſeſſ. contra tabulas petit. l. funeris impenſam. Et datur contra eum, ad quem dotis nomine quid peruenit: quia æquum eſt, mulieres de dotibus quaſi patrimonijs ſuis, funerari. Impenſæ enim funeris, æs alienum dotis eſt. d. tit. l. in eum. Ad recuperandum id quod funerans impendit pro facultatibus, vel dignitate defuncti, Siue in illatione

tione mortui, siue in locum, in quem mortuus effertur, seu ad perferendum & custodiendum funus. d.l. at quis impediat.

IN FACTVM EX EDI- cto, de sepulch. violato.

COmpetit ei, ad quem sepulchrũ pertinet, & cuius iustissima causa esse videtur. ff. de sepul. viol. l. prætor ait. & l. sepulchri violati. Item datur cuicunque agere volenti, ad centum aureos, d. tit. l. 3. quia popularis est actio. d. l. 3. §. vlt. Datur pluribus ad interesse vniuscuiusque. d. l. §. qui de sepul. Et datur hæredi necessariò, & si bonis se non immiscuerit, quia non est ad rem familiarem, sed ad vindictam. d. tit. l. penult. Et datur aduersus eum, cuius dolo malo sepulchrum violatum esse dicetur. Putà, extrahendo corpora, vel ossa eruendo. d. l. 3. Et datur contra hæredem prohibitum per testatorem inferre in hęreditarium sepulchrum. d. l. 3. §. si quis in hæredit. Ad quanti ob eam rem æquum esse videbitur iudicanti, & ad interesse, quod consideratur ab iniuria, quæ facta est : vel ex lucro eius, qui violauit : vel ex damno quod contigit. d. l. 3. §. qui de sepulchro.

Supersunt Actiones ex interdict. pro rebus publicis.

ACTIO IN FACTVM, Ne quid in loco publico fiat.

COmpetit cuilibet ex populo: cuilibet enim in publicū petere permittendū est, id quod ad vsum omnium pertinet. ff. de loc. & itiner. publ. l. 1. & l. 2. §. hoc interdictum, ne quid in loc. publ. Et datur etiam vtilis saltē actio ex hoc interdicto, ei cui luminibus officitur. Cōtra officientem, per immissum in publicū. d. l. 2. §. cùm quidam. Lumina enim quæ habentur à loco publico, non possunt obscurari. ff. de damn. infect. l. fluminum. §. fina. & l. proculus. Secùs si à loco priuato, non debente seruitutem. l. altius. C. de seruitutibus. & l. si villarum. ff. de seruitut. vrban. præd. 2. Aduersus facientem quid in loco publico, vel immittentem, vnde damnū loco datur, quod inde ad priuati damnum redundat. d. l. 2. §. hoc interdictum. Et datur contra eum, qui molem in mare iecit, ei cui hæc res nocitura sit. d. l. 2. §. aduersus. Item datur contra hæredes, cæterosq́ successores. d. l. 2. §. si quis nemine prohibente. 3. Ad prohibendum ab opere cœpto, quia interdictum prohibitorium est. d. l. 2. §. si quis id. Item datur ad prohibendam reficere id quod in loco publico positum fuit. Et datur ad cauendū, ne fiat opus in publico. d. §. si quis id. Et datur ad deponendum ædificium, quod publico vsui obstat. d. §. si quis id. Ne inane & lusorium prætoris sit imperium. l. fin. ff. eod. tit.

Libell. format Specul. de causa posseſſ. & propr. §. de interdict. publ.

ACTIO IN FACTVM, Ne quid in itinere publico fiat.

De ser-

De seruitut. itinerum, viarum, &c. videto Cæpollam in Compendio de seruitutibus. ff. de seruit.rust.præd. Vbi differentiam habes inter iter & viã. Nam hæc est latior, vbi etiam vehiculum duci potest. Iter tantùm est semita, &c.

IN factum, Ne quid in itinere publ. fiat, actio, datur cuilibet de populo, cuius interest. ff. ne quid in loco pub. vel itin. l. 2. §. hoc interdictũ perpet. Quod etiam per procuratorem exerceri potest, quia priuato damno ex prohibitione afficitur actor. l. licet. ff. de procurat. Et datur hæredibus, & in hæredes, quia est perpetuum, id est, 30. annorum. l. 2. §. hoc interdictum perpet. vbi glos. 2. Aduersus facientem vel imminentem quid in via, aut itinere publico, quo ea via, idue iter deterius sit vel fiat. d. tit. ne quid in loco vel itin. publ. l. 2. §. ait prætor. Item datur contra immittentem cloacã in viam publicam, ex qua minus habilis via fit: aut fossam immittentem, siue non recipientem aquã ex via publica. d. §. si quis cloacam. Item contra ducentem aquam per viã publicam. l. seruitutes. §. publico. ff. de seruitutibus. Item contra pascentem in via seu itinere publico, & deteriorantem. d. l. 2. §. hoc interdictũ. Item datur contra facientem pontem vel specũ per viam publicam. l. 2. §. scio tractatum. 3. Ad interesse actoris, quanti interest, ne fiat. d. l. 2. §. hoc interdictum perpetuum.

ACTIO IN FACTVM, EX Interdicto, Quod in via publica factum habes.

COmpetit omnibus ciuibus, qui prætendũt publicum intereſſe principaliter, & priuatum ſecundariò, excepto pupillo & ſeruo. l. in prouinciali. §. fin. ff. de no. oper. nunc. Et datur hæredibus, quia pertinet ad publicam vtilitatem, ideò eſt perpetuum. ff. ne quid in iti. pub. l. 2. §. pen. Et competit aduerſus habentem quid factum vel immiſſum in via, itinereq́ꝫ publico, quo ea via itérue deterius ſit, fiat. ff. ne quid in itin. vel loc. publ. l. 2. §. prætor ait. Et competit contra duos habentes opus in via, quo corrumpitur. d. l. 2. §. idem Labeo ſcribit. Item competit aduerſus eum, qui dolo malo fecit, quo minus poſſideret vel haberet: quia par eſt cõditio eius, qui quid poſſidet vel habet: atque eius, cuius dolo malo factum ſit, quo minus poſſideat, vel habeat. d. l. 2. §. hoc interdictum locum habet, & cæt. 3. Hæc Actio competit ad reſtituendum, quod factum habet immiſſum in via publica. d. l. 2. §. prætor ait, quod in via publ. Siue vt tollat quod factum eſt, ſiue reponat, quod ſublatum eſt ſuis ſumptibus, ſi ipſe fecit, iuſſit, ſeu ratum habuit. Aliàs patientiam ſolam præſtet. d. l. 2. §. penult. gloſ. in verbo, non is tenetur. §. hoc interdicto. in d. l. 2. Et datur quanti actoris interſit, tolli quod factum eſt. d. §. pen.

ACTIO IN FACTVM, EX Interdicto, Vt via public. ire & agere liceat.

COmpetit prohibito ire & agere via publica, itineréue publico. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. fina. Publicè enim vtile eſt ſine metu

& pe-

& periculo per itinera commeare.ff.de his qui eiecer.vel effud.l.1.§.summa. Etiamsi per centum annos non esset itum illa via. Nam facultati eundi per viam publicam, non præscribitur. Bart. in l.viam.ff.de via public.refic. Cynus in l.cùm nouissimi.§.sed cùm illud.de pręscrip.30.annor.
2. Aduersus prohibentem ire, agere, & ducere via itineréue public.qui prohibere non poteſt. Item datur etiam aduersus colligentes pedagia, **Weggelt**/ vel quidagia, **Gleydtgelt**/ ab euntibus per vias publicas, contra ius: quia peregrinantes debent plena securitatę gaudere. c. fi.de treuga & pace. Adeò quòd vijs publicis nemo poteſt vectigal imponere, nisi id à principe concessum habeat. C.noua vectigal. instit. non poss. l.1.2. & 3. & l.omnium, de vectigal. & l. vectigalia. ff.de vectigali. & c.innouamus, de censib. Quæ de facili conceduntur, quādo patria eſt tenuis. C.noua vect.instit.non poss.l.1. Nisi locus sit ante grauatus. Nam tunc nisi grauamen exprimeretur, priuilegium esset surreptitium. Vide in additionibus Specul.de causa possess.& propriet.sub §. de publ.interdictis.
3. Et datur, vt liceat ire & agere per viam publicam, & ne violentia inferatur.

ACTIO IN FACTVM, EX Edicto, de via publica reficienda.

COmpetit aperienti, reficienti, purganti viam publicam, itérue publicum. ff. de via publ.refic.l.1. Et hæredibus, & in hęredes, quia perpetuò datur. d.l.1. Sed datur aduersus

prohibentem reficere vel purgare viam publicã, ad id quod actoris intererat.d.l.1.

DE FLVMINIBVS.

FLumina publica sunt Cæsaris, id est, Imperatoris.l.fluminum.ff.de dam.infecto.& ibi Doctores. Et sunt flumina publica, quę sunt perennia, non manufacta, Deinde sunt Principũ, Marchionũ, &c. vel per priuilegiũ, vel regalias, glo.in §.iusiurandum. Authent.de defensoribus ciuitatum. Vnde nulli priuato licet in publ. flu. ædificare, nisi authoritate principis, senatus, aut domini illius loci, qui habet regalia, concessit.l, quod principis.ff.de aqua plu.arcen.

Vsus autem fluminis publici est communis (licèt proprietas sit principis) omnibus accolis. ff.ne quid in flu.l.2. Vnde ius piscandi est commune.§.flumina. Instit.de rer.diuis. Vnde hic potior est conditio occupantis. l. per agrum. C. de seruitut. & ag. Vbi de duobus plaustris, vtrum debet in via cedere. In concessione feudorum veniunt flumina publ.c.ecclesias.14.q.1.

ACTIO IN FACTVM, Nę quid fiat in flumine publico, quò peius nauigetur.

COmpetit cuiuis ex populo. ff.ne quid in flu.public.l.1.§.hoc interdictum. Item ei, qui à municipibus conductum flumen habet.ff.vt in flu.publ.nauig.lice.l.1.§.fossa. Et aduersus facientem quid in flu.publ.vel immittentem

tem quid, siue in ripa eius, quo statio itérue nauigij deterius fiat.ff.de fluminibus.l.1.per tot. Et aduersus facientem pontem priuatũ.d.tit. l.vlt. Item aduersus habentem factum vel immissum, putà emptorem, ab eo qui fecit.d.l.1.§.fi. Vel qui dolo malo fecit, quo minus habeant. ff, ne quid in flu.publ.l.vlt.

Ad prohibendum ne ponat, & ad tollendum vel demoliendum positum.d.l.1.§.vtile interdi. & §.fin.

ACTIO IN FACTVM, EX Interdict. Ne quid in flu.pub.ripáue eius fiat, quo aliter fluat aqua, quàm priore æstate fluxerit, & quod factum est, destruatur.

COmpetit cuiuis ex populo. l.1.§.hoc interdictum.ff.illo tit. Quia cuilibet ex populo est quæsitum ius aquæ ducendæ de flumine publico non nauigabili. ff.de fluminib. l.quo minus. Et datur molitori vtiliter, si per opus factum aqua, in suum molendinum restagnatur (schwelt) qui prior habuit hic molendinum ædificatum. Bart. & Iason in d. l. quo minus. in 5. & 14.quæst. Et datur hæredibus. l.1. §. hoc interdictum.d.tit.ne quid in flu.publ.

2. Aduersus facientem aut immittentẽ quid in flu. publ. nauigabili, vel non nauigab.íue ripa eius, quo aliter aqua fluat, quàm in priore æstate fluxerat, quo mutatus est alueus flumnis, & vicinis aliquam iniuriam facit vel affert, per hoc quòd depressior vel altior facta est, aut rapi-

dior aqua.d.tit.l.1.& l.hoc iure.§.1. ff.de aq.quotid.& æst.& l.i.§.de eo.de aqua plu.arcen.Et contra ducentem ex riuo tecto per apertũ, vel contrà,cum incommodo accolentium.d.l.1.§.si quis ex riuo.Et contra hæredes, tanquam in possessores.d.l..1.§.hoc interdictum.Et contra habentem quid factum vel immissum, aut dolo malo facientem,ne habeat. 3. Ad prohibendam facientẽ, ne faciat.d.l.1. §.deinde ait. Et ad restituendum id,quod in fluuio publico, ripáue eius factũ sit, aut immissum,quo aqua aliter fluat,atquè priori æstate.d.§.deinde ait prætor.

ACTIO IN FACTVM, VT in flumine publico nauigare liceat.

COmpetit volenti in flumine publico nauẽ, ratémue agere, vel in ripa onerare vel exonerare.ff.vt in flu.publi.nauig.liceat.l.1.Et competit volenti nauigare per lacum, fossam, stagnum publicum, quo casu vtile interdict.datur.d.l.1. Item conductori stagni vel lacus, si piscari prohibeatur, etiamsi à municipibus conductum habeat.d.l.1.

2. Aduersus prohibentem nauigare vel piscari in flumine publico. Item aduersus prohibentem onerare & exonerare naues in ripa,fossa,lacu, vel stagno publico, vel mari. d.l.1. & l.2. §. si quis in mari.ff.ne quid in loco publico. prohibitus etiam iniuriarum agit.ff.de iniur. l.iniuriarum.§.vlt.

3. Vt desistat à prohibitione.

Actio in factum, De ripa munienda, datur facienti

cienti in flumine publico, ripáue eius opus, ripæ agríue, qui circa ripam eſt, tuēdi cauſa. ff. de rip. muni. l. 1. Quia licèt flumina ſint publica, tamen ripæ, quoàd proprietatem, ſunt illarum perſonarum, quarum prædijs adhęrent, & ripę hominum arte atque cura recipiunt incrementum, & earum incommoditas pertinet ad vicinos. Similiter & commoditas. l. riparum. ff. de rer. diuiſi. & §. riparum. Inſtit. eod. Bald. in Rubr. ff. de rer. diuiſ.

2. Aduerſus volentem reficere vel munire ripam fluminis, lacus, foſſæ vel ſtagni, ne ripa deſtruatur, in vicini damnum.

3. Ad remouendum illum, qui tali prohibitione, & vt illi liceat reficere ripam publicam. d. l. 1.

DE EDICTIS.

Reſtat tertia pars iuris Prætorij, ſcilicet Edicta.

INterdictis præcipitur aliquid fieri. Edicta præcipiunt ne aliquid fiat: atque in hoc differunt. Et datur hic quoque actio in factum, ſicut & ſuprà ex Interdictis. Nam generalis eſt actio, vbi non eſt expreſſa alia actio.

DE PVBLICANIS, VEctigalibus, & Commiſsis.

DE prima voce hic dicemus, nihil de poſterioribus duabus. Finiuntur publicani infrà, de verbor. ſignific. l. eum qui vectigal,

&c. & ibi in hac 1. l. Publicum ſimpliciter pro vectigali ſumitur: hinc à publico & vectigali deducitur publicanus. l. 1. de public. in glo. verb. quendam. Diſcrimen eo loco eſt inter vectigal, tributum, ærarium, &c. Fiſcus locupletatur ex ærario, indicto, ſuperindicto, penſione, vectigali, cenſu, &c. Vectigal generaliter pro omnibus his ſumitur, nam eſt quod pro rebus inuectis ciuitati vel euectis datur, & eſt octaua pars mercium, quæ vehuntur. l. ex præſtatione. C. de vecti. & commiſſ. Vnde illi exactores & publicani in iure noſtro quandoque dicuntur octonarii, aliquando ducenarij, vicenarij. Quando etiam de immobilium bonorum cenſu dicitur vectigal, ſumitur ſpecialiter. Vnde ager vectigalis, qui certum vectigal Reipub. pendit. Aliquãdo ſumitur generaliter pro præſtatione rei mobilis & immobilis. l. vectigali fundo. ff. de pignoribus. Oblatio vectigal, Teutonicè Zoll. Tributum à contributione prouincialium: hinc annona pro militibus emebatur. Alciat. in l. ager. ff. de verbor. ſign. Tributum eſt duplex, ſcilicet capitis & fundorum, pro mare aureus, pro fœmina dimidiũ aurei. l. fin. ff. de cenſib. Fundorum verò tributum præſtabatur pro quantitate fructuum, 50. hordei, quarta vini, æris libra præſtabat quinq; aureos. Hæc de annonis & trib. in lib. 10. C. Eo loco annona dicebatur, quæ dabatur in ſpeciebus. Et illa omnia ordinariè tributa dicũtur canon. Extraordin. exactiones ſunt indictum & ſuperindictum. Indictum dabatur ſingulis quinquennijs, ſuperindictum dabatur tantùm in ſumma neceſſitate, lib. 10. C. de indict, & alius tit. de ſuperindictis. Conſignatiua ſunt penſio & cenſus. Penſio eſt, cùm aliquis in rem ſuam transfert vtile do-

minium,

minium, ipse habet dominium. Census cùm res tota transfertur in alium, vt in quem transfertur, nihil vtilis dominij habeat, nisi quòd alter hinc agnoscit dominium, solo dato capone.

ACTIO IN FACTVM, ex Edicto, de Publicanis.

DAtur illi, à quo publicanus, eiúsue familia, ademerit vi illicitum vectigal. ff. de public. & vectig. & com. l. 1. Et datur heredibus & cæteris successorib. vniuersalibus, quia perpetua est ratione rei persequendæ. d. tit. l. sed & hi. §. fin.

2. Aduersus publicanos, id est, eos qui vectigal à fisco conductũ habent, in casu quando plus debito exigunt, per se vel famulos suos, deputatos ad hoc, vt publico vectigali ministrent. d. l. 1. Item contra publicanos, familiaribus facientibus furtum vel damnum iniuria. d. tit. l. quantæ audaciæ. Et aduersus socios vectigalis, licèt domini nõ sint. d. tit. l. 3. §. quòd ait. Et datur aduersus plures publicanos, illicitè exigentes, vt præstent partes, & quod ab alio prestatur nõ potest ab alio exigi. d. tit. l. si multi. Item aduersus heredem, qui locupletior est factus ex violentia publicani. d. tit. l. si publicanus. 3. Et datur ad duplum intra annum, eius quod est licitè exactum, publicè vel priuatim, & rei persecutio in duplo continetur. d. tit. l. hoc edicto. §. vlt. & l. licitatio. §. quod illicitè. Et datur ad simplũ post annum.

ACTIO IN FACTVM, ex edicto prætoris, de albo corrupto.

COmpetit cuilibet de populo. Quia vbi offenditur iurisdictio iudicis, quilibet de populo agere potest. ff. de iurisdict. omn. iudi, l. si quis id quod. Vbi Bald. & Iason, & alij: & actio illa popularis, & annalis est, vbicunque maiestas prætoris est offensa, vt in fractis confinib. præcepto spreto & similibus. Bald. in d. l. si quis, Id quod & facit l. fin. ff. de popularibus actionibus.

2. Contra corrumpẽtem dolo malo, id quod iurisdictiõis perpetuæ causa in albo, vel in charta, vel in alia materia propositum erit, etiam ante propositionem. Item datur contra tollentem & abscondentem, vel remouentem, aut lacerantem schedas à portis, & affixas in valuis palatij, vel ecclesiarum, siue alio loco publico, ne veniant in publicam notionem. Angel. in §. pœnales. Instit. de actionib. Item contra corrumpentem libros armarij communis. Angel. in l. si famil. ff. de iurisdict. omn. iudic. Specul. in tit. de dolo & contum. §. restat. Item contra surripientem acta processuum in archiuis publicis reposita, vt ibi perpetuò sint, d. §. pœnalis, in glo. 2. Item contra delentes imagines illorum, qui ob eorum publicam & perpetuam infamiam depicti sunt in publico, putà suspensi, quia fuerũt proditores, vel falsarij, vel similes. Bartol. & alij, in d. l. si quis id quod. Nisi essent depicti laudis gratia, quia tunc impunè deleri possunt & debent. l. eorum. Et ibi Bart. ff. de pœnis. & l. 3. C. de offic. rector. prouin. Item datur contra mandantem, quia lex puniẽs facientem, comprehendit etiam mandantem, præsertim si loquatur in rem, vel etiam si est factum, quod per alium potest exerceri. Si verò loquitur in personam, tunc non comprehenditur man-

mandans, nisi quandoque interpretatiuè. Barto. in l. hæc verba. ff. de adult. Et hic in l. si quis id vbi alij. Item quando puniret personaliter facientem, tunc lex non continet mandantem. glo. ver. publicè. Clement. 1. de vita & honest. cleric. Item datur contra plures corruptores vel mandantes in solidum, adeò vt solutio vnius, non liberet alios. l. adeò. ff. de iurisdict. om. iudic. Bart. in l. fin. ff. de sica. & in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam.

Item datur contra dominum ex factis singulorum seruorum, pro singulis in solidum, quia sunt plura facta in contemptum Reipublicæ, & plura delicta innominata. Textus & Doctores, in d. l. si familia. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

Item contra seruos & filiosfamiliâs, & etiam fœminas, quia masculinum prolatũ à lege, quando materia subiecta congruit vtriq; sexui, etiam in materia pœnali, tendenti tamen in fauorem publicum, compræhendit fœmininum. Vide Iason. in d. l. si quis id quod.

Ad 50. aureos, quę pœna est applicanda parti, & non fisco, quia lex expreſsè inducit actionem pœnalem & prætoriam, ideò applicatur parti, & non fisco. l. 3. ff. de sepul. viol. Bartol. in l. agraria. ff. de term. mo. Quando lex expreſsè inducit actionem, pœna applicatur parti: quando autem expreſsè inducit accusationem, pœna applicatur fisco, vel ad torquendum eos, qui inopia laborant. Nam qui non habet in ære, luat in corpore. Pecuniaria enim pœna transfertur in corporalem, si ea sit magna, & debita ratione delicti, ordinaria à iure, habilibus personis commissa, tunc volente creditoria, cui pœna debetur, trans-

transfertur in corporalem. gl.Iaſ.& alij.in verb. corpus torquendum eſt.d.l.ſi quis id quod. ff.de iuriſdict.omn.iud.

Libell.in Inſtit.Ioannes Fab.Angel.in §.pœnales.Inſtit.de actionibus.

ACTIO IN FACTVM, EX Edicto, Ne quis vocet in ius ſine permiſſu prætoris, parentem ſeu patronum, & cæt.

QVædam perſonæ non poſſunt in ius vocari: quidam enim ratione reuerentiæ non poſſunt vocari, hoc pacto patronum, aut parentem, non poteſt vocare libertus aut filius. l.4.§.prætor ait. & l.generaliter. Inſtit. §.pœnales. Aliæ non poſſunt vocari ratione imbecillis ætatis, aut conſilij imbecillioris.l.ne quis.& cæt. Quædam iuſti impedimenti ratione vocari non poſſunt, vt magiſtratus, religioſæ perſonę: & ratione lætitiæ publicæ, aut mœroris, vt qui duxit vxorem, aut in luctu eſt conſtitutus. De primo membro hic ferè agetur. Aliæ perſonæ prohibentur ex iure prætorio.

Vaſallus æquiparatur per omnia liberto, ergo ſicut libertus non poteſt vocare patrem, ita nec vaſallus dominum.

Defenſores ciuitatum etiam ſunt loco parentum.l.& eos.l. ff.vt iudices quoque, &c. Sicut & præceptores reſpectu diſcipulorum.gl.l.liberto. ff.de obſeq. à lib. De illis omnibus Doctor.in l. generaliter. hic.

Datur parenti vtriuſque ſexus vſque in infinitum.

hitum, etiam naturali tantùm, vel adoptiuo, vocato ſine venia obtenta, in ius, per liberos. ff. de in ius vocand. l. 4. cum duab. leg. ſequent. Et datur ſocero & ſocrui, qui parentis locum tenent. ff. ſol. matr. l. quia parentis. & Inſtit. de nup. §. ſocrum glo. in l. generaliter. d. tit. de in ius vocando. Vbi vide alias extẽſiones, apud Paul. de Caſtr. & Iaſonẽ, & alios. Item datur patrono patronæue, ſiue ius patronatus ſit quæſitũ ex voluntaria, ſeu ex neceſſaria cauſa: d. tit. l. adoptiuũ. §. patronum. Et datur patrono etiam minuto capite, minima capitis minutione. l. ſed ſi hac lege. §. patronum, ſecundo loco. Item datur liberis, parẽtibusq́ patroni, vtriuſq; vſq; ſexus in infinitum. l. ſed ſi hac lege. §. liberos. Et datur patrono, etiãſi quaſi tutor, vel curator, aut defenſor, vel actor interueniat. d. l. §. ſemper. Et datur hæredibus patroni, etſi extranei ſint. C. de ius voc. l. 2. Quia fauor debet prorogari. ff. de lib. & poſthum. l. cùm quidam. Contra liberos vtriuſque ſexus, emancipatos, vocantes ſine venia parentes in ius. In his caſibus, in quibus inter liberos & parentes lis eſſe poteſt. C. de ius vocan. l. vlt. & l. ſed ſi hac lege. §. liberos. ff. de in ius vocan. Item contra liberos in poteſtate, vocantes parentes pro caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio. ff. l. lis nulla. & d. l. adoptitiuum. §. 1. & gloſ. ver. cùm id non poſtulaſſet. §. pœnales. Inſtit. de actionibus. Item datur contra libertum vocantem ſine venia in ius patronum, parentes, vel liberos illius. d. l. 4. & l. adoptiuum. §. patronũ, cum quatuor legib. ſeq. Item datur contra libertum communem, vocantẽ in ius quemcunq; ex patronis. l. communis. d. tit. Quia ius patronatus eſt indiuiduum. Item datur contra libertũ, vocantem in

ius

ius vxorem patroni. C. de in ius voc. l. 1. Etiamsi liberti natalib. sint restituti, quia patronis reseruantur iura obsequialia, quæ natura debentur. glos. verb. cùm non impetrasset. §. pœnales. Insti. de actionib.

3. Ad 50. aureos. l. si libertus. & l. in eum. ff. de in ius voc. Instit. de pœna tem. liti. §. vlt. Et applicatur pœna illi, qui iniuriam accepit, pro solatio. l. fin. ff. de litigios. Vel datur ad castigandũ inofficiosum filium seu libertum, si inopia dignoscitur laborare. ff. eod. l. vlt.

ACTIO IN FACTVM, EX Edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat.

DAtur actori citãti aliquem in ius, cui dies actionis exijt, vel res tẽpore amissa est, per hoc quòd aduersarius vocatum in ius vi eripuit: seu quoquo modo fecit, quo minus citatus in ius venerit. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. vi eximat. l. sed eximendi. Et datur etiam calumniatori, qui etiam calumniosè aliquem vocasset in ius. d. l. §. pen. & l. si per aliũ. §. inerit. Item datur hæredibus, ita si eorum intersit. d. tit. l. pen. §. vlt. Sed in hæredem & post annum non datur, nisi lite contestata.

2. Contra eos, qui in ius vocatos verbaliter, vel realiter vi eripiunt vel eximũt illos, qui mero iure citari potuerunt: vel etiam quando erat dubium de iurisdictione vocantis. Text. & Ias. in l. 1. d. tit. ne quis eum, &c. Et contra eximentẽ eum, qui per calumniam vocabatur. d. l. sed eximendi.

mendi. Siue quis eximat per se, vel per alium. d. tit. l. si per alium. Et datur contra dominum, cuius seruus vi exemit sciẽte domino, in solidum, eo ignorante noxaliter. d. l. 1. Et datur contra plures delinquentes, singulos in solidũ, ita quòd pœna præstita ab vno, non liberet alium, quia totum pœna est, tam ex parte Rei, quàm actoris. d. tit. l. pen. §. vlt. Et omnibus soluentibus pœnam, non tamen liberatur exemptus. 3. Postremò datur ad quanti ea res est, ab actore æstimata mediante iuramento, de qua controuersia est. d. tit. l. penult. §. 1.

ACTIO IN FACTVM, EX Edicto, De eo per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat.

DAtur Actori, cui propter hoc quòd citatus fuit impeditus comparere, Actio fuit extincta, vel tempore perempta. l. 1. d. tit. de eo &c. Secundò datur reo impedito per tertium venire ad iudicium. d. l. 1. §. aliter atque. Nec obstat illi nimia credulitas agendo contra tertium. Nam culpa cum dolo non compensatur. l. item si obstetrix. & l. si putator. ff. ad leg. Aquil. Licèt credulitas nimia sibi non prosit in prȩiudicium actoris. Quia ea non debet præiudicare tertiò. l. 3. §. sed si sic. ff. de in rem vers. & iuribus alijs allegatis, in §. 1. d. l. 1. in glos. versi. quamuis. Tertiò, datur vtrique, actori & reo impedito, quo minus iudicio sistat. l. 3. §. sed etsi stipulator, illo titul. Item datur hæredi, sed non vltra annum, quando nihil ad eximentem peruenit, & quando lis

do lis nondum erat contestata per defunctum, d.l.1.§.vlt.

2. Contra impedientem dolo malo, aliquem iudicio sisti, siue suis manibus retineat illum, siue per suos, siue per alios rogatos. d. l.1. & l.3. in princip. & eadem l.3. §. sed etsi stipulator. Item contra plures dolo impedientes, iudicio sisti: sed si vnus præstiterit pœnam, cæteri liberātur, cùm nihil amplius intersit. d.l.1.§.si plures. Item contra dominum ignorantem, ex facto serui, noxaliter. d.§.si plures. Item contra hæredem, vt ex dolo defuncti non lucretur. d.§.si plures. Postremò datur ad totum illud, ad quod competebat Actio, quod fuisset consecutus Actor, si ille stetisset, vel ad id, quod amisit, quòd ille non stetit. d.titul.l.3.in princip.& §.fin.eadem l. Item datur ad recuperandam pœnam, quam sòluit ex eo, quòd impeditus non stetit iudicio. d. l. §. si reus. Item datur ad restituendam Actionem, in reum principalem, si eximens non sit soluendo. d.l.3. §.1.

ACTIO IN FACTVM, ex Edicto, Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

Datur procuratori fiscali, quia est Actio competens fisco, glo.magna, in ver.hoc interdict.in l.vnica.ff.si quis ius dic.non obtemp. Et est pro mulcta contumaciæ, licèt accusatio prodita super pœna pecuniaria applicāda fisco possit per quemlibet de populo intentari, etiam in priuatis criminibus. ff. de priuatis delict.

lict.l.fin.& Rubric.de popular. actionib. Et datur etiam parti ad id, quòd eius particulariter interest, ratione contumaciæ aduersarij. Doctores in d.l.1. si quis ius dic. & cæt. Deinde datur contra non obtemperantem ius dicenti, siue in principio, medio, seu fine litis, non obediat, siue sit reus, siue sit petitor: quia pœna imposita reo, intelligitur etiam imposita actori.d.l.1.in versic. non solùm autem. & glos. in l. per interuallum. ff.de iudic.glo.in c.1.de confessis, in sexto. Et datur etiam contra quoscunque iurisdictionem iudicis turbantes, impedientes, seu contemnentes. de offic.deleg.c.1.Item neque datur post annum, neque datur in hæredem contumacis ante litis contestationem, quia meram pœnam continet. d.l.1.quæ est vnica.

3. Concluditur hęc Actio ad quanti ea res est, id est, ad-interesse particulare, quatenus Actor læsus est in expensis, & damnis rerum suarum, non autem ad æstimationem totius litis. d.l.1. in fin.Et in expensis contumacię veniunt etiam damna. l. non ignoret. C. de fructibus & litium expens. & l. sancimus. C. de iudicijs. Item datur ad mulctam indicendam vero contumaci, propter quam contumaciam altera pars est læsa, quia citatus cum comminatione multæ non comparuit, sed perseuerat in contumacia. l. 1. §. quid ergo. de ventre inspiciendo. Quacunque contumacia impediente processum iudicis, siue in non veniendo, seu non patiendo, seu non restituendo. Bald. & Iason, in versic. is videtur. l. vnica. ff. si quis ius dic. non obtemp.

ACTIO IN FACTVM, EX Edicto. Si quis in ius vocatus non ierit.

DAtur ei, ad cuius instantiam facta est citatio.ff.si quis in ius voc.non ie.l.2.Item datur cuilibet de populo, quia est Actio popularis. Paul.de Castr. & Bart.in l.1.ff.si quis ius dic.non obtemp.

2. Contra citatum, qui in iudicio noluit comparere, ex quacunque causa vocatus, etiamsi nō sit de iurisdictione citantis: Modò de hoc dubitetur.l.si quis ex aliena.ff.de iudicijs. dummodò citatus reperiatur in territorio citantis. Secùs si extrà.l.fin.ff.de iurisdict.omn.iudi. Quia iudex semper est competens, quoàd imponendā multam contumaciæ. Licèt in dubio, quoàd causam principalem sit incompetens. Bald.in l.in criminali.C.de iurisdict.om.iud. Authent.statuimus. C.de episco.& cleri.Postremò datur ad interesse actoris, quòd venit, quia citatus noluit comparere.d.tit.l.2.§.fin. & l.fin. Et datur ad multam pro iurisdictione iudicis competentis indicendam.Item ad mittendum in possessionem bonorum, ex primo decreto. Paul.de Cast. in d.l.2. ff. si quis in ius voc.non ierit.

CONDICTIO EX LEGE, Eum quem temerè. ff.de iudicijs. & l.non ignoret.C.de fructibus, & litium expensis.

DAtur Vocato non coram tuto iudice, vel protracto in longinqua examina. Aut illi, cui cognitio dilata est culpa aut cōtumacia actoris. C. de fructib. & lit. expensis. l. non ignoret.

2. Contra eum, quem temerè aduersarium suum in iudicium vocasse constiterit. ff. de iudic. l. eum quem temerè, &c.

3. Ad expensas litis, itineris, & viatici, dictis legib.

ACTIO IN FACTVM, CONtra eum, qui non accepit coniunctam personam pro fideiussore.

DAtur volenti dare cōiunctam personam pro fideiussore, pro repræsentādo aduersario in iudicio. ff. in ius voc. vt eant, aut satis vel cautum dent. Etiam datur coniunctis illis fideiussoribus.

Cæterùm datur aduersus eum, qui non accepit coniunctam personam pro fideiussore, cùm sciret necessitudinem personarum, etiamsi ille alios idoneos fideiussores, de præsentando, habere potuit. Iason hic.

3. Ad 50. aureos datur hæc actio.

DE STIPVLATIONIbus prætorijs.

Actio ex stipulatu, quæ contra eum competit, qui promittit aliquem in iudicio sisti.

DAtur Actori, cui post citationem, libellum oblatum, & præstitas sportulas, reus satisdedit iudicio sisti, iuxta §. siue eum quis. Instit. de satisdationibus. & Authent. copulatur. C. de litis contest. Item datur reo, cui actor satisdedit, de contestanda lite intra bimestre, & de prosequenda eadem, ad finem vsq;, iuxta Authenticam, generaliter. C de episc. & cler.

Cęterùm contra promittentem stare iudicio, se vel alium. ff. qui satisd. cogant. & si quis cautionibus, per totum. Et si non steterit, statim tenetur post interpellationem, si simpliciter promisit: vel si promisit in diem, statim tenetur vbi dies cesserit. Aut si promisit sub pœna, statim tenetur, posteaquàm certum est, illum sisti non posse. Speculat. de dol. & contum. §. restat. versic. sed pone. Item contra fideiussorem, qui aliquem iudicio sisti promisit tanti, quanti ea res erit, hoc est, in veram quantitatem, nisi pro certa quantitate fideiusserit. ff. qui satisd. cog. l. 2. §. vlt. Item contra promittentem eum iudicio sisti, qui iam tempore liberatus est. l. si eum. in d. titul. si quis cautionibus iudic. sisti, & cæt. Postremò Actio hæc datur ad interesse agentis, cuius æstimatio referenda est ad illud tempus, quo sisti debuit. l. qui autem. §. vlt. ff. si quis caut. Item ad quantum domini litis interfuit sisti ex ea stipulatione, quam procurator domini loco contraxit. d. tit. l. si procurator. Item competit quandoque ad exhibendum vel defendendum eum, quem quis iudicio sisti promisit. l. si eũ. ff. si quis caut. & l. si barsatoram. & l. sancimus. C. de fideiuss. Item datur ad sistendum quem in eadẽ causa, quoàd forum, & conueniendi facilitatem, licèt difficiliter sit exactio. l, si quis quenquã. cum

l. seq.

l.seq. d.tit. si quis cautionibus. De stipulationibus, in Speculo, de satisdat.§.1.& 2.

ACTIO EX STIPVLAtu, Rem ratam haberi.

COmpetit reo conuento, qui stipulatus fuit à procuratore Actoris, dominum petētem comprobaturum & agniturum, quod sit actum per procuratorem.l.quo enim. ff. rem ratam haberi. Ne dominus actor rem iterum conueniat reum de eadem re. l.procurator ad exhibendum.§.si quis à procuratore. in d.tit. Néue retractet, quod per procuratorem est actum, neque amplius petat.l.amplius.d.tit.Nam in stipulatione cauetur, non petiturum eum, cuius de ea re actio, petitio, persecutio sit, & ratum habituros omnes, ad quos ea res pertinebit.d.titul.l. procurator.& l.si sine iudice.§.vlt.Et in his omnibus dolum malum abesse, absuturumq́ꝫ. d.l.si sine.§.si in stipulatione.

2. Contra procuratorem actoris, qui cauit ratam rem dominum, hæredémue eius habiturum. d.l.si sine iudice. Ibi, aduersus procuratorem ex stipulatu competit actio.Et tunc tandem competit, quando dominus iterum conuenit illum stipulatorem, vel illius fideiussorem seu correum.d.tit.l.1. & l.procurator. §. si procurator.& l.si quis vni. Vel quando dominus vtitur compensatione siue deductione.l.quo enim. & l. amplius.ff.eod. Item datur contra procuratorē negociorum absentis. d. tit. l.interdū, cum duabus seq. Item contra procuratorem stipulantem de dupla, vel damni infecti. l. non solùm. Item contra fideiussores in eo quòd plus dominus pe-

tijt. l. procurator. Aut si dominus eandem rem petierit. d. tit. l. si sine iudice. Et datur in solidũ. d. l. si sine iudice. §. quòd si procurator.

3. Postremò hęc actio porrigitur ad hoc, quod interfuit eius, qui stipulatus est ratum haberi, quod gestum est. d. titul. l. 2. & l. in stipulatione. Hoc est, ad interesse domini, ad quod semper habetur respectus, & nõ ad interesse procuratoris. l. si procurator. ff. si quis cautionib. Putà, ad eam pecuniæ quantitatem, quam dominus accepit in iterato iudicio, in quo procurator suus antè succubuit. l. 3. §. vlt. Et datur etiam ad impendia, quæ stipulator in primam litem fecerit. l. procurator ad exhibendum. §. vlt. illo tit. In summa, datur ad totam sortem, quando procurator falsus primò egit & succubuit: posteà dominus egit & obtinuit, siue econtrà: vel quando vterq; egit & obtinuit. Sed datur ad sumptus & expensas litis, quando falsus procurator egit & succubuit, similiter & dominus. l. si sine iudice. §. eum autem. ff. rem ratam haberi. Et ibi Barto. & Paul. de Castr. Datur etiam ad sumptus litis, quando verus procurator primò egit & succubuit, posteà dominus obtinuit: : vel quando procurator obtinuit, & dominus succubuit: vel quando adhuc pendet iudicium, quod dominus intentauit. Et potest sæpius ex ea stipulatione agi, próut intersit agentis, in eo quòd litigat, quòd consumit, quod aduocat, quòd damnatus soluit. d. tit. l. si procurator.

ACTIO EX STIPVLAtu, iudicatum solui.

Competit

COmpetit actori, qui ſtipulatus eſt à Rei procuratore de re iudicata à iudice vel illius ſubſtituto, præſtanda. ff. iudic. ſol. l. penult. Et de re defendenda boni viri arbitratu. l. vir bonus. Et de dolo malo. l. nouiſſima. Complectitur enim hæc ſtipulatio has tres clauſulas. l. iudicatum. ff. eo. Item domino ex ſtipulatione procuratoris veri, & tutoris adminiſtrantis, & curatoris. l. 3. §. 1. ff. eod. Et liberis ex ſtipulatione mariti, ſecutæ ſaltem ratificatione. d. l. 3. §. ſed etſi fortè. & ff. de procur. l. ſed & hæ perſonæ.

2. Aduerſus reum, qui poſtquàm iudicatum ſolui promiſit, abſens factus eſt, ſi nemo eum defendat, & requiſiti fuerunt amici & attinentes, per generale proclama, ſi eſſet qui velit eum defendere. d. tit. l. 2. §. ſi reus. Et contra procuratorem defendentem abſentem. l. ſi ad defendendũ. Item contra fideiuſſores, & vnum ex pluribus, ob rem non defenſam: ſed reus poterit ſuſcipere defenſionem. d. l. 3. §. fi. cum l. ſequen. Et ſi plures fideiuſſores ſint, debent dare vnum procuratorem, ne defenſio in plures perſonas ſciſſa, aliquo momento afficiat actorem. l. iam tamen. §. penult. Et fideiuſſores tenentur ob rem non defenſam, quanquam principalis reus per priuilegium ſit exemptus, quia perſonale priuilegiũ non prodeſt fideiuſſori. l. ſi reus. Item contra duos fideiuſſores, in alterum, ob rem non defenſam: in alterum, ob iudicatam: ſed in vnũ præualet cauſa iudicati. d. tit. l. fin. Item contra hæredem ex dolo defuncti. Verbum enim, abfuturum, pleniſſimum eſt, & ad omne tempus refertur. d. l. nouiſſima. Item contra hæredes duos, in alterum ob rem non defenſam: in alterum ob iudicatam. l. vlt. ff. eod.

3. Ad in tantum, quantum iudex pronunciauerit ex causa iudicatum solui: ex alijs clausulis agitur ad interesse.l.iudicatũ solui.2.lo.ff.eod. Item ad quantitatem pœnæ & interesse, si causa non defendatur.l.iam tamen.§.in hac stipulatione. Item in solidum ob rem non defensam dolo malo. Non enim videbitur defensa res boni viri arbitratu, quæ non in solidum defensa sit. l. ex clausula. Sed fideiussores habent beneficium diuisionis (nisi renunciauerint) ob causam non defensam. l. si ex duobus. & l. ex iudicatum solui.

ACTIO EX STIPVLATV, Rem pupilli saluam fore.

Multæ sunt Actiones, quibus consulitur pupillo. Scilicet de rationibus distrahendis, vt suprà de actio.ex qua.contr. Deinde actione tutelæ directa pro administrationis tutelæ ratione reddenda, & illarum altera alteram perimit. Consulitur etiam ex hac seq. stipul. rem pupilli sal. Item etiam cõsulitur actione pro tutelæ. Item actione in factum contra mentitum se tutorem. Item in factũ contra eum, qui adhibuit falsum tutorem. Item subsidiaria actione aduers.magist.qui non cautè fecerunt pupillo caueri. ff.de magist.conueniendis. De hac materia lege Instit.de tutoribus. Est præterea cautionalis.

ACtio ex stipulatu, Rem pupilli saluam fore, cõpetit pupillo, qui stipulatus est rem sibi saluam fore, siue per se stipulatus sit, siue ipso absente, aut infante, alius stipulatus sit pro pupillo; quia casu vtilis actio ex stipulatu pupil-

pupillo datur ſine ceſſione. ff. rem pup. ſal. fore. l. 1. & l. 2. 3. & 4. & l. 2. C. de magiſt. conuenien. Item datur adulto, & alijs qui in curatione ſunt. Inſtit. de ſatiſd. tut. in princip. Et datur patri furioſo ex ſtipulatione filijfamil. ff. rem pup. ſal. fo. l. ſi filius. Item datur hęredi pupilli. l. 1. §. hanc actionem. ff. de tutel. & rationibus diſtrahen. & vtil. cur. act.

2. Datur aduerſus tutorem legitimum, vel datum ſine inquiſitione finita tutela. l. 4. §. hanc ſtipulationem. Item datur contra protutorem, qui putauit ſe tutorem, cùm non eſſet, & præſtitit hanc ſatiſdationem. d. tit. l. non quaſi. §. illud ſciendum eſt. Et datur ſtatim contra protutorē, apud quem res ſalua non eſt. d. l. §. hanc ſtipulationem. Item datur contra curatorē ſtatim cùm malè quid egerit. C. de adminiſt. tut. l. aduerſus. & ff. rem pupil. ſal. fo. l. 4. §. hanc ſtipulationem, etiam durante adminiſtratione, pro emendatione alicuius damni particularis. d. l. 4. §. fin. Item datur contra fideiuſſores eorum, & datur contra vnum ex pluribus fideiuſſoribus. Ita tamen quòd illi cedantur actiones contra alios. Et non datur tutori beneficium diuidendæ actionis, ne ex vna tutela, cauſæ plures variæq; quæſtiones apud diuerſos iudices conſtituantur. d. tit. l. fin. Item datur contra fideiuſſores, vel defenſores, aut curatores datos bonis, tutore capto ab hoſtibus. d. l. 4. §. ſi tutor ab hoſtibus. Poſtremò ad intereſſe pupilli vel adulti, vel alterius qui ſub cura eſt ob res conſumptas, vel diminutas. Inſti. de ſatiſd. tut. §. 1.

Et datur contra plures pro virilibus partibus, quas quiſque adminiſtrauit. Verùm ita demùm in ſolidum, ſi res à cæteris non ſeruentur,

tur, aut idonea culpa detegatur, quòd suspectum facere supersederint. l. fin. d. tit. & l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutelæ. & rat. &c.

Et datur ad ea, quæ in patrimonio & in iuribus pupilli erant, si non sint salua. d. titul. l. cùm pupillus.

Item ad præstandum id, quod pupillo ex tutela dari fieriq́ oportet. l. penult. Et ad vsuras & fructus. l. si posteaquam. ff. rempub. sal. for.

ACTIO EX STIPVLAtu, de damno infecto.

Hic tit. satis est longus: habet duas in vniuersum Actiones, scilicet de damn. infecto. Cautio ex iussu prætoris. Si mihi non cauerit quis, cuius domus mihi minatur ruinam, mittor in posses. bon. ex primo decreto. 2. Si iussus mihi cauere dam. infect. no. cauerit, & mihi fit damnum, agitur ex stipul. & hic agemus de hoc: & in hoc titulo postremæ ferè leges ad hunc tit. pertinent. Pleræque ll. pertinent ad missionem bonorum. Quandoq; fit damnum rei à re, vt hic per totum titul. Quandoq; personæ à persona. Quandoque à re personæ, & econtrà, & cæt.

Actio ex stipulatu de damno infecto, competit domino vicini ædificij, vel vicini operis, qui stipulatus est de vitio ædium, siue operis, quod vel in ædibus, vel in loco vrbano, aut rustico, priuato, publicóue imminebat. l. eorum. §. vlti. cui posteà damnum contigit, ex vitio rei. l. damni. 1. loc. §. Fabini. & l. fluminum, §. hęc stipulatio, & l. idem Seruius. §. quanquam. ff. de

ff.de damno infect. Item datur ei, cuius in bonis res est, & cuius periculo est. l. damni infect. §. ei qui. Item datur pluribus dominis, cuilibet pro parte sua. l. ex damni. §. quotiens. ff. illo tit. Item datur domino ex stipulatione procuratoris. l. damni infecti. §. si procurator. & l. inter quos. §. si. ff. illo tit. Item datur tam proprietario, quàm vsufructuario, cuilibet pro suo interesse. l. prætoris officium. §. fin. Item superficiario. l. qui bona. §. & superficiarium. Item creditori pignoratitio. l. qui creditori. & l. eorum. ff. eod. Item datur inquilinis contra extraneos, & non contra dominos suos. l. qui bona. §. vicinis. Item datur hæredi, cæterisq́; successoribus. l. si quis missum. d. tit.

2. Contra dominum ædificij minantis ruinã, vel soli aut operis vitiosi, qui ante repromisit de loci & operis vitio. ff. d. tit. l. quamuis. Etiam qui alienauit prædium post damnum datũ. l. si quis missum. Et datur contra plures dominos vitiosarum ædium, pro partibus dominicis. l. plures. & l. ex damni. §. quotiens. ff. eod. Item competit contra superficiarium. l. hoc amplius. §. quæsitũ est. Et fructuarium. d. l. §. Celsus. Et possessorem bo. fid. l. qui bona. Et contra habentem ius in re, putà, seruitutem. d. l. §. fine corpor.

3. Postremò ad interesse totum, putà ad damnum datum ex ruinoso ędificio, vel vitioso opere. Et ad pensiones inquilinorum, qui migrauerunt propter timorem iustum ruinæ. l. in hanc stipulationem. & l. damni. & l. nam si non sit. ff. eod. Et datur ad interesse plurium, scilicet domini soli, & fructuarij. l. inter quos. §. damni infect. ff. illo tit.

ACTIO EX STIPVLATV, Vt vſufructuarius caueat pro vſufructu, pignore, vel fideiuſſore, quod vtatur & fruatur, ſalua rerum ſubſtantia.

COmpetit hæredi & ſucceſſoribus illius, & quibus proprietarius cauit. ff. de vſufruct. quemad. cau. l. 3. Inde competit proprietario, & hæredi illius. d. titul. l. ſi tibi vſufruct. Et competit pluribus dominis proprietatis, vnicuique pro parte ſua. l. ſi vſufructus. §. fin.

2. Aduerſus legatarium, qui cauit ſe vſurum boni viri arbitratu, ſicut bonus paterfamil. vtitur ſua re, & cauit finito vſufructu reſtituturum quod inde extabit ex re mobili, vel immobili, & dolum malum abeſſe abfuturumq́ꝫ. l. huic ſtipulationi. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat. Et contra vſufructuarium quacunque cauſa conſtitutum, ſiue per donationem mortis cauſa, ſiue per fideicommiſſum, ſiue pactionibus & ſtipulationibus, tunc tandem cùm abutitur re, vel non reſtituit vſufructu finito. d. tit. l. 1. Et datur contra vſuarium & legatarium habitationis & operarum, & redditu um prædiorum. d. tit. l. 5. Item datur contra ſucceſſores, quia ſtipulatio in rem eſt. d. l. huic ſtipulationi. Et datur ad intereſſe deteriorationis, quatenus rem priorem vſufructuarius reddidit.

3. Et datur ad reſtituendum, quod vſufructu finito extabit, vel illius æſtimationem.

ACTIO

ACTIO EX STIPVLATV, quæ datur contra fructuarium, pro rebus, quæ vſu conſumuntur.

COmpetit illis, à quibus pecuniæ vſufructus legatus erit. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. l. 2. Item datur hæredi, qui ſtipulatus eſt ſuper iure accreſcendi à ſuo collegatario. d. tit. l. ſi tibi decem. Deinde datur contra legatarium vini, olei, frumenti, pecuniæ numeratæ, qui finito vſufructu earum rerum, promiſit reſtituere. l. ſi tibi vini. & l. tribus. Item contra debitorem, cui vſufructus nominũ eſt relictus. l. ergo cautio. d. tit. de vſufruct. ear. &c. Item ad æſtimationem reſtituendam eius qualitatis. l. ſi tibi vini. & l. 1. ff. de vſufr. ear. rer. c. 1. de pignorib.

ACTIO EX STIPVLATV, quæ interponitur ab hærede legatario, pro legatis in diem, vel ſub conditione præſtandis.

DAtur legatario, qui ſtipulatus eſt ab hærede, vt ſibi detur, vel fiat, quod teſtator voluit, dolumq; malum abfuturum. ff. vt legat. ſeu fideicommiſſ. no. ca. l. 1. Item datur fideicommiſſario vniuerſali vel particulari, etiam appellata fideicommiſſi petitione. l. poſtquam. §. Imperator. d. titul. Item datur ſucceſſoribus legatariorum, & procuratoribus, & illis quorum iure ſubiecti ſunt. d. l. 1. §. fin. Et datur pluri-

pluribus contendentibus de legato. l. si duo. d. titul.

2. Aduersus hæredem, cuiuscunque sit dignitatis, vel facultatum quarumcunque, qui promisit legatario dari fieríue quod Testator voluit, dolumq; malum abfuturum: quod tamen veniente die, vel existente conditione non dat aut facit. d. l. 1. Etiamsi prætermissa institutione ab intestato hæreditatem possideat. l. ei qui. Item contra fideicommissarios, à quibus est relictum. d. §. Imperator. Siue res, hæreditas, vel legatum, sit relictum, ex die vel sub conditione, & etiam puro, si hæres differt soluere, pendente iudicio. l. hæc stipulatio. in d. tit. Item datur contra fideiussores. l. postquam. Et datur etiamsi incerta summa sit relicta. l. si quando. & l. si à te hærede. Item contra successores hæredum. d. l. 1.

3. Ad res legatas si extant, aliàs ad precium rerum, si culpa hęredis perierunt. d. l. 1. § . item quęritur. Item competit ad incrementum ex fructibus, vel vsuris ex mora. l. 1. §. bellissimè quæritur, illo tit.

ACTIO EX STIPVLATV, contra illum, qui rogatus est restituere, quicquid post mortem eius ex hæreditate superit.

COmpetit ei fideicommissario, cui testator iussit, vel illius liberis restituere, quicquid de bonis testatoris apud grauatum tempore mortis illius superfuerit. C. ad Trebell. Auth. contrà cùm rogatus. Secundò, contra illum, qui graua-

grauatus est post mortem suam restituere, quicquid ex hęreditate grauantis penes ipsum supererit: & qui promisit de reseruanda ad minus quarta parte bonorum, qui tandem dedita opera interuertendi fideicommissi causa, donationibus, vel alijs modis quartam institutionis suæ partem diminuit. d. Authent. contrà cùm rogatus. Et in Authent. de restitutionib. per tot. Tertiò, ad supplendum ex illius substantia, qui rogatus fuit restituere, quod ex hæreditate superest, si absque liberis decesserit.

Duodecim sunt species quartarum. Vna iure Naturæ, quæ liberis, parentibus, &c. l. quæritur. C. de inoffic. testam. Illa debetur liberis, parentibus exhæredatis. In eam quartam computantur omnia data liberis. De illa quarta tit. sunt vbique, de inoffic. testa. Illa hodie est aucta, in tit. de triente & semisse. In Nouellis olim dabatur quadrans, iam pluribus datur semissis. Secunda quarta iure institutionis debita hæredibus, Falcidia scilicet, quam defalcat à legatis. In illam computantur quæ capiuntur iure hæreditario, & legatario. Tertia Trebellianica, vel quæ defalcatur à fideicommisso. Parum interest inter illã & Falcidiam, quoàd illam stipulationem, vt illa sit salua hæredi. Quarta. Alia est quarta, quę debetur à constitutione D. Pij. Huc pertinet arrogatio. pater cogitur de resti. omnium bonorum filij arrog. l. si arrogator. ff. de adop. l. fi. ff. si quid in fr. patro. Quinta quarta, quam cogitur libertus præstare, si decedat sine liberis, patrono. Instit. de success. libert. Sexta, quando quarta debetur decurionibus. ff. & C. de decur. Septima est, quæ debetur vxori inopi, de bonis mariti, quam ille repudiauit sine culpa. l. fin. C. de repu.

Octaua, quæ debetur vxori indotatæ: si moriatur, cogitur dare quartam bonorum mariti, etiamsi extant liberi tres, vel pauciores. Authentic. præterea. C. vnde vi & vxor. Et in Nouellis, vnde desumpta est illa Authentica in C. Nona, debita quarta curiali & officiali, id est, ei qui adscriptus est Curiæ. Authent. sed neque. C. de episco. & cler. Decima, quam debent clerici ex quasi peculio suis parentibus. Vndecima, quæ debetur parrochis, de illis, qui sepeliuntur in aliena parrochia, &c. Hæc sunt euidentialia in Actiones duas sequentes.

ACTIO EX STIPVLATV, per quam legatarius vel fideicommissarius promittit hæredi restituere, quicquid spectat ad grauatum ratione Legis Falcidiæ.

COmpetit hæredi, cui legatarius vel fideicommissarius satisdedit, etiam post soluta legata, si apparuerit eum amplius legatorũ nomine cepisse, quàm ex l. Falcidia capere licebat, quanti ea res erit, tantam pecuniam daturũ, dolumq; malum absuturum. ff. si cui plus quàm l. Falcid. licu. legat. ess. dic. l. 1. §. 1. Item datur pupillo, hæredíq; eius, si in pupillaribus tabulis plus sit relictum. d. l. 1. §. 1. Et datur omnibus hæredibus. d. l. 1. §. 2. Et datur legatario, à quo fideicommissum relinquitur. d. l. 1. §. penult. & l.. videamus.

2. Contra legatarium cuiuscunque conditionis,

nis, qui satisdedit hæredi, vt quod amplius nomine legati recepit, quàm ratio leg. Falcidiæ patitur, illud hæredi restituat. d.l. hæc autem satisdatio. §. hæc autem cautio. Vel etiam qui satisdedit euicta hæreditate legata reddi hæredi. l. nisi. §. si legatarius. d. tit. Item datur contra donatarium mortis causa: quia etiam in illa donatione locum habet Falcidia. d.l.1. §. in mortis causa. Item contra legatarium, qui supra debitam patrono partem recepit, id est, tertiam ex hæreditate liberti. d.l.1. §. fin.

3. Postremò datur ad dandam tantam pecuniam, quanti ea res erit, quæ amplius quàm per leg. Falcidiam licet relicta est. d.l.1. in princip. Et datur ad restituẽdum legatum pro toto, vel pro parte, iuxta rationem leg. Falcidiæ. d. l. 1. §. hæc verba stipulationis.

ACTIO EX STIPVLATU, ARROGATORIS VEL ARROGATI.

COmpetit arrogato vtilis saltem, sine cessione, cui arrogator impuberis, mediante tabellione, cauit, si intra pubertatem decesserit, restituturum se bona illis, qui, si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi essent. Instit. de adopt. §. cùm autem. C. eod. l. 2. ff. eod. tit. l. nec ei. §. fin. vsque ad l. qui in adoptionem.

Item, datur etiam legatario, cui relictum fuit in testamento pupillari, ex substitutione pupillari. ff. d. tit. l. his verbis. Item competit hæredi arrogati impuberis, mortui in arrogatione, ad quem bona peruenissent, si arrogatio non fuisset facta, ff. d. tit. l. hæc autem satisdatio. Sed si filius

arrogatus ante patrem arrogatorem decedat, emancipatus, in pubertate &c. nihil competit hæredi, quia non transmittit facultatem hanc petendi ad hæredem, sicut nec facultatem petendi quartam. Docto. in l. si arrogator. d. tit. in ff.

2. Aduersus arrogantem filiũ sui iuris, à quo tabellio stipulatus est de restituendo omnia bona, quæ habet de bonis pupilli arrogati. l. non enim aliter. & l. si arrogator. ff. de adoptio. & l. impuberem. C. eo. tit. Item contra hæredem patris arrogatoris, defuncto arrogatore, & adoptiuo impubere. ff. de adoptio. l. si arrogator.

3. Postremò datur ad reddenda bona sua arrogato emancipato, statim post emancipationẽ, quæ ad patrem adoptiuum transtulit, & quorum commodum postea ei acquisiuit. Instit. de adopt. §. item non aliter.

Verùm quartam partem partis quam habuisset ex bonis arrogatoris, ab intestato, condicit arrogatus ex constitutione D. Pij, quia sine causa iusta emancipauit, vel exhæredauit eum. ff. de collat. bonorum. l. 1. §. si impuberi. & de inoffic. testa. & l. Papinianus. §. si quis impubes. Etsi arrogator in fraudem illius quartæ alienasset sua bona, tunc reuocarentur per Fauianam actionem, vsque ad conuenientem quantitatem. l. vlt. ff. si quid in fraud. & cæt. Sed in illa quarta pater arrogator potest substituere. l. si arrogator. ff. de adopt.

ACTIO EX STIPVLATV, Pro rebus morbosis vel vitiosis, siue de euictione de dupla.

Com-

COmpetit emptori, qui ſtipulatus eſt venditionis tempore, rem non vitioſam, neq; morboſam præſtari, ex ædilicio edicto. ff. & C. de ædil. edict. & de ædil. actionib. Item qui ſtipulatus eſt in rebus precioſis, habere licere, & tamen emptor aliquo agente ad reſtituendũ condemnatus eſt, aut decidit à poſſeſſione. l. edicta. §. duplæ. Vel res ita amittitur, vt eam emptori habere non liceat, propter ipſam euictionem. l. ſi ſeruus venditus. §. 1. ff. de euict.

2. Aduerſus venditorem, qui promiſit iumentum vel ſeruum, ſanum eſſe, & non vitioſum: vel aliam rem non eſſe vitioſam, & non eſt: vel promiſit de euict. & res eſt euicta. l. ſi fundus. & l. euicta. §. duplæ. ff. de euictio. & l. ſi ſeruus. l. ſi ſeruum. l. ſi rem. d. tit. ff. Item contra fideiuſſorem euicta re poſt laudatum auctorem. l. auctore laudato. & l. exceptione. C. eod. Item contra pupillum tutore vendente. l. illud quæritur. ff. de euict. Item contra hæredes venditoris. l. ſed & ſi poſt mortem. ff. eod. & l. cùm ſucceſſores. C. eodem.

3. Ad intereſſe emptoris. d. l. euicta. §. ſi. In quo continentur fructus, & melioramenta. C. de euictio. l. ſi controuerſia. Et datur ad duplum, triplum, vel quadruplum. ff. de euict. l. ſi dictum fuerit, vel quantum in ſtipulationem deductũ eſt. C. eo. l. ſi tibi liberam. quod ex conſuetudine loci, vbi contractus celebratus eſt, ſpectandum venit. l. ſi fundus. ff. de euict.

Calumniari, eſt ſcienter falſum intẽtare. Præuaricari, eſt vera crimina abſcõdere. l. præuaricatores. ff. de ver. ſig. & l. athletas. ff. de his qui no. infa. Tergiuerſari, eſt deſiſtere in vniuerſum à cœpta accuſatione. l. 1. ff. ad ſenatuſconſ. Turpill.

ACTIO IN FACTVM, EX Edicto, de calumniatoribus.

COmpetit illi, qui pecuniam dedit, ne calumniosam accusationem pateretur, vel aliud negocium calumniosum. Vel illi, qui mandauit aut ratificauit. Instit. de actio. §.quadrupli autem. Item illi datur, in cuius læsionē pecunia data est, vt ei calumnia fiat. ff. de calum. l. & generaliter. §. illud erit notandum. Item datur domino, cuius mandato pecunia data est, ne sibi negocium calumniosè fieret: vel si à procuratore suo, vel negociorum gestore, pecunia data sit, ne sibi negocium pecuniarum vel criminale calumniosè fieret. d. tit. l. si quis ab alio. Item datur patri ob acceptum compendium, vt filiofamiliâs negocium fieret. d. l. si quis ab alio. §. si vt filiofamiliâs. Item datur hæredi dantis pecuniam, vt non fieret calumnia, in simplum, d. tit. l. hæc actio.

2. Aduersus eum, qui, vt calumniæ causa negocium pecuniarum, vel criminale faceret in iudicio ordinario, vel non faceret, pecuniam accepisse dicetur, ante vel post iudicium, ab aduersario, vel alio quocunque, siue fecerit, siue non fecerit: sufficit enim pecuniam accepisse. d. tit. l. 1. Et datur in accipientem quodcunque compendium pro pecunia, vel etiam liberatum ab obligatione, vel accipientem gratuitam mutuam pecuniam, siue sibi, siue alij suo nomine data sit pecunia, eo iubente vel ratificante. d. l. 1. §. fina. cum duabus legibus sequentibus. Item contra filiumfamiliâs, qui pecuniam accepit, vt calumniosè faceret negocium, vel non faceret. d. l. si quis

ab

ab alio. §. si vt filiofamiliâs. Item datur contra accipientem pecuniam, vt desistat ab accusatione criminosa. d. tit. l. penult. Item datur contra dantem pecuniam, vt alteri negocium calumniosum fieret, vel non fieret. Prætereà datur contra hæredem, in id quod ad eum peruenit. Nam turpia lucra ab hæredibus, etiá extorqueri, constitutum est, licèt crimina extinguantur. l. in hæredem.

3. Postremò datur ad quadruplum eius pecuniæ, quam quis accepisse dicitur infra annum, qui non currit ignorantibus: nec his qui experiundi potestatem non habent. d. tit. l. annus. Et datur in simplum post annum. ff. de calumniatorib.. l. 1.

ACTIO IN FACTVM, EX Edicto, De alienatione iudicij mutandi causa facta.

AN Redemptio litium sit iure concessa? Diuersa sunt iura de redemptione litium: hic solùm loquemur de cessione litium inter viuos, & conuentione quidem. Diuersimodè iura prohibent cessiones litium, Daß einer ein streitig Gût auff einen andern wendt. C. ne liceat potentioribus patr. litig. præstare, in quo prohibetur id &c. In eo. tit. prohibentur omnes magistratus, qui habent officia publica, ne in se suscipiât alienas lites. Nam alioqui per sententiá perdunt ius suũ. Alius est titulus de litigiosis, quando res iam est litigiosa & mota. Ibi idẽ prohibetur, lite pendẽte nil debet innouari, scili

cet voluntaria alienatione. & l. alienationes. ff. famil.hercis. Tertia Actio est de hæreditate, vel venditione vendita. Vide eum titulum: ius permittit id, si fiat sine simulatione, & vsq; ad quantitatem concurrentem precij. C. eod. tit. Quartus titulus de ea re est titul. hic, De alien.iud.mut. caus.fa.

ACTIO IN FACTVM, quæ datur propter alienationem mutandi iudicij causa factam.

Illa Actio tria requirit. l. 1. C. eod. & c. 1. in glo. extr. eod. Primùm quòd res sit alien. causa futuri iudic. non præsentis iam moti. Secundò, quòd dolo alienet & constituat aduersarium duriorem. Tertiò, quòd intersit Actoris. Vide illa in illo tit. de alien. cau. iud. fact.

IN factum Actio, quę datur propter alie. mut. iudic. cau. fact. competit ei, qui, dum deliberasset mouere alteri actionem, realem vel personalem, in rem tamen scriptam, quam rem possessor alienando, duriorem aduersarium suo loco substituit, data opera, in fraudem. ff. de alienatione iudicij mutandi causa facta. l. 1. & C. eod. tit. l. 1. Idem si fiat alienatio in dolum iuriũ prædiorum. l. non solùm. §. ad iura. ff. eod. Et datur hæredi, quia rei persecutionem arbitrio iudicis continet. d. l. non solùm. §. fin.

2. Aduersus alienantem rem, pro qua intelligebat sibi negocium futurum, in aduersariũ alterius prouinciæ, aut potentiorem, aut aliũ qui vexa-

vexaturus ſit. d. l. 1. Et datur contra transferentem dominium vel poſſeſſionem. d. l. non ſolùm. Item datur contra alienantem locum, in quo opus vi aut clam, ſiue ad aquam pluuiam arcendam factum eſt: vel in quo opus nouum nunciatum eſt. d. tit. l. 3. §. item ſi locum, cum §. ſequen. Item datur contra tutorem, vel curatorem alienantem rem pupilli, vel adulti. l. nam etſi obligat. Item contra hæredem, vel bonorum poſſeſſorem minimè datur: neque etiam poſt datur, quia videtur ex delicto dari. d. l. non ſolùm. §. fi. cum duab. leg. ſeq.

3. Ad quanti Actoris interſit, alium aduerſarium non habuiſſe. d. l. 1. Fortè ſi quas impenſas fecerit, aut ſi aliquam incommoditatem paſſus erit, alio aduerſario ſubſtituto. l. 3. §. penult. ff. illo tit. Vel res vſucapta eſt ab eo, cui alienata eſt. Nec peti ab hoc poteſt. ff. de alienat. mutan. iudicij cauſa. l. item ſi res. In ſumma, Intereſſe hoc extrinſecum eſt, & attenditur ratione perſonæ, in quam alienatio facta eſt, reſpectu alienantis. Putà, ſi in Clericum vel Eccleſiam, aut Minorem alienatio facta ſit. Nam illi, ratione priuilegiorum, cenſentur duri aduerſarii. extrà, eod. cap. 1. & l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligatio. Item attenditur hoc intereſſe loci ratione, Putà, ſi alienatum ſit in hominem alterius prouinciæ. Tertiò, attenditur ratione cauſæ, quia alienatum eſt per titulum, cùm alienans poſſidebat ſine titulo. Quartò, attenditur hoc intereſſe ratione rei, quia res fauorabilis eſt facta, vt l. quia etiam. §. ſed etſi hominem, & cæt.

ACTIO IN FACTVM, ADuersus Mensorem, qui falsum modum dixerit.

COmpetit emptori vel venditori, qui mandauit mensurã agri fieri, deinde deceptus fuit per mensorem. ff. si mensor fals. mo. di, l. 1. cum l. seq. Hoc est, competit ei, cuius interfuit falsum modum renunciatum non esse. Hoc est, emptori plus danti, vel venditore fraudato ab mensore, cui obfuit renunciatio: l. siue modus. §, competit. ff. illo tit. Et hæredi, similibusq; personis. l, si duobus. §. vlt. quia à suscepto negocio originem accepit. l. hæc actio. ff. illo tit.

2. Aduersus Mensorem agri, ædificij, frumenti, vini, siue seruitutis alicuius, qui fefellit dolo malo, vel lata culpa, in modi renunciatione per se vel per alium, siue literas. d. l. 1. & l. si mensor. §. fin. cum duabus legib. sequentib. Item competit aduersus dominum nomine serui mensoris, falsò renunciantis noxaliter. d. l. si duobus. §. vlti. Et aduersus plures, singulos in solidúm, sed altero conuento, si satisfecerit, in alterum Actio denegatur. d. l. si duobus. Item contra architectum & redemptorem, qui mentitur in mensura tigni, vel lapidis. Et aduersus tabularium, qui in computatione fefellit. d. tit. l. fi. Item contra hæredem nõ datur, similesq; personas: quia est pœnalis, respectu mensoris, sed rei persecutoria, respectu Actoris. d. l. si duobus. §. vlt.

3. Ad interesse, quando non superest Actori aliud remedium. ff. si mensor fals. mod. l. si mẽsor, Item datur ad residuum modi, quem à venditore consequi non potuit, d. l, si mensor. §. 1.

ACTIO IN FACTVM, EX Edicto, Si quis testamento liber esse iussus sit, & post mortem domini ante aditam hæreditatem surripuisse quid dicatur.

COmpetit hæredi instituto, seu bonorum possessori, post aditam hæreditatē defuncti, seu post agnitam bonorum possessionem, ad quem propter admissum dolum serui, minus ex bonis manumissoris testamento peruenit. ff. si is qui testa. lib. ess. ius. erit. l. 1. in prin. Item datur ei, qui substitutus est pupillo. d. tit. l. 1. §. si pupillus. Item datur hæredib. cæterisq; successoribus. d. l. 1. §. item hæredi.

2. Aduersus seruum iussum esse liberum, vel purè legatum à testatore domino, qui surripuit aliquid de bonis hæreditarijs, proprijs, siue depositis, commodatis, pignoratis, vel bona fide possessis apud defunctū. d. l. 1. §. in summa, illo ti. Et hoc si dolo malo, vel lata culpa, post mortem testatoris ante aditā hæreditatē seruus ille quid corripuisse, surripuisse, vel dissipasse dicitur. d. tit. l. 1. Et tunc tandem competit aduersus seruū, quando peruenit ad libertatem. d. l. 1. §. qui tamē. Vel quocunque casu dominium in seruo mutatur, amittitur: vel libertus competit post interuallum modicum aditæ hæreditatis. d. l. 1. §. si seruus. Sed contra hæredem non datur, quia ex delicto venit. l. 1. §. vlt.

3. Postremò ad duplum rerum subtractarū, vel damnorum intra annum vtilem, in quo duplo non continetur rei persecutio, d. l. 1. in princ.

Et

Et datur ad solidum consequendum in duplũ, à singulis seruis, qui dolo malo quid admiserunt, & nullus eorum liberatur, etsi vnus conuentus præstiterit, cùm ex delicto conueniantur. d. l. 1. §. vltimo.

ACTIO IN FACTVM, ADuersus illum, qui sciens se esse liberum hominem, passus est se venundari emptori nescienti.

DAtur ementi liberum hominem, qui patitur se vendi pro seruo, dolo malo. l. rectissimè, cum multis sequentibus, ff. de liber. caus. Item datur accipienti illum dono in dotẽ, aut pignori. d. tit. l. vsufructum. Item datur pluribus ementibus pro parte, vel in solidũ, secundum quod emerunt: nec alterius scientia alteri nocebit, vel ignorantia proderit. l. non solùm. §. 1. d. tit. Datur pluribus successoribus emptoris. d. l. nõ solùm. Deinde datur aduersus illum, qui sciens se esse liberum hominem, passus est se vendi ad participandum precium emptori nescienti. d. tit. l. liberis. §. 1. Et non datur contra successores, cùm sit pœnalis. l. vtique. d. tit. Postremò datur ad duplũ eius quod emptor, propter emptionem, vel dedit, vel permutauit, vel compensauit, vel obligatus est venditori. d. tit. l. in tantum. Et datur intra annum. l. vtique. & l. non solùm. §. fin. ff. de libe. cau.

Vide tit. si quis omissa causa test. ab intest. pos. &c. Vbi alia est Actio, de qua suprà semel atque iterum incidenter egi, scilicet Actio in factum ex edi-

edicto, Si quis omissa causa, &c. De qua suprà etiam, in Actione de Testamento.

Potest etiam addi Actio Iniuriarũ prætoria, cùm suprà egerimus de Ciuili, quæ repete. Nam pro iniuria facta verbo vel conuitijs, quæ non descendit ex l. Cornelia. Ciuilis verò oritur ex iniuria manu, pulsando, vel verberando. l. item apud Labeonem. ff. de iniur. Ciuilis datur etiam post annum, non item prætoria. l. si non conuitij. C. de iniurijs.

DE EXCEPTIONIBVS.

DE SIGNIFICATIONE TItuli, qui est in ff. de Exceptionibus, Præscriptionibus, & Præiudicijs.

EXCEPTIO & Præscriptio, idem, non diuersa, significant. l. præscriptionem. & l. fin. C. de except. ff. de adult. l. si maritus. §. præscriptionibus.

Exceptio autem est Actionis exclusio. l. 1. in princip. ff. de except. Allusione vocis pro definitione posita, vt in l. 1. ff. de acquir. posses. Nam regulare est in iure, quando definitio non est, vel quando allusio non cõtradicit definitioni, tunc stamus allusioni. Angel. Instit. de testam. in principio.

Præiudicium importat Exceptionem, quæ opponitur, ne per Actionem, quę intentatur, fiat præiudicium alteri causæ, maximè maiori. l. generale. & l. fundum. ff. de exceptio. & l. per minorem.

rem. ff. de iudic. Vt si agis seruitutem tibi deberi ad fundum quem possideo, de quo antè instituisti rei vendic. tunc excipio, quòd præiudicium illi fundo non fiat, quoàd proprietatis causam: quia non aliter mihi deberi probaturus sum, quàm priùs probauero, fundum illum meũ esse.

Defensio latiùs patet quàm Exceptio. text. gl. & Docto. c. 1. de lit. contest. in sexto. Vnde si statutum excludat Exceptionem, propterea non intelligitur exclusisse defensionem, & officium iudicis. Bart. l. 1. §. parui. ff. quod vi aut clam. Bart. Bald. & Angel. in l. planè. ff. de petit. hæred. Vnde Exceptiones intentionis, dicuntur defensores, secundùm Specul. in tit. de except. in principio. versic. defensores autem. Licet defendere, quandoque accusare significet. Text. cum glos. in l. si quis cùm fundum. C. ad leg. Iuliam, de vi & cęt. & l. non prohibetur. C. qui accus. non poss. Item agere significat. glos. & Barto. l. 1. ff. de iur. & fact. ignor.

Exceptio est ius Reo competens, ad elidendã excludendámue Actoris intentionem, text. & gl. l. 2. ff. de excep. Vel: Exceptio est actionis vel intentionis exclusio. Abb. & Felin. in Rubr. de except. extrà. vbi vide exempla.

DIVISIO EXCEPTIONVM.

EXceptionum alia est Actionis, siue Iuris. Alia est facti, seu intentionis. Exceptio Actionis seu Iuris, est, quæ actionem præsupponit, vel aliquam obligationem, siue Ciuilem. Vt exceptio, Quod metus causa, Doli mali, Nõ numeratæ pecuniæ, Pacti conuenti, Iusiurandi voluntarij. Vel præsupponit obligationem naturalem.

lem. Vt Exceptio, Rei iudicatæ, & iurisiurandi necessarij. vt Instit. de except. per tot.

Aliæ sunt intentionis, seu facti, quæ dicuntur Actori non competere, nec vnquam competijsse Actionem. Bald. in l. peremptorias. C. senten. rest. non poss. Iason. in l. qui se debere. ff. de condi. ob caus. Putà, si quis prætensè agat, cùm de iure nulla sibi competat actio, sed si repetat, quod liberaliter donauit. ff. de except. l. penult. Vel cùm de facto agitur, & de facto excipitur. l. vbi pactum, vbi glo. & Docto. C. de transact. Vel quando agitur ex promissione turpi. l. generaliter. ff. de verbor. oblig. glo. in l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de pact. & in l. penult. ff. de condi. ob turp. caus.

Vel si Actio non datur, quia obligatio est contra bonos mores. l. stipulatio hoc modo conce. ff. de verbor. obliga. Vel quia est onerandæ libertatis causa. l. 1. §. quæ honorandæ. ff. quarum rerum actio non datur. Cuiusmodi sunt, Exceptio vsucapionis, per quam quæritur dominium directum & vtile. glo. & Bald. in l. in rebus. versic. exceptio. C. de iur. dot. Ostendit enim Exceptio vsucapionis nullum ius competere aduersario. Item Exceptio pacti de non agẽdo ex maleficio, quia per illud tollitur tota obligatio, ex maleficio descendens. l. si tibi decem. §. quædam. ff. de pactis. Item exceptio pacti de non petendo, facti ei qui tutus erat alia exceptione, putà, Macedoniani, vel Velleiani, glos. & Docto. in l. legitima. ff. de pactis. Item exceptio pacti de non petendo, sequuta absolutoria, quo casu pactum tollit naturalem obligationem, sentẽtia verò ciuilem. Iason & Bart. in §. pactus. in l. si vnus. ff. de pact. Item exceptio filij, quod non possit conueniri, quia

quia non immiscuit se hæreditati paternæ, est exceptio intētionis & facti. Bald. in l. 1. vlt. quæst. C. communia, de legat. In summa, omnis exceptio litis finitæ, quę præsupponit agentem experiri sine actione, est exceptio intentionis. Angel. Instit. de except. §. æquè si debitor. Docto. in c. 1. de lit. contest. lib. 6.

SECVNDA DIVISIO.

Exceptionum aliæ sunt declinatoriæ iudicij, quæ respiciunt iudicium, & personas in iudicio existentes: vel respiciunt rescriptum, putà, personam Iudicis, Actoris seu accusatoris, vel procuratoris. In summa, quæ respiciunt agentem suo vel alieno nomine. Item iudicem, siue ordinarium, siue delegatum. Et huiusmodi declinatoriæ iudicij, debent opponi & probari ante litem contestatam, vel ante primum actum, qui sequitur litis contestationem, in causis vbi contestatione opus non est. Vel debent proponi ante terminum præfixum ad dilatorias opponendas. Quam regulam vide apud Canonistas, in c. exceptionem, de except. & in c. insinuante, de offic. deleg. & in c. pastoralis, de except. & in c. inter monasterium, de re iudic. Vide apud Legistas in l. error. in ver. facti. C. de iur. & fa. ignor. Item in l. ita demum. Vbi Iason. C. de procuratorib. Item in l. exceptionem. C. de probat. & l. penult. & vlt. de except. in C. & Angel. Instit. de except. suprà Rubr. vers. in exceptione autem dilatoria.

2 Aliæ sunt Exceptiones dilatoriæ solutionis, quæ concernunt negocium principale, vel rem, de qua agitur, quæ ad tempus nocent Actori, & temporis dilationem tribuunt. Instit. de except. §. ap-

§.appellantur autem.ff.de except.l.3.§.temporales. Vt sunt, Exceptio pacti de non petendo intra certum tempus. Item Exceptio dilationis, quæ datur condemnatis. vt l. 2. C. de vsur. rei iudic. Item Exceptio inuentarij, tam iudicio differendo, quàm solutioni differẽdę, obijci potest Bald. in l.scimus. §.donec. C.de iur. deliber. Item beneficium quinquennale, ex l.quoties. C. de precib. Imp.offer.

Dilatoriæ solutionis ante litis cõtestationem proponi possunt. Sed debent probari postquàm Actor suam intentionem probauerit.text.& Docto. in l. exceptionem. C. de probationibus. Et Canonistæ in c.exceptionem, de except. Et sunt ideò duplicis naturę: nam in quantum excludũt præsentem condemnatione, habent naturam dilatoriæ.Sed inquantum examinantur cum negocio principali, tunc habent naturam peremptoriam.Bald.in d.l.except.

Peremptoria Exceptio est, quæ semper agenti obstat, etiamsi steterit per 1000. annos, quòd nõ conuenerit ipsum Reũ. Nec enim est in potestate Rei, quando conueniatur. ff.de excep.dol.mal.l. purè.§.fin.C.de dilat.l.si quando. Et huiusmodi Exceptiones dictæ sunt perpetuæ, etiamsi actio, quæ per eas eliditur, fuerit temporalis: quia quę temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. l.3.in princ. ff.de except.C.eodem tit.l.licet. Nisi Actio temporalis competeret iure speciali contra ius commune, tunc tantùm duraret Exceptio, quantum Actio.l.Papinianus. §.filius.ff.de inoffi.testam.vbi querela inofficiosi non porrigitur vltra quinquennium, siue agatur, siue excipiatur.Bar.& Bald.in l.quamdiu.ff. de acquir.hær.Instit.d.§.appellantur. Et dicun-

tur peremptoriæ, quia rem, de qua agitur, perimunt. d. §. appellantur.

REGVLA, QVANDO SINT proponendæ.

Exceptio peremptoria poteſt opponi & probari ante ſententiam, & non poſtea. l. peremptorias. C. ſentent. reſtit. non poſſ. l. præſcriptionem, C. de except. Vide Canoniſtas, præſertim Abbatem & Felin. c. exceptionem, de except. Poteſt etiam obijci ante litem conteſtatam. l. emptor. C. de long. temp. præſcr. l. ſi quidam. C. de except. §. exceptio. 3. quæſt. 6. Sed de neceſſitate debent opponi poſt litem conteſt. & ante ſententiam probari. facit l. 1. & ibi Docto. C. de iur. & fact. ignor. Poſt concluſionem autem in cauſa nihil poteſt allegari & proponi. cap. cùm dilectus, de fide inſtrum. Innocen. in c. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ. & propriet.

Fallit hæc regula, vt eſt apud Panorm. d. c. exceptionem. & apud Speculat. tit. de except. §. dicto. & apud Sozinum in regula 127. Et aliàs fallentias vide apud Bald. & Salicet. l. 1. C. de iur. & fact. ignor.

Exceptiones quæ poſt ſententiā opponi poſſunt, ponit Angel. in §. appellantur. Inſtitut. de exceptio. Legiſtæ in l. 1. C. de iuris & facti ignoran.

Anomalę Exceptiones Medię vel Mixtę, ſunt quæ nec dilatoriæ, neque peremptoriæ ſimpliciter cenſentur, ſed participant aliquādo de vtroque, quia & ante lit. conteſt. & poſt. Item poſt ſententiam opponi poſſunt, vt eſt exceptio excōmunicationis, quæ quādocunque obijci poteſt, Clem. 1. de

i, de except. Item falsi procuratoris exceptio, & inepti libelli, & quælibet quæ reddit iudicium retrò nullum, quandocunque opponenda. c. in nostra, de procur. & l. licet. C. de except. Item exceptio non numeratæ pecuniæ potest dici anomala: quamuis glo. §. appellantur. Instit. de except. dicat eam temporalem, biennij vel 30. dierum. l. in contractibus. C. de non num. §. fi. Instit. de liter. oblig. Sic exceptio non numeratæ dotis potest dici anomala. C. de dote cauta non nume. l. fin. & Authent. ibi posita. Item exceptio diuisionis debiti inter debitores, ex epistola diui Adr. verè est anomala. Ioan. Fab. in §. si plures. Inst. de fideiuss. Bart. in l. si dubitet. & l. fideiussores, de fideiuss. Item exceptio ordinis, vt priùs excutiatur principalis, est anomala. Ferrar. in forma responsionis rei conuenti, versic. saluis alijs except. in pract. sua. glo. l. 3. in fin. ff. de excep. Sed Ias. in l. decem. ff. de verb. oblig. tenet, quòd fideiussor beneficium excussionis ante litis contestat. debeat opponere. Idem tenet Bald. in Authen. præsente. C. de fideiussorib.

De anomalis vel dubijs Except. vide omninò glo. fin. l. 3. ff. de except.

TERTIA DIVISIO.

Exceptionum aliæ sunt personales, quæ personis cohærent, vel personarum qualitatē concernunt potiùs, quàm radicem obligationis. Bal. in l. tam mandatori. C. de non numer. pecun. Putà, quæ ex beneficio principis personæ concessæ sunt, vt beneficium quinquennalis dilationis, vel saluus conductus. Bal. in l. quoties. C. de precib. imper. off. Vel ex concessione legis aut statuti speciali vel generali, ratione personæ concessæ

ſunt. l. etſi fideiuſſor. ff. de re iudic. l. 1. & 2. C. de fideiuſſ. minor. Et tales exceptiones merè perſonales, non tranſeũt ad alios, vt Exceptio, quòd quis teneatur in id quod facere poteſt, ſoli donatori competit, & non alteri prætendenti cauſam ab eo onerosam, vel etiam lucratiuam: nec ea vtitur donatoris hęres, neque fideiuſſor. l. Neſennius. vbi Iaſo. ff. de re iudic. Item talis exceptio eſt perſonalis, tam ex parte opponentis. l. ſi cùm procurator. & l. ſeq. ff. de re iudic. quàm etiã ex parte eius, contra quem opponitur. Vnde nõ poteſt opponi contra habentes cauſam etiam lucratiuam, ab ipſo principali. Poſtremò huiuſmodi exceptiones perſonales ſucceſſori nõ competunt, niſi fideiuſſori, emptori, donatario, vel legatario, à principali ædantur, & ceſſionarius, procurator in rem ſuam conſtituatur, iuxta l. ab Anaſtaſio. & l. per diuerſas. C. mandati.

Aliæ ſunt exceptiones rei cohærẽtes, quę concernunt rem ipſam, circa quam, vel de qua principaliter agitur, vel concernunt radicem obligationis. Angel. ſuper Rubric. de except. Inſtit. in §. venio nunc ad 5. Vt eſt exceptio Macedoniani, & aliæ commemoratæ in l. exceptiones. ff. illo titul. Et tales tranſeunt actiuè & paſſiuè in ſucceſſorẽ, ſine aliqua ceſſione. ff. de do. mal. l. apud Celſum. §. fin. & ad Maced. l. ſed Iulianus. §. non ſolùm. Vnde regula traditur ab Angel. d. loco: Omnis exceptio ſeu defenſio realis competens Reo, etiam cuicunque pro eo, quomodocunque obligato competat. Inſtit. de rep. §. vlt. Vnde competunt fideiuſſori, etiam inuito Reo. l. omnes. ff. de exceptionibus. & l. defenſiones. C. eo. & l. ex perſona. ff. de fideiuſſ. Item competunt etiam illi cuius quomodolibet intereſt, l. penul. & l. tam mãdatori.

datori.C.de non numer.pec.& l.& hæredi.§.fin. ff.de pact. Item reales exceptiones competunt etiam singularibus successoribus. l.fluminum. §. adijcitur.ff.de dam.infect.c.is qui in alterius ius. de reg.iur.vbi Dynus. Si modò est eadem æquitas in singulare successore, quæ erat in illius authore.l.dolia.§.eum. ff.de contrahenda emptio. Beneficium enim venditoris prodest emptori.l. emptori. ff.de hæred. vendit. Si verò non sit eadem æquitas in persona successoris, non transeunt in singularem successorem. l. quæsitum. §. si annua.ff.de peculio.

QVARTA DIVISIO.

Exceptionum aliæ sunt fauorabiles, quę eius causam principaliter tangunt, cum quo agitur, licèt secundariò in odium eius contra quem conceduntur.l.qui exceptionem.ff.de condi.ind. vt est exceptio Velleiani. Item dotis. Item feriarũ. Similiter si ex statuto in fauorem personæ competat exceptio. Vt Bart. & Paul. de Castr. in d.l. qui exceptionem. Tutus exceptione, perpetua fauorabili, si per errorem facti vel iuris soluat, repetere potest.ff.de condit. ind. l.qui exceptionem. Quod intelligitur, quando competit exceptio, qui sua natiuitate impedit, siue elidit actionem.Secùs si esset exceptio quæ elidat si opponatur, vt exceptio compensationis, tunc non repeteret, quia non facit indebitum priusquam opponatur.l.si pater ignorans.ff.sol.matrim.

Exceptiones odiosæ, quæ in odium eius cui debetur, principaliter dantur. d,l.qui exceptionem. Vel quæ ob pœnam creditorum dantur. l. sed etsi paterfam.ff.ad senatus. Macedon.Cuius-

 modi

modi sunt, Macedoniani, criminum, præscriptionis, excommunicationis, banni, vt tenet Cynus in l. cùm quis. C. de iur. & facti igno. Bart. & Bal. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condict. indeb.

Tutus exceptione perpetua odiosa, quòd perperam soluit, non potest repetere. d. l. qui exceptionem. Secus si errore facti soluat. l. fina. ff. ad Maced. Quod intelligitur, quando exceptio est inducta cōtra naturalem rationem, vt exceptio Macedoniani, quia ratio naturalis dictat, quòd filiusfam. qui mutuum recepit, restituat: sed senatusc. Maced. statuit contrarium, propter rationem. l. 2. ff. eo. Item est alia vtilitas, quòd quando exceptio est principaliter odiosa, tunc illi nec tacitè, nec expressè renunciari potest. glos. in l. tametsi. & ibi Docto. ff. ad Maced.

Mixtæ exceptiones, quæ respectu illorū, quibus dantur, fauorabiles sunt, sed respectu illorum, contra quos competunt, odiosæ, vt exceptio, quod metus causa: quæ respectu inferentis metum, est odiosa, sed metum passi fauorabilis. Idem in exceptione doli. Bart. & Bal. in l. 2. C. de his quæ vi met. cau. fi. Et ideò, si per errorem iuris debitor soluerit, posset repetere. Pau. de Cast. in d. l. 2. Idem in l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb. & l. qui se debere. ff. de condi. ob caus.

Sunt insuper quædam Exceptiones inductæ ad conseruandum rigorem iuris. Vt est exceptio litis pendentiæ. Bartol. in l. Iulianus. ff. de condict. indeb. Idem de exceptione quæ competit fideiussori, vt principalis priùs discutiatur, & de exceptione ex epistola diui Adriani, vt debitum diuidatur inter fideiussores, vel inter debitores. Bart. in l. cùm quis. C. de iuris & facti igno. Vnde tutus beneficio cedendarum, vel beneficio diuisionis,

ſionis, vel ordinis, nunquam repetit ſolutum, licèt errauerit, quia efficaciter debitum eſt ſolutum. Bald. d. l. cùm quis.

QVINTA DIVISIO.

Exceptionum quædam ſunt incidentes, quæ competunt Reo, etiam ante litem conteſtatam, & tangunt merita cauſæ principalis, quæ vulnerant & elidunt. Abb. in c. 1. de ord. cognit. Docto. in l. quod ius ſit. ff. de re iudic. & in l. 1. vbi glo. C. de ord. cognit. Cuiuſmodi ſunt, exceptio pacti perpetui, iuriſiurãdi, rei iudicatæ, compenſationis & tranſactionis. Quarum natura eſt, vt ſimul cum principali terminentur & decidãtur. l. 1. C. de ord. iudic. Quia pronunciatio ſuper principali per quandam conſequentiam intelligitur, etiam pronunciatũ ſuper incidenti. d. l. 1. de ord. iud. et c. 1. de ord. cog. Niſi ciuilis incidat criminali, vel contrà. c. lator, qui fil. ſint legi. l. Alexandrum. C. de adult. Et ſic quæſtio incidens præiudicialis, quæ tangit factum, & cum hoc impedit proceſſum, prius debet diſcuti, vt eſt quæſtio natalium incidens petitioni hæreditatis. c. tuam, de ord. cog. Bald. in l. peremptorias. C. ſent. reſti. non poſſe. Præiudiciales enim priùs debẽt tractari, & non ſimul: quia hoc eſſet diuerſos proceſſus inutiliter intricare, cùm principales ab illis dependeant. Inſtit. de actio. §. præiudiciales. Caſus ſunt in l. liber homo. C. de petit. hæred. & in l. Præſes. C. ad leg. Fab. de Plagiar.

Emergentes Exceptiones ſunt, quæ emergunt in lite, & concernunt proceſſum, quem differũt, ſiue ſunt dilatoriæ, ſiue peremptoriæ, ſicut ſunt Exceptiones litis finitæ, quæ poſſunt etiam contra proceſſum opponi. Bald. c. 1. de ord. cogni. Et

non tangunt merita causæ principalis, sed tendunt ad elidendum iudicium: & super illis emergentibus, est priùs agitandum, quàm de causa prima. l. quoniam. C. de adult. l. 1. C. de ord. iudic. Bart. in l. à procedente. C. de dilat. & eo ipso iudex remouet emergentem, quòd procedit in principali. Bal. in d. l. quoniam. Et processus valet. c. exhibita, vbi Felin. Præsertim vbi huiusmodi emergentes indigēt altiori indagine. Nam tunc proceditur ad lit. contestationem, reseruatis Exceptionibus ad merita causæ. Bart. l. nam & postea. ff. de iureiurando.

A L I A.

Exceptionum aliæ sunt Ecclesiasticæ, quæ coram iudice ecclesiastico probari debent, de quibus laicus se non immittit. c. si iudex laic. de sent. excom. lib. 6. Idem in exceptione vsurarum, vt in tot. tit. de vsur. Item in exceptione hæresis, vt per tot. de hęret. & in Clem. dispendiosam, de iudic. Quod intelligitur, quando est quæstio de iure, & non de facto. Bart. in l. Titia. ff. solu. matr. Idem in l. omni nouo est. C. de sacrosf. eccle. Iason l. quoties. C. de iudic.

Mixtæ aliæ sunt, quæ corám vtroque proponi possunt, & cognosci, vt iuramenti, super qua cognoscit laicus. c. licèt mulieres, de iureiur. lib. 6. Et etiam ecclesiasticus, c. fin. de for. compe. eod. lib. Item exceptio adulterij est mixti fori. c. cùm sit. de fo. compet. Item extructio sepulchri, vt l. hæreditas. ff. de petit. hæred.

Sunt & aliæ exceptiones seculares, de quibus iudex ecclesiasticus se non intromittit, vt si laici inuicem de causa prophana agant. c. quo iure. 8.

dist.

dist.c.cùm deuotissimam.12.quæst..2.Et consuetudine introduci potest, vt clerici super realib. coram iudice seculari conueniantur. Ioan. Fab. §.fin.Instit.de satisdat.Panor.c.qualiter,de iudi. Et facit ad hoc Authent.statuimus. C.de episco. & cleric.

ALIA.

Exceptionum quædam ordinis sunt, quæ ordinis obseruationem requirunt, vt est exceptio excussionis, de qua in Authent. præsente. C. de fideiuss.& in §.neque. in Authent. de fideiuss. Et de illa exceptione, vide glos.l.3.ff.de excep. Item quando excussio locum habeat, vel non. Vide Iason.Instit.de actionib. §.item si quis, num. 67. & Sozinum in regul.134. Aliæ sunt præposterationis, vt si quis agat familiæ herciscundæ, contra eum excipitur, quòd non sit hæres. l.1. ff.famil.herciscun.Et de his latius in l.si mancipium. §.1.ff.de euict.& in l.præposteri. C. de testam. & in l. vt debitum. C. de hæreditaria actione. Ad hæc quando præposterus ordo vitiet processum, Vide Bartol.l.2.§.peius. ff.de vulgar.subst. & Felin.cap.cùm dilecta.versic.ordo scripturæ, de rescriptis.

ALIA.

Exceptionum aliæ sunt diuersæ. Putà, quando multa remedia proponuntur diuersa, ad elidendam vel perimendam intentionem actoris.l. contra maiores.C.de inoffic.testam. Bald. & Salycet.in l.siquidem.C.de except. Veruntamen si Reus habet plures exceptiones ad vnum finem tendentes, cumulare debet, per l.iam tamē.§.pe-

 nult.

nult.ff.iudic.solui. Item ex pluribus exceptionibus sufficit probare valentem ad victoriam causæ. l. interpositas. C. de transact. vbi Iason, per iura ibidem allegata.

Exceptionum aliæ alternatiuæ, per quas reus sic excipit contra actorem: Non potes agere, quia es fur, aut falsarius, vel seruus, siue excommunicatus. Et hæ non sunt admittendæ, quia alternatiua parit obscuritatem. c. vt quis. de elect. lib. 6. Obscura autem exceptio debet reijci. l. 1. §. Labeo. ff. de fluminibus. Felin. ponit regul. c. 3. lo. de probationibus, cum multis iuribus & fallentijs.

Exceptionum aliæ sunt contrariæ, quando quis excipiendo dicit, se non debere, & soluisse, per pactum siue non petendo factum. Vel si neget se occidisse, & si communicatur, dicit, ad sui defensionem necessariam factum. Ioan. Andr. in c. nullus. de regul. iur. in 6. Contrariæ autem exceptiones, quæ proponuntur non assertiuè, sed conditionaliter, sunt admittendæ. glos. 1. in d. c. nullus. Et etiamsi simpliciter proponantur. Modò possibile sit, primam assertionem cum secunda, in veritate concurrere, tunc simul & diuersis temporibus proponi possunt. Hæc latiùs apud Bartolum in l. cùm indebito. ff. de probationibus. Et apud Scribentes, in Authentica, contra qui propriam. C. de non numer. pecun. Apud Decium, in l. nemo ex his. ff. de regulis iuris. Apud Felinum in c. pastoralis, de exceptionib. Apud Scribentes. l. 1. C. de furt. Vbi Bald. dicit: Aut Reus excipit contrariè, assertiuè, vel copulatiuè, & non auditur: aut conditionaliter, & narratiuè, & tunc auditur. Si modò lex non puniat ratione mendacij, vel

non obijciat exceptionem, quæ conuicto non competat.

Exceptionum aliæ sunt legitimæ & rationales, quæ à iure sunt approbatæ, Vt recusare suspectum iudicem, legitima est defensio, quæ etiam excommunicato competit.c.cùm inter priorem.de except. Vel aliæ quæ verè competunt. ff. quod vi aut. l. si alius.§. bellissimè. Et quæ sint rationales vel legitimæ, dabitur fortassis arbitrio iudicis.c.ex parte. 2.lo.de offic.delegat.c.ea quæ.c.lator.c.cùm super, de re iud.cum simil.

Aliæ sunt Exceptiones frustratoriȩ, quæ iudicium differunt & frustrantur. Vt si excommunicatio opponatur defendenti sese contra.c.cùm inter.de except. & regulariter: Omnis exceptio causa subterfugij opposita, frustratoria & irrationalis dicitur. Vnde debet repelli & reijci per iudicem.Clement.sȩpè, de verb.sign.c.1.de offic. iud.& debent reijci huiusmodi Exceptiones, etiamsi non reprobentur à iure, modò protelandi animo opponantur.l.1.C.ad leg.Cornel.de fal.

Exceptiones aliæ dicuntur generales, quando generale excipitur. Putà, non exprimendo causam, vt dicendo testi, eum esse inimicum. Bal. in l.si quis.ff.de testibus. Vel excipiendo eum infamem, non adijciendo causam infamiæ. c. potentes.§.testes.de testib.lib.6. Et huiusmodi generalis exceptio non releuat parti opponente. Doct.in c.pastoralis, de except.& in l.1.C.de condit.ob tur.cau. & in l.sicut oportet.§.sicut. ff. de excusat.tut.

Alia Exceptio est obscura, quia non est intelligibilis, vel potȩst multipliciter intelligi, vel potest concludere aut non concludere, quæ etiam debet reijci. Nisi possit in processu declarari.

De

De his vide Iasonem post alios, in l. Titiæ textores, de legat. 1.

Hactenus generatim de Exceptionibus egimus. Nunc descēdemus ad specialia. Et primùm,

DE EXCEPTIONE contra Iudicem.

ANTE omnia inquirendum de persona eius, in quem sustentari debet iudicium. l. non ignorat. C. qui accus. non pos. l. ita demùm. C. de procurat. argumen. l. si quæramus. ff. de testamen. & l. liber. C. de petit. hæredit. Et id quidem ante litem contestatam. ff. de procura. l. Pomponius. §. ratihabitionis. Et hoc etiam in causis summarijs, quibus requiritur plena legitimatio personarum. Bald. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum. Bart. in l. 2. C. de edi. di. Adria. toll. Idem, in extrauag. ad reprimendum, in verb. figura. Attamen Exceptiò illegitimitatis, si est de iure naturali vel gentium, vel ex natura ipsa, etiam post lit. contest. potest obijci. Bartol. in Rub. C. qui accus. non poss. Innocent. in c. sciscitatus, de rescript. Item si impedimentum à principio non erat in rerum natura, sed post litem contest. euenit, tunc non impedit, quòd principaliter legitimè factum est. Bart. in l. is qui reus. ff. de public. iud. l. 2. C. de consor. eiusd. lit. Item quando est talis exceptio, quæ reddit processum & sententiam ipso iure nullam, vt est defectus iurisdictionis in iudice, tunc quandocunque opponi potest. C. si à non compet. Iud. iudic. sit, per totum.

In constructione & declinatione iudicij, primùm est de persona iudicis inquirendum, antequam

quam de procuratore Actoris vel Rei. Archid. in c. nullus. 4. quæst. 4. Et id quidem ab initio, hoc est, antequam coram iudice aliquid proponatur, per quod videatur reus illũ approbare, vel iudicium assumere. Bartol. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. & in l. sed etsi suscepit. ff. de iudic. Paul. de Cast. in l. exceptionem. C. de proba. Felin. in c. inter monasterium, de sent. & re iudic. Vbi ita concludit: Quòd proponens in iudicio Exceptionem dilatoriam, videtur in iudicem consentire, ideò excludit seipsum ab excusatione recusationis, quæ ordine naturæ debet aliàs præcedere. Quam conclusionem declarat multis modis.

Incompetentiæ Exceptio debet præcedere exceptionem suspicionis, quia præsupponit nullã iurisdictionem subesse, sed exceptio suspicionis venit ad elidendam præexistentem iurisdictionem. Nec videtur amplius consentire, scilicet incompetentiam obijciens, quàm ad illũ actum necessarium, qui non inducit consensum. Bald. l. fin. C. de iudic. Speculat. tit. de excep. §. viso. vers. porrò, dicit, Iurisdictioni priùs opponat Reus, Putà, Tu non es iudex competens. c. at si clerici. de iudic. et c. si diligenti, de foro compet. et c. in clericorum. 11. quæst. 1. Primò namque seruus ad radicem iurisdictionis adhibeatur. 3. quæst. 6. §. exceptio. Ne aliàs obijciendo Exceptiones tacitè in iudicem consensisse videatur. l. 1. C. de iurisd. omn. iud. c. gradum. de offic. deleg. Non autem consentit, qui errat, alium pro alio eligens. l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. Nec consentit tacitè, qui contrarium protestatur expressè. l. qui aliena. §. Celsus. ff. de acquir. hæred.

De Exceptione incompetentiæ iudicis, videndus

dus est Vbertus de bono curso. tit. Quibus modis examen (est senior Speculatore, ex quo Spec. multa habet) tunc Specul. tit. de delegat. iudice. Vbi dicitur, ex quibus causis excipiatur contra iudicem. Angel. Aretin. tit. de except. §. prætereà. vers. videndum restat quid &c. Petrus Ferrar. in forma declinationis iurisdictionis alicuius iudicis, & de allegationibus suspic. Vbi ordinem videbitis Exceptionum contra iudicem, maximè apud aliquos, sicut neque Angel. neq; Specul. ordinem habent. Sed alij duo habent ordinem, & distinguunt in tria genera, &c.

Exceptio incompetentiæ fori opponi potest. Bart. in l. Dinus. ff. de milit. test. & Bal. in l. si quis filio. ff. de iniust. rupt. test. Angel. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. Felin. in Rubric. de foro compet. & in c. ex parte. l. 2. de offic. deleg. & in c. pastoralis, de except. Etiamsi dicatur, in statuto non posse dici de nullitate. glo. fin. in Clement. 1. Vbi Docto. de sequestr. & possess. fructuum (Hęc quæ multis dicimus & dictamus, eò pertinent, vt sciatis exceptionem fori esse fundamentum exceptionum iudicii) Item quanquam dicatur, quòd nulla species nullitatis possit obijci, Ange. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. Ad hæc, quanquam partes iurassent, non dicere de nullitate sententiæ, vel laude prorsus incompetentis iudicis. Philip. de Peru. in c. dilecto. de appellat. Prætereà exceptio incompetentiæ fori post tres sententias conformes opponi potest. Petrus de Anchor. Clem. 1. de re iudi. Paul. de Cast. l. fin. C. de arb. Abb. in c. episcopi, de reb. eccl. non alien. Postremò exceptio incompetentiæ iudicis, etiam post executionem sententiæ ventilari potest. Inno. in c. ex ratione, de appell.

Attamen Exceptio incompetentię fori excluditur, quando actus ab incompetenti iudice est confirmatus per superiorem. Innocent. in c. 1. de confir. vti. vel inutil. Abb. in c. ea quæ, de re iudi. Felin. c. qualiter. 1. lo. de accusat. Item excluditur incompetentiæ exceptio per lapsum termini statuti speciuocè, ad proponendam declinatoriam defectus iurisdictionis. Docto. in c. pastoralis. de except. Modò sit talis iudex prorogabilis. Abb. d. c. pastoralis. Tertiò excluditur, vbi incompetens pronunciauit se competentem, & non fuit appellatum. Innoc. in c. super literis, de re iudic. c. si à iudice, de appell. lib. 6. Et hoc iterum intellige, si talis sit iudex, cuius iurisdictio partium consensu possit prorogari. Felin. d. c. pastoralis. numero 11.

DE IMPEDIMENTIS IVrisdictionis, id est, Exceptionibus contra iudicem.

QVidam natura impediuntur, ne iudices sint. Purà, surdus, propter defectum sensus. Item & mutus. l. cùm prætor. ff. de iudi. §. non autem omnes. Item perpetuò furiosus, qui non habet interualla furoris. l. cùm furiosus. ff. de iudic. l. sed etsi in ser. ff. de arbit. l. qui furere, de statu hom. l. nec mandante. ff. de tuto. & cur. da. ab his.

Item impubes, propter imperfectum iudicium, cui tamen princeps ex certa scientia iurisdictionem committere posset. c. statutum. de rescript. in sexto. Felin. in c. cùm 20. annum, de off. deleg. Et hęc procedunt, quando iurisdictio confertur, vt officium publicũ. Secùs si iure proprie-

tatis.

tatis. Nam tunc datur furioso vel impuberi tutor seu coadiutor.c.grandi, de supplen.neg præ. lib.6.& in l.fi.C.de cur.furiosi. Et hæc exceptio, quandocunq; potest obijci, quia non valet processus propter impedimentum naturæ. Innocen. in c.sciscitatus, de rescrip.Bald.in l.cùm prætor. ff.de iudic.

Natura etiam impeditur, ne iudex sit, adultus vsque ad 18.annum, nisi ex consensu iudex datus sit per principẽ, scientibus his qui in eum consenserunt. Princeps enim, qui ei magistratũ dedit, omnia agere decreuit. l. quidam consulebant.ff.de re iudi. Ex concessione equidem principis de certa scientia intelligitur dispensatũ cum incapace. glos.c.statutum, in verb.literarum, de rescript.in sexto. Secùs si ignorat. c.si eo tempore. eod.tit. & l. sed maior octodecim annorum, vsque ad vigesimum, potest esse iudex, si partes in illum scienter consentiant, vel princeps delegет.c.cùm 20.an.de offic.deleg. Maior autem viginti annorum, potest à quocunque delegari. d. c.cùm 20.an. Nec curatur de patria potestate. l. si filiusfamiliâs.ff.de iudic. Arbitri verò possunt esse 20.an.l.cùm leg.Iulia.ff.de arbit. Secùs in arbitris suspicionis, nam illi iurisdictionem habent.c.suspicionis.de offi.deleg.Et hæc exceptio etiam post sententiam posset opponi, & reddit iudicium retrò nullum. Bartol. in d. l. quidam consul. argumento. l. si quis ex aliena. ff. de iudic.

Lege impediuntur, ne iudices sint, qui Senatu moti sunt propter turpitudinem.l.Cassius.ff.de senat. l.1. ff.ad leg.Iul. de vi pri. Vnde infames, quacunque infamia notati sint, impediuntur, ne iudices fiant vel sint.l.2.& l.iudices.C.de dignit.

lib.12.

lib.12.& 3.quæst.7.per tot.Et Dinus,in c.infamibus,de reg.iur.lib.6. Adeò,vt infames, nedum à habita, verùm & habenda dignitate repellãtur. glo.in l.infamia.C.de decur. lib.10. Exceptio tamen infamiæ non debet contra iudicem ordinarium,quousque in officio tolleratur,opponi.ff. de offi.præl.l.Barbarij. Innoc. c.super literis, de rescript. Ad hæc iudex ordinarius,si eligatur infamis, non debet prodere defectum suum. l. si præses. C.si seruus aut libert.ad decu.aspi.lib.10. Si autem infamis datur iudex delegatus, non potest se excusare ab infamia, ne turpitudo sit illi prospicua Paul.de Castr.d.l.cùm prætor. §.non autem omnes. ff.de iudic. Et eiusmodi exceptio ante lit.contest.debet obijci & probari. d. c. sciscitatus. & debet opponi personæ non rescripto. Innoc.c.cùm super.de offi.deleg. Et super ea cognoscet superior, vel eligantur arbitri.Bartol.d. l.quidam consulebant.l.fi.C.de iudic.c.cum speciali,de appell.Quòd si hęc Exceptio non opponatur, valet iudicium.Specul.de off.deleg.§.vlt. vers.sed nunquid infamis.

Moribus & consuetudine lege vallata impediuntur,ne iudices sint,serui, vt notatur in l.seruus.C.de iudic.Veruntamen si seruus, cùm putaretur liber, ex delegatione sententiam dare, quamuis posteà in seruitutem depulsus sit,suam tenet.§.tria.3.quæst.7.l.Barbarius.ff.de off.pręt. l.si arbiter. l.de sentent. Error enim communis, propter vtilitatem publicam, facit acta per seruum qui liber æstimabatur, valere, non tamen facit seruum liberum.d.l.Barbarius. Et Canonistæ,præsertim Felin.in c.cum dilecto, de rescrip. Monachi etiam & conuersi moribus impediuntur, ne iudices sint, cùm mortui reputentur. In

Authent. de nupt. §. secundùm occaſionem, gloſ. fin. l. cùm pretor. ff. de iudic. Innoc. c. cùm olim. 2. loc. de priuileg. vbi ait: Monacho delegari poteſt cauſa. Quòd intelligitur ſi expreſsè fiat mentio de monachatu, aliàs præſumeretur per veri taciturnitatem obtentus. Clemen. etſi principalis, de reſcript.

Fœminæ moribus impediuntur, ne iudices ſint. c. mulierem. 33. quæ. 5. l. 2. ff. de regulis iuris, cum ſimilibus. Fœminæ tamen per ſeipſas hæreditarias iuriſdictiones exercere poſſunt. l. fin. C. de arbi. c. dilecti, extrà, eo. l. quædam. ff. de acqui. rer. dom. Specul. de iud. deleg. §. excipi poteſt, & §. item quòd eſt mulier. 2. Mulier ex delegatione vel priuilegio principis poteſt habere dignitatem etiam cum adminiſtratione. Bart. in l. 1. C. de mulie. in quo loc. &c. lib. 10. glo. ver. mulieres. c. 1. 15. queſt. 3. cum alleg. ibidem. Tertiò, ex conſuetudine, fœminæ præcellentes, in ſubditos iuriſdictionem ordinariam habent. c. dilecti, de arbit. c. cùm deuotiſſimam. 12. quæſt. 2. glo. in c. noua, de pœnit. & remiſ. Quartò, Fœmina ex ſtatuto iudicat, per notata in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. & l. de quibus. ff. de legib.

Impediuntur ne iudices ſint publicè excommunicati. de ſent. & re iudic. c. ad probandum. Ad hæc, quando huiuſmodi Exceptio ſit opponenda. Item qua forma, & quo loco, vide Spec. de except. §. 2. verſic. porrò, cùm multis ſeq. et §. viſo. verſic. ſed quoniam. Eſt autem opponenda in qualibet parte litis, etiamſi fuerit à principio ſcienter omiſſa. c. exceptionem. de except. Etiam lapſo termino ad dilatorias opponendas. Clem. 1. de except. Nam obſtante iuramento. c. breue, de iureiur. c. eo. tit. in ſexto, Et eſt probanda intra

8. dies.

8.dies.c.pia,de except.in ſexto.§.ſi quis igitur.Et debent apertiſſimè probari.c.pia.§.ſi quis igitur, de except. Et poteſt opponi etiam in foro ciuili. gl.& Doct.in.l.1.C.de iur.& fa.ig.tex.cũ gl.verb. agrimoniam.l.placet.C.de ſacroſ.eccl.Bald.c.exceptionem,de except.c.intelleximus, de iudic.c. decernimus,de ſent.exce.lib.6.Nec valeret ſtatutum,quòd in foro ciuili non admittatur. Bald. c.1.de ſtatut.& conſuet. contra &c. Nec conſuetudo contra valeret, vt excommunicatio in foro Ciuili non obijciatur. c.nouerint, de ſent.excom.Bald.in Authen.caſſa.C.de ſacroſ.eccleſ.

Item Iudæi impediũtur,ne iudices ſint. Nam Iudæis omnia officia publica interdicta ſunt. c. cũ ſit,de Iudæis.54.diſt. c.nulla officia.17.q.4.c. conſtituit. Vnde nec imperium, nec regimẽ poſſunt gerere.c.venerabilem, de elect. ibi, Sacrilegum, excommunicatum, hæreticum, aut paganum. Clement.Romana,de iureiur. ibi,Orthodoxæ fidei profeſſores. Ad hæc à quibus officijs Iudæi repellantur, Vide Iaſon. in Rubric. ff. de iuſtit.& iur. & Docto.in l.fin. C.de Iudæis. & in c.cùm te.eod.tit.

Iudex dicitur incompetens ratione cauſæ, quia vult iudicare de cauſa, in qua antè extitit aduocatus.ff.de iuriſd.om.iud.l.prætor.Ne affectionis ſuę, vel aduocationis memor,incorrupti iudicis non poſſit nómen perferre.l.fin.tit.de aſſeſſ. Item, quia iam manifeſtauit animum ſuũ in cauſa,in qua antea aduocatus extitit. Vide Panor.in c.poſtremò,de appell. Innoc.c.irrefragabili,de offic.ord. Et ratio omniũ eſt,quia nemo in vna eademq́; cauſa diuerſarum perſonarum officio fungi poteſt.4.quæſt.4.c.1.& 2.Specul.tit. de aſſeſſ. in fin, Sed hoc limitatur, ſi aduocatus

consultus in causa, necdum intentionem suam declarauerat, licèt secreta clientuli audierat. Innoc. c. irrefragabili, de offic. ordin. Item secundò ille, qui alterius causæ extitit mihi aduocatus, in alia causa potest mihi iudex esse. Et tertiò, Ego eum, quem habui Aduocatum, licèt illi secreta mea reuelauerim, recusare non possum. glo. in c. dilecto. in verbo, recusastis, de testibus. Nec tamen est iusta causa recusandi iudicem, quòd aduocatus alterius partis, est commensalis vel familiaris iudicis. text. & glos. 1. c. de offi. iudic. & text. & gloss. c. ex insinuatione, de appellat.

Ratione causæ & rei propriæ Iudex dicitur incompetens, quia in re propria nemo sibi debet ius dicere. l. 1. C. ne quis in sua causa &c. l. nullus, C. de Iudæis. l. Iulianus. ff. de iudic. l. qui iurisdictioni. ff. de inrisdict. omn. iud. Quæ regula est apud Sozinum, 195. & 203. Et apud Felin. in c. cùm venissent, de iudic. Et apud Iason. d. l. qui iurisdictioni. Apud Speculat. in tit. de actore. §. 1. vers. item quod vult propria authoritate. Quam regulam extende, vt etiam consentiente aduersario quis in re propria nõ posset iudicare: quia Rubrica est negatiuè concepta, habens integrã orationem, cui renunciari non potest. glos. mag. in fin. l. 1. C. ne fideiuss. dot. dent.

Item extende, vt arbiter in causa sua nemo sit. l. penult. ff. de arbit. Cæteras extensiones, item variationes & exceptiones ab hac regula, vide Docto. prædict. lo.

Incompetens iudex dicitur ratione causæ excedentis suam iurisdictionem, putà, propter quantitatem actionis, excedentis modum alicuius iurisdictionis. l. si idem. ff. de iurisd. om. iud.

Vt

Vt in pecuniarijs causis excedētibus 300. aureos, defensor ciuitatis non est competens iudex. Authent. de defens. ciuit. §. & iudicare. Idem in pedaneis iudicibus, qui causas & lites excedentes 300. solidos non iudicant. §. audient. in Authent. de iudicibus, & C. de pedan. iudicibus, per tot. Ratio, quia supra iurisdictionem suam ius dicenti non paretur impunè. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. Et impedienda iurisdictione singulas summas attendere oportet, per d. l. si idem. Sed per reconuentionem iudex super causa excedenti suam iurisdictionem, iudicare potest. d. l. si idem. §. quod si vtile. Quia per reconuentionem fit iudex, qui aliàs in ea causa iudicare non posset. l. cùm Papinianus. cum Authent. consequenter. C. de senten. & interloc. & c. & l. qui non cogitur. & l. 2. §. fin. ff. de iudi. c. 1. extrà, de mutuis petit. Ad hæc sententia iudicantis super iurisdictionem non prorogatam, non valet, etiam in quantitate, in qua posset aliàs iudicare: Modò summæ diuersæ contineantur in vno capitulo, & sint indiuiduæ. glo. fin. & Docto. in l. fin. ff. de iurisd. om. iud.

Incompetentes iudices sunt infimi magistratus, vt sunt defensores ciuitatum, & magistratus municipales in prouincijs, qui sunt incompetentes causarum, quæ sunt meri vel mixti imperij, quæ maioribus tantùm magistratibus competunt. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præs. & l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iudi. & l. 2. C. de pedan. iud. Specul. de iurisdict. om. iud. versi. infimi sunt.

Incompetens iudex dicitur, ratione dignitatis & præstantiæ causæ, secularis iudex in causa spirituali, qui nec principaliter, neque inciden-

ter cognoſcere poteſt.c.tuam, de ord.cog. c.cauſam quę, qui filij ſint legit. Neque per viam compromiſſi.c.contingit.de arbi. Acceſſoriè verò iudex ſecularis de iure patronatus cognoſcit.gloſ. c.filijs.16.quęſt.7. et c.ex literis, de iure patr.quia ius patronatus acceſſoriè vendi & pignorari poteſt, cum vniuerſitate. d. c. ex literis. Ad hæc, quando eſſet quæſtio de facto, & nõ de iure, tunc etiam Iudex laicus de cauſa Eccleſiaſtica cognoſceret. Ioan. Andr. Clemen. diſpendioſam. de iudic. Archidia.c.quid dicam.14.q.4. Iaſon. l. quoties. de iudic. cum ſimilib.

Iudex competens cauſarum fiſcalium eſt procurator Cæſaris, vel pręſes prouinciæ. l. ad fiſcũ, & ibi Paulus de Caſtr. alij. C. vbi cauſa fiſcal. vel di. dom. hom. eius agatur. text. & glo. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. lib.10. Putà, procurator Cæſaris cognoſcit inter colonos Cæſaris. d.tit. l. ſi quis. Sed in cauſa criminali colonus vel ſeruus fiſci, iudicetur à præſide. d.tit. l. cùm aliquid. Item cauſa ſeruitutis & libertatis, quæ eſt inter fiſcum & priuatum, poteſt per procuratorem Cæſaris examinari: cauſa verò ingenuitatis pertinet ad iuriſdictionem præſidis. l. iamdudum. C. vbi cauſa ſtatus agi deb. et l. ſi ſtatus. C. vbi cauſa ſtatus agi deb. Item procurator Cæſaris cognoſcit, an metu pœnæ quis conſciuerit ſibi mortem. d.tit. l.2. Item de cauſa non defenſæ mortis.

Feudalis cauſæ competens iudex eſt dominus feudi. c.nouit, de iudic. Siue dominus ſit ſecularis, ſiue eccleſiaſticus, d.tit. c.cæterùm. Etiamſi vaſalli ſint clerici. de foro compet. c. verùm quoniam. Quæ iuriſdictio ordinaria eſt à lege conceſſa. de prohib. feud. alien. per Federic. in fin.

Fallit

Fallit autem vbi iudicare de feudo, non ſpectat ad dominum feudi, in 14. vel 15. caſibus, quos vide apud Panormitan. & Felin. in c. cæterùm. de iudicijs.

Iudex dicitur incompetens ratione qualitatis inexiſtentis actori, ex qua oritur ſuſpicio iuris, propter naturalem affectionem. l. propter inſidias. C. qui accuſare non poſſunt. Propterea filius coram patre iudice, vel contrà in ordinaria & contentioſa iuriſdictione, litigare non debet. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdict. omn. iud. Imò quicunque ſunt infra eum gradum, quibus iudex poteſt ſuccedere, illis non poteſt ius dicere. l. lex Cornelia. ff. de iniur. l. Iulianus. 2. loc. ff. de iudic. Quia regula fallit aliquot modis, quos vide apud Iaſo. in d. l. qui iuriſdictioni. & apud Sozinum, in regula 203. Et vide Felin. c. cùm veniſſent. de iudic.

Cauſas ſuſpicionis multas, vide Iaſon. l. apertiſſimi. C. de iudic. Specul. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt. glo. c. cauſam quæ, de offi. deleg. c. ſpecialis, de appell.

Ad hæc ratione familiaritatis inter Iudicem & Actorem, tunc iudex dicitur incompetens, adeò vt recuſari, & tanquam ſuſpectus de iure Canonico remoueri debeat. c. inſinuanti, de offi. deleg. c. 1. et c. accuſatores. 3. q. 5. gloſ. in c. cùm R. Canonicus, de offic. deleg. Et intelligitur in magna familiaritate. Secùs ſi ſit leuis. gloſ. & Abb. d. c. inſinuanti. Familiares verò dicuntur domeſtici, continui, commenſales. text. c. fin. de verbo. ſignific. lib. 6. Idem in ſocietate, Specul. de deleg. §. ſupereſt. verſic. quid ſi ſit ſocius. Item ratione conſanguinitatis iudex dicitur incompetens. c. poſtremò, de appellat. Conſanguinei verò ſunt,

qui quocunque ſanguine coniuncti ſunt, vt in Rubr. de conſang. & affin. Bart. l. 1. §. fin. ff. de ſuis & legi. hæred. Vnde etiam Mater & Auia conſanguineę abuſiuè appellantur. Bald. l. fin. C. de verbor. ſig. Et conſanguinei repelluntur vſque ad 10. gradum, quia ad eum gradum admittitur ſucceſſio inteſtati. §. fin. Inſti. de ſucceſſ. cognat.

Ratione cognationis ſeu affinitatis, iudex tanquam ſuſpectus & incompetens recuſari poteſt, putà, quia agens ex l. Cornelia iniuriarum, eſt ſocer, gener, vitricus, ſeu priuígnus, ſiue ſobrinus iudicis. Atque hæc l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud. & l. lex Cornelia. 1. reſpon. ff. de iniur. Quia iniuria facta vni de cognatione, toti cognationi facta videtur. l. 1. cum l. ſeq. ff. de lib. cauſ. Item cognatio ſpiritualis eſt cauſa iudicem recuſandi. Imola in c. cùm ſpeciali, de appell. & in c. prudentiam, de offi. deleg. Ideò compater vnius partis eſt ſuſpectus alteri, quia cognatio ſpiritualis maior eſt, quàm carnalis. glo. in c. qui dormierit. 27. quæſt. 2. text. in c. Pyctatium. in gl. 30. q. 3. Iaſon in l. apertiſſimi. C. de iudi.

Iudex dicitur incompetens ratione qualitatis Actoris. Vnde ſi Actor & Reus ſunt diuerſi fori, & Actor velit Reum in ſuo foro conuenire, repelleretur ab ipſo Reo. l. iuris ordinem. & l. in criminali. C. de iuriſdict. om. iud. Etiamſi Actor ſenatoria dignitate decoretur. C. vbi cauſæ ſtat. ag. deb. l. ſi in poſſeſſione. Et etiam in criminali negocio. d. l. in criminali. Item ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit actio. l. fin. C. vbi in rem act. exarc. deb. Vnde Clericus impetens laicum pro rebus ſuis, vel Eccleſiæ, ad forenſem iudicem trahat. de for. compet. c. ſi clericus. Et contrà, ſi laicus petat à clerico, apud iudicium Epiſcoporũ,

id fiat.11.q.1.c.experientiæ. c.si diligenti, de foro compet.3.quæst.6.c.neminem.De modis sortiendi forum, vide notata in l.hæres absens, circa gl. verb.debebit.ff.de iudi. & Felin. in c.dilectus filius. 2.loc.de rescript. Et notata in §. contrahentes.in c.Romana.de for.comp.lib.6.Et vide Specul.de comp.iudi.adit.in §.1.

Forum competit ex domicilio originis propriæ, vel paternæ seu auitæ, vt ibi possit conueniri.l.incola.1.lo.ff.ad municip. & de incol. Cynus & Bald.in l.iuris ordinem. C.de iurisd. om. iud.Et Bald.in Rubr.& in l.fin. C. si à non compe.iud.es.dic. Quod verum est, si ibi inueniatur, per l.hæres absens.1.respon. ff.de iudic. & l.relegatorum.§.non dubitandum. ff.de interd. & releg.Bart.in l.assumpt. §.filius. d.tit. ad municip. Retinet enim quis domicilium in loco, vnde oriundus est.l.penult.ff.de senator. Bart. in l.cùm scimus.C.de agricol.& censitis, lib.11. Prætereà idem habet Feli.in c.accedens.2.lo.vt lit.nõ contest.Proprius enim iudex dicitur, in loco originis.c.cùm nullus, de tempo.ord.& æt.ord. lib.6. Panorm.c.1.c.proposuisti. & c.fin. de foro compet.Item loco originis dicitur forum competẽs, quoàd finem distribuendi bona ibi sita. Alexan. de Imol.in l.assumptio. §.filius. ff.ad Municipalem.

Vxores desponsatæ per verba de præsenti, nõ possunt conueniri in loco originis, si maritus alibi contraxit domicilium. l. fin. §. idem rescripserunt.ff.ad municip.l penult. ff.de iurisd.om. iud.l.exigere. ff.de iudi.l. fina. §. idem rescripserunt.ff.ad municip.l.mulieres. C.de dignita.lib. 12. Trahit enim mulierem matrimonium in domicilium mariti, dd. iuribus. Quod etiam reti-

net defuncto marito, donec manserit vidua. c. is qui, de sepult. lib. 6. Item donec manserit casta, §. fina. in Authent. de restitut. & ea quæ par. 11. mense.

Licèt quis mutet domicilium, non desinit per hoc esse subditus ratione originis. l. origine. C. de municipibus & originarijs. Vnde tenetur subire onera personalia, nedum vbi habet domiciliũ, verumetiam ciuis vbi est, ratione originis propriæ vel paternæ, licèt inde recesserit: & hoc si ibi reperiatur. Barto. in l. assumptio. ff. ad municip. Item tenetur subire ibi munera patrimonialia, si habet possessiones in eo loco. l. forma. §. si verò quis. ff. de censib. l. vlt. §. patrimoniorum. ff. de mune. & honor. Quòd si vtraque ciuitas simul imponeret munera, potior est originis causa. l. libertus. §. 2. ff. ad municip.

Ratione manumissionis libertus sequitur forum patroni manumittentis. ff. ad municip. l. assumptio. §. si. cum l. seq. et l. libertus. §. rescriptio. & l. eius. et l. filius. et l. municipes. eod. tit. C. de municip. & orig. lib. 10. l. 2. Et si à pluribus quis manumittatur, omnium originem sequitur. l. si quis à pluribus. ff. ad municip. Adoptiui durante adoptione, sequuntur patrem. l. in adoptionẽ. C. de adoptionib. Additur enim patria ciuilis, sed non mutatur naturalis. l. ordine. §. fin. cum l. seq. ff. ad munic. Municipem enim aut natiuitas facit, aut manumissio, aut adoptio. l. 1. ff. ad municip. l. ciues. C. de incol.

Ratione communis patriæ quicunque Romę conueniri potest: modò non habeat ius reuocandi domum. l. Romæ. ff. municip. 5. q. 2. c. vocatio, vbi glo. 9. q. 3. c. cuncta per & c. de foro compet. c. fin. & c. fin. de dilat.

Domi-

Domicilium habitationis habet aliquis, vbi larem, rerumq; suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus, nisi auocetur aut peregrinetur. l. ciues. C. de incolis. Constituitur autem domicilium facto & animo. text. & glos. in l. domicilium. ff. ad munic. Felin. in c. dilectus fil. 2. loc. de rescript. num. 11. l. in lege. ff. de verbo. sign. & l. 1. §. domum. ff. de libe. agnos. & l. eius. ff. ad municip.

Nec sola habitatio vel domus facit domicilium, sed animus ibi standi. C. de incolis. l. est verum. & l. seq. & ff. ad municip. l. libertus. §. sola ratio. et §. sola domus. Vnde qui aliquo loco moratur, non vt ibi domicilium constituat, non fit incola. l. scire oportet. ff. ad municip. Ideò qui studiorum causa in aliquo loco morantur, pro contractibus initis in patria, in loco studij conueniri non possunt, sed habēt ius reuōcandi domum. Cynus in 4. quæst. in Authen. habita. C. ne filius pro patre. text. in l. Seiæ. §. Pamyhilæ. ff. de instruct. & instr. legato. Paulus de Cast. in l. hęres absens. §. inde. ff. de iudic. Quod intelligitur in his, qui semper animum recedendi habent. Bart. in l. lex Cornelia. §. si tam in fundum. ff. de iniur. Quòd si animus dubius est, tunc ex cursu decennali, præsumitur animus contrahendi domicilium in loco studij. l. 2. C. de incol. Abb. in prooemio Gregorij, vers. vlterius qui hic salutantur. Bald. consil. 303. in 4. parte.

Conuersatio assidua in loco contrahit forū, sed non constituit domicilium. Bartol. l. 2. C. vbi de crim. agi opor. et l. 2. C. vbi senatores vel clariss. Ideò commorantes in loco possunt conueniri super contractibus, vel quasi: delictis, vel quasi, in loco moræ initis, quia ibi qu. domiciliū con-

contrahunt. Abbas in c.quod cler.de foro competen.

In ſumma, vbi quis habet patrimonij certam partem, & aſſiduè conuerſatur, ſortitur domicilium. Abb.in c.ex parte b. de foro compet. quia in l.2. C. vbi ſenat.vel clariſſ. copulatiuè ponuntur, ſcilicet vbi maiorem partem bonorum poſſident, & aſſiduè verſantur.

Domiciliũ pluribus locis contrahitur, quando quis pluribus locis ex æquo negociatur. l.Labeo.& l.eius. §.Celſus.ff.ad municip.ſi vtrobiq; ita ſe inſtruxit, vt non ideò minus apud alteros ſe collocaſſe videatur. d.tit. l.aſſumptio.§.iuriſprudentibus. Ideò liberti in loco originis, & in loco domicilij conſtituti muneribus aſtringuntur.l.filij.ff.ad municip.& l.de iure.& l.1.& l.fin. C.de municip. & etiam clerici plurib. locis domicilia ſortiuntur.Abb. & Felin. in c.poſtulaſti, de for.comp. Innoc.c.4.de maior.& obed.

REGVLA.

Ratione domicilij ſortitur quis forum, vbi tempore contractus domiciliũ habuit, licèt poſteà tranſtulerit, ibi conueniri poteſt. c.fin. cum glo.de fo.compet. c.dilecti, eod.tit.c.fin. de parroch.& ali.parr.text. glo.& Doct.in l.hæres abſens, ibi.ſed domicilium ſequi eius.ff.de iud.Etiam implorari oportet officium Iudicis, in loco vbi reus domicilium habet. l. 2. C. vbi & apud quem cognitio in integ.reſt. agi.ſit. Adeò in loco domicilij poteſt quis conueniri, etiamſi ibi non reperiatur perſonaliter, qũia poteſt citari ad domum ſolutæ habitationis, & procedi ad omnes actus, ad quos poteſt procedi contra abſentes.

Paul,

Paul. de Castr. in l. iuris ordinem. C. de iurisdict. omn. iudic. Ratione etiam domicilij potest quis conueniri, ex contractu vbique celebrato. c. fin. de foro compet. Hippolytus de Marsil. l. 1. C. de raptu virginum, num. 124.

DE EXCEPTIONE FACULTATIS REUOCANDI DOMUM, VEL FORUM.

Cæterùm isti omnes reuocant: Legati, testes euocati, iudices accersiti, peregrinãtes, siue prouocantes aliquò. c. dilecto, de excep. Vel reddentes tutelam. ff. de iudi. l. 2. §. legatis. Et legati, etiamsi ibi quasi contrahant, id est, hæreditatem adèant, ius reuocandi habent. l. de eo. & l. sed etsi. ff. de iudic.

Item, domum reuocant omnes qui pro iusta & necessaria causa Romam veniunt, Putà, vocati à principe pro vtilitate publica, vel Ecclesiæ. Qui non tenentur ibi respondere pro antea gestis. §. si verò episcopi. in Authent. de sanct. episc. c. fin. de fo. compet. Hinc etiam procurator constitutus ab eo, qui potestatem imperandi habet, in alio loco de suis causis, non conuenitur, vt in d. Authent. de sanc. episc. §. reuerendissimi. Verùm hi qui facultatem reuocandi domum habent, debent cauere de Iudicio sisti, in loco quo reuocantur. d. l. 2. §. fin. & l. de eo. cum l. seq. et l. sed etsi. §. ex quibus. ff. de iudi.

IVS reuocandi domum non habent, Legati de commissis tẽpore legationis. d. §. legatis. Item si tempore legationis contraxissent. l. si legationis tempore. & l. cùm furiosus. ff. de iudic. Item

si di-

ſi diſtraxiſſent tempore legationis. d. ti. l. ſi vxor. Item ſi perfecta legatione ibi ſubſiſtant per aliquod tempus ſponte. d. §. legatis. Item ſi affectarunt legationem. l. & qui dota. ff. ex quibus cauſ. maio. Item ſi agant, tenentur ſe defendere contra reconuenientes, niſi agant pro iniuria ſibi illata. d. l. 2. §. ſed etſi agant. Item ſi dies actionis eſſet exitura, id eſt, actio periret, tunc contra legatum lis conteſtaretur. l. ſed etſi. §. ſed etſi dies. & d. l. 2. §. fin. dicto titulo.

VBI QVIS FORVM SORtiatur, ratione contractus,

Ratione contractus quis conuenitur, vbicunque obligatur. ff. de iudic. l. hæres abſens. §. 1. et l. omnem obligationem. et l. argentarium, eod. titul. & l. 1. & l. 2. C. vbi de ratiocinijs agi oporret. Item ratione diſtractus quis ſortitur forum. Paulus de Caſtr. in l. qui cer. lo. ff. de condict. indeb. Quæ intelliguntur, ſi contrahens in loco contractus reperiatur. c. 1. §. contrahentes, de foro compet. lib. 6. Item quando ſtatim non erat inde receſſurus, quia habebat ibi officinam. d. l. hæres abſens. §. proinde. Item ſi contractus debebat incontinenti impleri in loco contractus, tunc etiam viator poteſt conueniri. Item hoc intelligitur, quando agitur ad obſeruationem contractus. Secùs quando ageretur ad reſtitutionem in integrum. Bald. l. 2. C. vbi aut apud quem reſtit. in &c. Poſtremò ſortitur quis forū in loco, vbi deſtinatus eſt effectus contractus tacitè vel expreſſè. Docto. in l. quæro. ff. de ſolut. c. dilecti, de foro compet. l. contraxiſſe. ff. de actio. & obligatio. Nihil refert etiamſi verba ſeu inſtru-

ſtrumenta contractus ſint alio loco confecta. gl. 2. in l.1. C. vbi conueniatur, qui cer.loc.da.promiſit.

Mercatur aduena ſeu viator, ſtatim profecturus, & qui in loco contractus non conſtitit, ſequendus eſt ad domiciliũ.l.hæres abſens. §.proinde.ff.de iudic. Quæ regula fallit, ſi contrahens eum ignoraſſet viatorem.Bartol.in d.§.proinde. Item ſi contractus ſit ſtatim implendus per viatorem.Sozinus in regula 159. Tertiò fallit, ſi viatoris ſit ibi leue reſpondere. Quartò, quando viator contraxiſſet in loco, in quo aliàs poterat conueniri, ſi priuilegiatus non erat, quia tunc contrahendo, priuilegio renunciaſſe videtur. c. dilecti, de foro compet.

DE MODIS SORTIENDI forum, ratione quaſi contractus.

HAEres quamuis domicilium trans mare habeat, eò loco tamen defendi debet, vbi defunctus iudicium accepit, quia ſuccedit in eius locum. ff.de iudic. l.ſi is qui Romæ. ff. de iuriſdict.om.iud.l.pen.Etiamſi ſit priuilegiatus: quia vbi ſemel cœptum eſt iudicium, &c. l. vbi. ff.de iudi. Idem ſi ex perſona defuncti conueniatur hæres. Paulus de Caſtr. in d. l. hæres abſens. Quod intelligitur ſi ibi reperiatur.

VBI LEGATA PRAEſtari oporteat.

Vbi hæres habitat, ibi legata & fideicommiſſa petere oportet, ſi hæres dolo malo ſubduxerit,

rit, vel si in pondere, numero aut mensura contineantur, aut si in genere est legatum. 2. Legata & fideicommissa peti oportet, vbi maior pars hæreditatis est, si agitur personali actione, Nisi probetur testatorem alio loco peti voluisse. l. si fideicommissum. ff. de iudic. l. 1. C. vbi fideicommiss. pet. opor. Item legatum petitur, vbi res legata est, si personali actione exigatur, vel per actionem in rem petatur, vel in spem petatur. l. quod legatur. ff. de iudi. Postremò ibi legata peti oportet, vbi consenserint fideicommissarij. d. titul. l. quamuis. Cæterùm vbi legata seu fideicommissa solui oporteat, & præstari, distinguitur in l. sed etsi susceperit. Ita quòd ibi soluenda sint, vbi testator voluit: quod potest liquere ex verbis. Item ex qualitate rei relictæ. Item ex persona cui relinquitur. Item ex nominatione rei, &c.

VBI TVTORES FORVM sortiantur.

Si plures sunt Tutores diuersarum iurisdictionum, omnes coram vno iudice pupillus potest conuenire. C. arbitr. tutel. l. omnes, de quibus rebus ad eun. iud. eatur. l. 1. & 2. c. dispendia, de rescript. lib. 6. Etiamsi quilibet suo loco gessit. Nam omnes loco vnius habebuntur. ff. de excus. tut. l. iurisperitos.

De effectu reconuentionis, qui est, quòd per eam iudex fit, qui non erat iudex. l. Papinianus. C. de senten. & interl. om. iud.

VBI FIT RECONuentio.

Apud

Apud eundem iudicem, ordinarium vel delegatum. c. 1. & tot. tit. de mutuis petit.

QVANDO RECONVENtio sit facienda.

Ante lit. contest. vel statim postea. Auth. consequenter. C. de sent & interloc. om. iud. C. de his qui conueniuntur & recon.

Reconuentio in quibusdam casibus cessat. Quando tu accusas criminaliter, ipse te non potest conuenire ciuiliter. l. 2. §. fin. ff. de iudi. Secundò, in arbitrio etiam cessat, quia est stricti iuris arbitrium. c. cùm dilectus filius. de arbit. Tertiò, in causa spolij, quia est priuilegiata. c. super spoliatione. de ord. cogni. In summa, in omni momentanea possessione. tit. de mutuis petit.

Consensu sortitur quis forum, si partes consentiant coram non suo iudice litigare. ff. de iurisdict. omn. iud. l. 1. & l. est receptum. c. significasti, de foro compet. Quod intelligitur, si consentiant in eum, qui tribunali præest, vel aliam iurisdictionem habet. ff. de iudic. l. 1. & C. de iurisd. omn. iud. l. priuatorum. Item consensisse videntur, qui sciunt se non esse subiectos, attamen in eum consentiunt. d. tit. l. 2. Item si non errent. ff. de iurisd. omn. iudic. l. si per errorem. Clerici autem non possunt in alium iudicem consentire, sine licentia sui prælati. c. si diligenti. & c. significasti, de foro compet. Nec Clericus diœcesani potest vel debet in archiepiscopum consentire. c. 1. de foro compet. lib. 6. Sed de prorogatione iurisdictionis, vide latissimè Canonistas, in c. §. & gl. de offi. deleg. Legistas in l. 1. C. de iurisd. omn. iud. & l. si qui ex consensu, C. de episcopali audientia.

Pacto poteſt fieri, vt coram quolibet iudice poſſis me conuenire. Speculat. de competen. iudicis adit. verſic. viceſimus ſecundus. Et de hac clauſula, quæ adijcitur plerunque inſtrumentis, ſcilicet vt debitor generaliter, vbicunque fuerit inuentus, poſſit conueniri. Vide Bartol. in l. 3. §. ſi quis ita. ff. de eo quod cert. loc. et in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & Canoniſtas, in c. 1. de iudic.

RATIONE DELICTI quis ſortitur forum, vbi deliquit.

CAuſa criminalis in loco, vbi delictum eſt commiſſum, expediri debet: vel in loco, vbi delinquens domicilio habitat. De quo vide Panorm. & alios, in c. fin. de foro compet. Et vide in Clem. paſtoralis, in glo. verb. de more. Et ibi Cardinal. de ſenten. & re iudi. et vide l. 1. & 2. cum Authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. et in Authent. vt omnes obedientes, coll. 5. per tot. Et vide in §. quoniam verò, vt nulli iudicum. & in §. ſi quis. Authent. vt iudices ſine quoquo ſuffragigio.

Remittere oportet delinquentem eò vbi deliquit. Vide Bart. in l. ſi cui. §. fin. ff. de accuſat. & in Authent. vt nulli iudic. §. ſi verò quis comprehenſorum. Item vide Canoniſt. c. 1. de raptorib. Et poſt omnes vide Hippolytum de Marſilijs, in practica ſua, in §. oportunè. num. 38.

FORVM RATIONE REI ſitæ in alieno territorio.

Coram illo iudice conueniri debet Reus, in cuius iurisdictione res est sita, pro qua conuenitur. text. glo. & Doct. in c. fin. & in c. sanè. et in c. ex parte b. de foro compet. argum. §. si verò quis agrum. l. forma. ff. de censib. text. glo. & Docto. l. fin. C. vbi in rem actio exer. deb. & l. si prædium, de prædijs minor. & l. fin. de præscrip. lon. temp. & l. quod legatur. ff. de iudic.

Verum est quod dixi, si Actor istic velit eum conuenire. Nam ibi Actoris est electio, quoties Reus habet plures foros. c. dilecti, de for. compe. Item si agat actione reali. Item si res sit immobilis.

Postremò ratione status, seu conditionis personæ, sortitur quis forum, Putà, pupilli, viduæ, & aliæ miserabilis personæ, non possunt vi rescripti extra terminos suæ prouinciæ trahi, ipsi tamen possunt aduersarios suos coram Imperatore, vel ab eo delegato, conuenire. C. quãdo Imperaror inter pupillos & vidu. vel ali. miser. perso. cog. l. 1. Et hoc intelligitur de miserabilib. personis, non habentibus defensorem. text. & Inno. c. significantibus, de offi. deleg. Huiusmodi enim personæ oppressæ, per simplicem quęrelã, absq; medio, principem adire possunt. Habẽt & aliud priuilegium, ex iure Canonum, quia possunt laicos coram iudice Ecclesiastico conuenire: Maximè in defectum iudicis secularis. c. ex tenore, de fo. compe. vbi Abbas. Vel quando sunt expoliatæ. c. ex parte b. d. tit. Nam sunt sub protectione Ecclesiæ. 87. dist. c. 1. & 2. 24. q. 3. c. si quis de potentibus. cum simil. Quod intelligitur, quòd agendo coram Ecclesiastico iudice forum sortiantur. Sed conuenti coram iudice seculari, nõ possunt forum declinare. Inno. d. c. significantibus.

Exceptiones ſequuntur contra delegatum iudicem. Et quia huic non creditur ſine reſcripto, de eo primùm quædam præmittemus, cuius finitionem vide in tit. de reſcriptis. et in C. de precib. Imper. offer. Reſcripti autem exceptiones, vide in c. licet, de crimine falſi. & ibi Docto. Eſt duplex Reſcript. ſcilicet ad lites, quando ab Imperatore, aut alio petitur iudex ad lites, & datur ei Bulla, cum plumbo pendente filo (Nam breue tantùm habet annulum Epiſcopi impreſſum.) Cauendum ne bulla ſit vitiata, filo, raſura, ſtylo, litura, ſigillo, capitalibus literis &c. Specula. in tit. de reſcripti impugnatione, præſentatione, & cæt.

DE EXCEPTIONIBVS contra Reſcriptum.

REſcripto obijcitur vitium viſibile, putà, ſi bulla à lino Reſcripti ſit diſſoluta. l. à teſtium. §. ſi ſigna turbata ſunt. ff. de teſtam. et c. licet, de crimine falſi. Vel ſi bulla habeat deſtructos characteres. c. inter dilectos, de fide inſtrum. l. 1. & l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſta. del. l. à teſtium. §. ſignum autem. d. tit. de teſtam. Vel ſi litera ſit interlita, cancellata, vel raſa. l. fin. C. de edict. D. Adria. toll. & l. Paulus reſpondit. ff. ad leg. Cornel. de falſ. & l. qui teſtamentum. eod. tit. & l. ſi chirographum. ff. de probat.

Item Reſcripto opponitur, quòd in eo non contineatur dies, in quo impetratum fuit. C. de diuerſ. reſcrip. l. ſi qua beneficia. & in Authent. de tabellionib. §. ſi. ibi, & tempus quo ea charta præparata eſt. Data enim literarum omninò attendenda eſt. c. cùm te, & c. conſtitutus, de reſcript.

Vbi vide Docto. præsertim Feli. in d.c. eam te ponentem regulam, & sex fallentias. Latiùs vide Ioan. Andr. super data, lib. 6. Decretal.

Item Rescripto opponitur, quòd non contineat diem Natiuitatis Christi. Nam ex consuetudine anni Dominicę Incarnationis apponi debent scripturis publicis, aliàs non valet quod agitur. glo. in Authent. vt Imperatoris nomen. in verb. auctore. c. in nomine Domini nostri Iesu Christi. 23. dist. cum similib.

Ad hæc in instrumento & in rescripto, debet poni annus Papæ, vel Imperatoris. in Authen. vt Imper. no. in instr. & ac. pu. propo. & glos. in l. generali. C. de tabul. lib. 10.

Prætereà obijci potest Rescripto, quòd non contineat tempus Indictionis. text. & glos. ver. indictionis. c. inter dilectos filios. de fide instru. & glo. in ver. indictionis. in d. Authen. vt Imper. nom. in instr. & act. & c. glo. fin. In constitutione, de Iustinianeo Codice confir. Vide Abba. & Fel. c. 1. de fide instrum.

Ad hæc excipitur contra Rescript. quia non contineat locum, in quo concessum fuit, nec locum ad quem. c. olim ex literis. de rescrip. Angel. Instit. de except. §. prætereà. vers. 28. potest opponi. Cæterùm de loco & tempore, quando requirantur in publicis script. vide glo. l. optimam. C. de contrahen. stipul. & Specul. de instru. edit. §. breuiter. Et vide c. cùm redemptor. 12. q. 2. Et annotata in c. Abbate, in text. locus & tempus, de sent. & re iudic. lib. 6.

Iam & Rescripta cõtinere debent, inter quos, & ad quem iudicem, & per quam personam fuerint directa. in Authen. vt diuinę iussiones, constitutione 114.

Item opponi poteſt contra Reſcriptũ, quòd non contineat illam clauſulam: ſi preces veritati nitantur. Vel ſi ita eſt, quam ſecundùm leges, Reſcripta debent expreſſè habere.l.fin.& ibi Docto. C.de diuerſ. reſcript. Sed de iure Canonico hæc conditio, ſi preces veritati nitantur, intelligenda eſt, etiamſi non apponatur. glo.& Doct.& text, in c.2.de reſcript.

Item obijci poteſt Reſcripto falſa latinitas. Nam literis Apoſtolicis manifeſtum continentibus peccatum in conſtructione, nulla fides adhiberi debet.c.ad audientiam.1.loc. de reſcript. Eo quòd reſcripta Apoſtolica tãta maturitate proferuntur, vt præſumptio ſit, ſi minùs latina ſint concepta, non ſint legitimè impetrata. c.Apoſtolicè.35.q.9.text.& glo.in c.cùm adeò, de reſcript. Felin. in d.c. ad audientiam, extendit hoc quinquies, & limitat vndecies.

Item opponi poteſt Reſcripto, quòd non habeat debitam figuram literarum Apoſtolicarũ. Specul.de Reſcripti præſentatione.§.ratione falſi.verſi.& quoniam ex forma. Vbi recenſet, qua figura, & quo ordine elementorum, literæ Apoſtolicæ debeant ſcribi, ſcilicet quòd nomina hominum & locorum groſſis & capitalibus literis ſcribi debeant: deinde qua charta, & quod chartæ ad literam debeat fieri compoſitio, dicit gloſ.verb.videretur. verſ.ſed contra priuilegiũ, in c.inter dilectos, de fide inſtrum. Poſtremò lex etiam præſcribit, quo atramento Reſcripta debeant ſubſcribi & ſubnotari. l ſacri Abbates. C. de diuerſ.reſcript.

REGVLA DE STYLO.

Literæ

Literæ Apoſtolicæ emanatæ contra vel præter ſtylum, præſumnntur falſæ. Panorm. in d.c. quàm graui, de crimine falſ. Feli.c.2.§. ſtylus curiæ, de reſcrip. Stylus enim curiæ facit ius, & poteſt allegari in deciſionibus cauſarum, ſi iùs non reperitur vi contrarium. Panor. in c. ex literis, de reſcrip. allegat. c. literas, de iuramento calumnię. Rochus Curtius, ſupr. c. fin. de conſuetud. dicit: Vbi conſuetudo Eccleſiæ Romanæ diſponit ſuper modo confitendi, vel dandi literas ſuæ cancellariæ, ab omnibus eſt obſeruanda. gloſ. c. ad hæc, de ſenten. excommun.

EXCEPTIO DE DIETA.

Obijcitur contra Reſcriptum, quòd ſit vltra dietam vnam à fine diœceſis, aduerſarij delegatio facta, contra c. ſtatutum. §. cùm verò. et §. cùm autem, de reſcript. lib. 6. Specul. l. de citatione. §. 1. Dietæ autem computatio etiam in reali hodiè fit à loco domicilij rei principalis. Felin. c. dilectus. 2. loc. de reſcrip. Niſi cum domicilio minus principali cõcurreret aliud, videlicet quòd ibi eſſet res litigioſa, Felin. in. c. ex parte b. de for. compet. Hoc tamẽ quod dicitur, putà, quòd impetrans non poterit vltra vnã dietam à fine diœceſis aduerſariũ conuenire, fallit aliquot modis. Quos vide apud Fel. c. nõnulli, de reſcr. in antiq.

Item opponi poteſt contra reſcriptum, quòd non contineat diœceſin, in qua Reus degit, vel res eſt ſita, de qua contenditur. c. ſignificante, de reſcript. & ibi glo. & Docto, quia huiuſmodi reſcriptum reprobatur propter generalitatem. c. ad hæc, de reſcript. Et quia reſcripta ſunt ſtricti iuris, c. §. & gl. de off. dele. Vnde nõ extenduntur

ad personas & res non contentas, c. penult. de offic. deleg. & in d. c. §. & glo.

Obijcitur etiam rescripto, quòd fuerit impetratum ad quoscunque iudices, nullo nominato: vel super omnibus causis, nulla expressa. c. ad hæc, de rescript. & ibi glo. i. c. ex literis, de dolo & contum. cum simil. quia incertitudo, & nimia generalitas vitiat rescripta. Felin. in d. c. ad hæc. Sicut incertitudo vitiat mandatum. l. 2. §. de procura. Et constitutionem procuratoris. l. tutor. ff. de testa. tutel. Item compromissum. c. innotuit, de arbitris. Ad hæc per commissionem generalem omnium negociorum, absolueretur iurisdictio ordinarij. glos. in d. c. ad hæc. l. 2. & 3. C. de precib. Imper. offer. cum simil.

Opponi potest rescriptis, quia duo rescripta eodem die super eadem causa, & ab eodem principe, ad diuersos tamen iudices, sunt impetrata, de rescript. c. ex tenore. ff. de iudic. l. vbi cœptum. et l. si quis postea. Ratio, ne detur via dilatandi lites. c. iurgantium, de re iudic. Clement. dispendiosam, de iudi. Et intelligitur de duobus rescriptis, quorũ alterum nõ facit mentionem de reliquo, vt in d. c. ex tenore. Et intelligitur, si sint in fraudem fatigãdi aduersarij, & non ad cautelam, de rescript. c. fina. Nam ad cautelam quis potest plura rescripta habere eiusdem tenoris, ad eosdem tamen iudices, argum. l. vnum testamentum. ff. de testam. et l. vlt. ff. de his quæ in testam. deleg. Ad hæc super pluribus etiam personalibus actionibus, quæ sub vno iudice possunt tractari commodiùs, quis non potest diuersa rescripta impetrare. d. c. vlt. & c. dispendia, de rescript. lib. 6. Nec etiam potest quis ad plures ordinarios, qui sunt in vna ciuitate super

per diuersis actionibus, dari. Iason in l.nulli. C. de iudic.

Exceptio, ne continentia causę diuidatur, etiam potest opponi rescriptis, Putà, si diuidatur in rescriptis possessorium à petitorio, contra l. nulli. C. de iudic. & l. ordinarij. C. de rei vendic. et c.1. de caus. possess. & propriet. et c.1. de sequest. posses. & fruct. c. significauerunt, de testib. & contra tit. de quib. reb. ad eun. iud. eatur, in ff. quam exceptionem (ne continentia causæ diuidatur) limita, ex glos. d. c.1. de sequest. possess. & fruct. & ex Iasone in l. nulli. C. de iudic.

EXCEPTIO LITIS pendentiæ.

Excipi potest contra rescriptum, quòd super re litigiosa, vel lite pendente hoc tacitè est impetratum, de confirmat. vtili vel inutili. c. 1. & c. cùm dilecta, eod. tit. et c. ex literis, de dol. & contum. C. vt lite penden. vel post prouocationem, etc. per tot. et in Authent. ne in med. lit. fiant sac. fer. aut sacr. iuss. sed. &c. Extenditur hoc quòd rescriptum super re litigiosa eliditur, etiamsi motu proprio sit concessum. Specul. de dolo & contum. §. fin.

Rescriptum ad retractanda ea quæ decreto seu definitiua sententia terminata sunt, non patrocinatur. C. vt lit. pend. l. 1. & 2. & C. de error. aduoc. l. fin. C. sentent. rescind. non posse. Nisi impetraretur rescriptum super edenda copia actorum vel alicuius sententiæ. l. 2. C. de eden. l. quoniam nonnulli. et l. à proconsulibus. C. de appel. Item contra ea, quæ decisa sunt, potest supplicari, vt iudex procedat & exequatur, vt in Auth.

vt in medio lit. §. super hoc. Postremò si princeps rescriberet, non obstante sententia, transita in rem iudicatam, tunc impetrata post sententiam patrocinarentur. Iaf. l. 2. C. vt lit. pendente.

Quæ in rescriptis sint commemoranda, varijs iuribus comprehēduntur, quę partim apud Fel. c. cæterùm, de rescriptis, recensentur, & passim apud alios scribentes. Tradit autem Feli. d. c. regulam, cum quatuor extensionibus, & septem fallentijs. Regula autem docet, quæ in secundis rescriptis ad lites sint inserenda, quæ eiusdem est.

In secundo rescripto ad lites, debet fieri mentio de primo expressissima. d. c. cæterùm. et c. ex literis, de offic. deleg. Item debet fieri mentio in secundo rescripto, de omnibus clausulis notabilibus primi rescripti. c. ex literis, de dolo & contum. et c. ex conquestione, de restit. spol. Item debet fieri mentio de processu ex primo rescripto sequuto. c. inter monasterium, de sent. & re iud.

Rescriptum secundum non memorans primum, ope exceptionis irritatur: quia in contentiosis surreptio non vitiat ipso iure. text. c. vt debitus, de appell. Feli. d. c. causam, de rescript.

DE MENTIONE FACIENDA IN LITERIS AD BENEFICIA.

Vide Felin. c. in nostra. & c. ad aures, de rescript.

DE EXPRESSIONIBVS IN legit. & in adultis.

Vide Felin, c. postulasti, de rescript.

IN RESCRIPT. AD LItes, quæ ſint exprimenda.

Felin.c.ſuper literis, de reſcript. §.exprimenda ſunt.

DE EFFECTV SVReptionis.

Literæ ad lites ſurreptitiæ non ſunt ipſo iure nullæ, ſed ope exceptionis annullantur. Abb. & Felin.c.ad audientiam. 2.loc.de reſcrip. c.ſi autẽ. c.plerunque.c.dilectus.c.cæterùm,eod.tit. Quæ regula fallit aliquot modis, quos vide d.c.ad audientiam, apud Felin.

Quando excipiendum ſit de ſurreptione, vide Abbatem in c.conſtitutus. & in c.ad audientiam, de reſcript. qui hoc modo diſtinguit: Si excipiatur de ſurreptione concernente grauamen, tunc poteſt excipi vſque ad ſententiam. Si verò excipiatur de ſurreptione concernente literas tantùm, tunc ante litem conteſtatam debet opponi ſurreptionis exceptio.

In reſcriptis ad lites, ſi exceptio ſurreptionis reſpiciat merita cauſæ, tunc excipiens tenetur probare ſurreptionem. Sed in reſcriptis ad beneficia, ſi excipitur quòd impetrator expreſſerit falſum, tunc impetrans probet, ſcilicet ſe verum expreſſiſſe. Si verò excipitur, quod tacuerit verum, tunc excipiens probet, quia allegat dolum impetrantis per c.2.de renunciatione, lib.6.

DE EFFECTV SVRREptionis.

Sur-

Surreptio in vna parte, non vitiat rescriptum in alijs. c. si eo tempore, de rescrip. in 6. Quam regulam limitat Felin. in c. sedes, de rescript. vbi vide.

AN SVRREPTITIVM Rescripto tribuat iurisdictionem.

De quo ita distinguitur, ex c. super literis, de rescript. Scilicet surreptio dolosa vitiat rescriptum in totũ, adeò quòd delegatus iudex, postquam sibi super hoc fuerit facta fides nullatenus de causa cognoscat. Quæ conclusio procedit etiam in priuilegijs, & in literis beneficialibus, secundùm Docto. præsertim Abb. & Felin. in d. c. super literis. Et est sententia Placentini, in l. præscriptione. et l. si ex legibus. C. si contra ius vel vtil. public. Surreptio autem ex ignorantia vel simplicitate, si fuit causa obtinendi solius formæ rescripti, non vitiat substantiam, si princeps nihilominùs concessisset: imò delegatus procedat, non secundùm expressa vel tacita, sed iuxta veritatem. Vt est opinio Ioannis & Azonis, in d. l. si præscriptione. Quæ regula procedit etiam in literis gratiosis, & beneficialibus. c. dudum. et c. si pro clericis pauperib. de præben. in 6. Quam regulam limita aliquot modis, quos vide apud Feli. in d. c. ex literis. Si cessante surreptione princeps nullo modo dedisset rescriptum, tunc in effectu vitiatur rescriptum, adeò quòd per delegatum non est aliquatenus procedendũ in principali, sed de qualitate precium cognoscat. Canonistæ in d. c. super literis, & Legistæ in l. præscriptione, C. si contra ius vel vtilitat.

DE EXCEPTIONE SVRreptionis quis posset cognoscere.

Vide in l.etsi cognitio. C.si contra ius vel vtilita.publ.vbi ita concluditur: Quòd ille cui per rescriptum principis committitur executio super negocio nondum discusso, neque terminato per sententiam, si coram eo opponatur, quod principi falsum fuerit narratum, potest ipse executor, de hac exceptione cognoscere, & secundùm veritatem pronunciare, licèt cognitio non fuerit expressè mandata. Iason.in d.l.etsi cognitio. & glos. ver. etsi sciat. §.quia verò.c.pastoralis, de offic.deleg.

DE POENA IVDICIS NON admittentis exceptionem surreptionis.

Iudex non admittens exceptionem falsi seu surreptionis contra rescriptum, multa decem librarum auri puniri potest, & debet.l.puniri.C. si contra ius vel vtil.publ. consonat. c.ex parte, 2.lo.de offic.deleg. Princeps enim patienter sustinet, si inferior non fecerit, quod praua insinuatione fuerit suggestum. c. si quando, de rescript. Et sententia principis, si sit seuerior, suspenditur.l.si vindicari.C.de pœnis. In summa, mandato etiam principis, aliquando reclamare licet, glo.in §.deinde. in Authent.de mand.princip. Exempla plura, quando quis mentitus est in narratione iuris vel facti, siue tacendo, siue exprimendo, vide apud Bald.in l.2. C. si contra ius vel vtil.publ.

Quibus item modis possit contra surreptionis exceptionem replicari, Vide textum in l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offeren. Vbi omninò Iasonem videto, qui hæc, quæ huc pertinẽt, copiosè tractat.

Opponi potest contra resctipt. quia est contra ius, id est, contra tenorem legis contrarium disponentis, ex l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offer. ibi. Nec iuri contraria postulari oportet. Et primùm, quia sit contra ius diuinum, Nam vbi apertè Dominus, vel illius Apostoli, & eorum sequentes definierunt, si Romanus Pontifex contra statuat, magis errare, quàm sententiã dare conuincitur. 25. q. 1. c. sunt quidam. Idem in Imperatore, cùm inferior potiorem soluere nequeat, vel ligare. c. cùm inferior, de maior. & obed. l. nam magistratus. ff. de arbitr. Sed vtrunque tam Sacerdotium, quàm Imperium, sunt dona Dei, à superna collata clementia, in Authen. quomodo oport. episcopus, in princip. Et hoc est verum, quòd princeps contra ius diuinum, nedum rescribendo, verùm & legem condendo, nihil potest, nisi limitando, vel interpretando ius diuinũm, vt hoc: Quod in ore duorum aut trium &c. Quod limitatur in testamentis, & alijs, vt in c. relatum. et c. cùm esses, de testamentis. Bartol. in l. 3. ff. de testament.

Rescript. contra ius quæsitum ex iure naturali vel gentium, non valet, per glo. ver. quoties. & ibi Docto. C. de precib. Imper. offeren. et ex l. iure sanguinis. ff. de reg. iur. & l. ius agnationis. ff. de pact. Nisi ex causa, & pro bono Reipubl. Tũc debet tamen prouidere de precio. l. item si verberatum. ff. de rei vend. cum similib.

Contra ius Ciuile disponens, nullum rescriptum,

ptũ, nulla pragmatica ſanctio, nulla ſacra aduocatio, quæ iuri generali, vel vtilitati publicæ aduerſatur, in lite admittatur. l.fin. C.ſi contra ius vel vtil.publ.l.reſcripta. C.de precib.Imper. offer. Quæ eſt Canonizata.25. quæſt.2.vbi vide bo: glo. Sed hoc fallit in aliquot caſibus notatis in d.l.reſcripta. Et latiùs in l.quoties. C.de precib. Imper.offeren. et in l.nec auus. C.de emancip. et in l.ſi quis ſepulchrum. ff.de relig.& ſumpt. fun. cum ſimilib.

Reſcriptum contra publicam vtilitatem, in nullo negocio valeat. C.de ſacroſ. eccleſ. l. iubemus nullam nauem. et l.nec damnoſa.C.de precib. Imper.offeren. Putà, ſi immunitas à ſolutione vectigalium conceſſa ſit. l.omnium. C. de vectigalibus. Etiamſi habeat clauſulam: Non obſtante aliqua lege vel ſtatuto. Cyn.l.fi. C. ſi contra ius. Vel etiam ſi modicè ſit damnoſa. Paul.de Caſtr.d.l.nec damnoſa. Sed ſi altera in eo negocio depromatur iuſſio ab Imperatore, tunc valet. Vt in Authent. vt nulli iudicum. §. & hoc vel iubemus. & de mand.princip.§.deinde: et c.paſtoralis, de fide inſtrum.

Reſcriptum contra ius conſuetudinarium, vel municipale, non valet, quia intelligitur obreptum principi, Niſi in reſcripto fiat ſpecialis mentio de conſuetudine vel ſtatuto. Nam conſuetudines & ſtatuta ſunt facti, quæ præſumitur princeps ignorare. c.1. de conſtit.lib.6.l.3.§.diuus. ff.de ſepulch.viola.vbi Bartol.

Reſcriptum contra priuilegium alicuius, nõ valet, ſi non faciat mentionem ſpecialem de illo: c.cùm ordinem, de reſcript. Ad hæc l.decurionibus. C.de ſilentiarijs. libro 12. Et ſufficit dicere: Non obſtãte aliquo reſcripto, quia facilè tollun-

tur priuilegia. Bald. de pace constan. in versic. libellariè. in ver. non obstante.

Rescript. contra ius elicitum, valet, si princeps in eo exprimat, se id concedere motu proprio, & ex certa scientia, & de plenitudine suæ potestatis. c. si motu proprio, de præbend. lib. 6. Bart. l. 1. C. de bon. petit. sublat. lib. 10. Sed in dubio magis præsumitur suggestio, quàm motus proprius. Docto. l. 2. & 3. ff. quod quisque iur. Sed de certa scientia, ex qua princeps potest omnia, supra, contra, & extra ius. Bald. in c. cùm super, de causa. poss. & proprie. Canonistæ in c. porrecta, de confir. vtil. vel inut. & c. cùm inter, de except. & ll. in l. idem Vlpianus. ff. de excusat. tutor. Bart. in l. conficiuntur. ff. de iur. Codicill.

Hactenus contra Rescripta, ratione formę defectus. Nunc de defectu personarum, quæ sunt in Rescripto exceptiones, proponemus.

RATIONE IMPETRANtis obijcitur Rescripto.

Quòd sine speciali mandato domini, literæ Apostolicæ ad lites sint impetratæ. c. nonnulli. in §. sunt & alij, de rescript. c. ex parte decani, eod. tit. Quam regulam Felin. post alios, d. §. sunt & alij, multis modis ampliat & limitat, quem vide. Præter alios modos, quos Felin. in d. §. sunt & alij, commemorat, ille est præcipuus, quòd coniuncta persona potest impetrare rescriptum sine mandato speciali: quia vbicunque agitur de modico præiudicio, admittitur coniunctus, in casibus requirentibus speciale mandatum. Quæ autem sint coniunctæ personæ, vide l. sed & hæ personæ. ff. de procuratorib. et l. 3. ff. iudic.

dic.ſolui. et Specul.tot.titu.de coniuncta perſo. part.1.

Negligentia impetrantis obijcitur reſcripto, ita, ſi impetrans non fuerit vſus reſcripto intra annum, poſteaquam habuit copiam iudicis, & alius ſecundum reſcriptum impetrauit, licèt nõ faciat mentionem prioris.c.ſi autem.c.plerunq;. et c.1.in glo.fin.de reſcript. Quod fallit, vbi vterque poſtpoſuit vti reſcripto per annum. Specul. de reſcripti præſentatione. Verſi.item excipitur. Secundò fallit, quoniam non fuit impetratum ſecundum reſcriptum, tunc primum valet perpetuò: quia decet beneficium principis eſſe perpetuum.l.2. C.de diuerſ.& tempor.præſcriptionibus.

Obijcitur Reſcripto, quia impetrans ſit hęreticus, Non enim valet, ſi quid ſpeciali quolibet reſcripto per fraudem elicito ab hæreticis impetratum ſit.l.2. C.de ſum.Trin.& fid.cathol. et in Authen.credentes. C.de hæreticis. Neque hæreticus pro alio propter enormitatem criminis vtiliter intercedit.c.2.de hær.lib.6.

Excommunicatus impetrans reſcriptum, ipſo iure nihil agit. c.1. de reſcript. lib. 6. vbi vide Scribentes. Et vide Felin. in c.fin. de exceptionib. Vbi poſt Dominicum colligit aliquot fallentias.

Bannitus & deportatus, cuius bona ſunt publicata, excommunicato æquiparatur. text. in c. domino guerram.tit.hic finitur lex Conradi.gl. fin.c.paſtoralis, de appell. Ioan.Andr.in annota. ad Spec.tit.de reſcripti præſentatione.§. ratione impetrantis. Iaſon in l.libertus. ff.de in ius voc. Bald.in l.1.C.de ſer.fugit.

Seruilis conditio etiam obijcitur impetranti,

vt inualidet rescriptum, per l.1.C.de prec.Impe. offer. Quod fallit super vindicanda nece domini. Item si seruus pro alio impetret. l.vniuersis. d.tit.de precib.&c.

Monachus vel Canonicus regularis, omnesq; religiosi, non possunt impetrare sine cõsensu Abbatis.16.quæst.1.c.monachi.2.loco.c.ex parte, de postul. Fallit hoc in quolibet casu, quo licet monachis agere.de except. c.dilecti, in princip. Putà, pro vtilitate Monasterij & Ecclesię, & ex pręcepto Abbatis. Abb. in d. c. ex parte, de postulando.

Excipitur contra rescriptum, ratione impetrantis. Primò, quòd tempore impetrati rescripti ille erat mortuus, cuius nomine impetrabatur. Nam rescriptum pro mortuo nil valet, sicut mortuo non acquiritur actio. l. eius qui in prouincia.ff.si cer.pet.§.quod si stipulatus. Item sententia pro mortuo non valet, nec prodest hæredi.Docto.in l.in sentent.§.vlt.ff.de re iudi.nisi fauore libertatis. l.cùm quasi.ff.de fideicommis.libert. Item si rescriptum sit impetratum sub nomine dignitatis, & non sub nomine proprio, valet etiam mortuo impetrante, quia dignitas non moritur.c.quoniam Abbas, de offi.deleg.c.dilecti, de foro compet.glo.& Doct.in c.significauit, de rescript. Item si negocium sit cœptum viuo adhuc impetrante, tunc rescriptum etiam post mortem valet.glo.c.gratum, de offi.deleg.

IMPVGNANTVR RESCRIpta ratione illius, vel illorum, contra quem vel quos impetrantur,

Putà,

Putà, aduerſum eum iudicis datio non valet, qui in rebus humanis, tempore impetrati reſcripti, non fuerit. l. Paulus. ff. quæ ſent. ſine app. reſc. Sicut ſententia lata contra iam mortuum, ipſo iure nulla eſt. l. in ſumma. §. fi. ff. de re iud. Hoc tamen, quod dictum eſt, reſcriptum contra mortuum non valere, fallit ſi per citationem perpetuatum ſit reſcriptum, contra ſucceſſores. tex. & glo. c. ſignificauit, de reſcript. Item fallit in vniuerſali ſucceſſore, qui etiam re integra ex reſcripto contra defunctum, cuius nomen expreſſum erat in reſcripto, poteſt conueniri. Ioan. Andr. in reg. is qui, de reg. iur. Tertiò fallit, ſi reſcriptum erat impetratum in materia trāſmiſsibili ad hæredes, tunc etiam contra hęredes reſcriptum habet vires. l. veteris. et l. fina. C. de contrahen. & committ. ſtipul. Quartò fallit in ſucceſſore ſingulari, qui ſciēter rem alterius occupauit, & inde ſucceſſor vitiorum eſt. text. & gl. c. quia verò, de iudi. Vltimò conuenitur ſucceſſor ex reſcripto contra defunctum, ſi nomine eccleſię, & pro illius vtilitate ſit contractum, licet nomen anteceſſoris ſit expreſſum. c. dilecti filij, de for. comp.

Excipi etiam poteſt contra reſcrip. quòd maiores & digniores perſonæ ſub clauſula generali conueniantur, quàm in literis deſignentur. c. ſedes. et c. Rodolphus, de reſcript. & ibi Doctor. Quod etiam locum habet, ſi maiora negocia, & grauiores cauſæ, quàm in literis expreſſę ſint, attententur. Spec. de reſcrip. præſent. §. ratione autem cauſæ. Itē ſi plures tribus vel quatuor in iudicium trahantur virtute clauſulæ, & quidam alij. Quorū nomina in primo citatorio non ſunt expreſſa. c. in multis, de reſcript. lib. 6.

Excipitur contra Reſcript. quia eſt impetratū

contra priuilegiatũ, attamen priuilegij non meminit.c.cùm ordinem, de reſcript. Et hoc intelligitur, ſi reſcriptum impetratur de rebus priuilegiatis, vt glo. ibidem. Et ſicut oppreſſio dignitatis, vel nominis, vitiat reſcrip.c.ad aures, & cùm ad ſedes, de reſcript.c.cùm ſtatutum, de conſtit. Ita etiam taciturnitas priuilegij vitiat. d. c.cùm ordinem.

Impugnat etiam Reſcript. eo quòd ſit impetratum aduerſus Abbatem, & nec meminit Conuentus, cùm habeant bona omninò diſcreta. c. edoceri, de reſcript. Si enim prælatus bona habeat omninò diſcreta, duntaxat de ſua parte reſpondere cogitur, quia reſcripta non extendúntur ad res vel perſonas in ipſis non comprehenſas.c.cùm olim.c.§.& glo.de offi.deleg.

Poſtremò excipitur contra Reſcript. quod perſona, quæ in reſcripto exprimitur, non amplius poteſt adminiſtrare ea bona, ſuper quibus litigatur, putà, mater cùm ad ſecũda vota tranſierit, tracta in iudicium nomine filiorum ſuorum, ſuper rebus filiorum non tenetur reſpondere, quia res amplius ſub poteſtate & tutela matris non ſunt. c.ex parte m.de appell. vbi glo. & Docto.

Sequuntur Exceptiones contra perſonas delegantium & delegatorum.

RATIONE DELEGANTIS, ſeu eius, à quo reſcriptum impetratur, excipi poteſt.

Putà, quia mortuus ſit delegans, antequam iuriſdictio agi cœperit à delegato.ff.de iuriſdict. omn.

omn.iud.l.& quia. et c.relatum. et c.gratum, de offi.deleg.c.si à subdelegato, de offi.deleg.cum similibus. Ratio, Quia mandatum re integra soluitur morte mandatoris & mandatarij. text. & glo.c.licet, de offi.deleg.

Principalem hanc regulam ampliat Iason, in l.moræ.ff.de iurisd.omn.iud.5.modis. Et limitat eandem septem modis. Idem facit Felin. in c. relatum, de offi.deleg. videlicet ampliando & dilatando, & limitando hanc regulam.

Delegantis defectu aduersus delegatum excipi potest. Primò, quia delegans seipsum dedit iudicem delegatum.l.præses.4.loc. ff.de offi.præsidis. & l.fin.ff.de offi.prætoris. Ratio illius est, quis contentiosa iurisdictio circa seipsum vel suos, exerceri non potest. Item quia ad seipsum appellari iure non permittitur. l. eos qui. C. de appellat.cum similibus. Item si delegatus ab alio sit, quàm à principe, subdelegare non potest. l.à iudice. C.de iudi.§.iudices.in Authen. de iudicibus. & vt nullat.&c. Quam regulam Iason in d. l. à iudice, limitat aliquot modis, quem vide. Item contrariam regulam, scilicet quòd delegatus principis possit subdelegare. Idem ampliat & limitat in d. l. à iudice. Quem omninò vide.

Excipi potest contra delegatum, quòd delegans causam alienæ iurisdictionis delegautrit. l. 1. C.qui pro sua iurisd. Nam delegatio ab incompetenti iudice non valet. l. 1. C. de pedan. iudic. Adeò vt si etiam posteà iurisdictionem habere cœperit, non reualescunt ea, quæ ab initio perperam gesta sunt. l. obseruant. §.fin.ff.de offic. proconf. Quod enim ab initio ipso non valuit, ratũ haberi non potest. c. auditis, de elect. Actus enim

iudicialis dependet à poteſtate publ. Vnde conſenſus partium non poteſt efficere vt reconualeſcant, ſi ab initio non valuerunt. l. ſi diuerſa. C. de transact. et Paul. de Caſtr. in d. l. 1. C. qui pro ſua iuriſd.

Fallit autem principalis illa regula in delegato à principe, qui alij cauſam delegauerit, cui nulla qualitas vel cauſæ, vel perſonæ poteſt obſtare. d. l. 1. et l. fin. C. vbi ſenatores vel clariſſimi, et c. venerabili, de offi. deleg.

Adhæc delegato iudici opponi poteſt, quòd cauſa delegata ſit imperij: non autem poteſt quis gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuius alterius coërtionem ad alium transferre. l. ſolent. ff. de offi. proconſ. gloſ. in l. imperium. ff. de iuriſdict. omn. iud. Abb. & alij, in c. quod ſedem, de offic. ord. vbi limitat Fel. hanc regulam, ſcilicet, quòd ea quæ imperij non poſſunt delegari. Et primò, de iure Canonico cauſæ meri imperij delegari poſſunt. c. illud. vbi glo. 23. q. 4. et c. ſicut. 2. q. 7. et c. 1. 25. diſtinct. glo. fin. in c. in archiepiſcopatu, de raptor. In ſumma, ex iure Canonico reſeruata Papæ, ſunt indelegabilia. Docto. in d. c. quod ſedem. Et reſeruata Papæ, numerat glo. in c. quod translationem, de offi. deleg. Secundùm leges verò dicta regula fallit, quando delegans non poteſt adeſſe, putà, propter publicas occupationes, ſeu diuturnam infirmitatem. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. l. 1. l. placet. 1. loc. C. de pedan. iud: et in l. aut ſi valetudinem. ff. de procurat. l. ſi longius. ff. de iudi. c. ſi pro debilitate, de offi. deleg. Hodiè omnia poſſunt committi, præter vltimum ſupplicium, & membri abſciſſionem. in Authent. de collatoribus & alijs capitulis. §. ad hoc. collat. 9.

Ad hæc quædam causæ mixti imperij delegari possunt: putà, causa restitutionis in integrum, per delegatos ab ordinarijs administrationem habentibus, tractatur, Non autem ab illis, qui administrationem non habent. de restit. in integ. c. penult. text. l. fi. C. vbi & apud quem cog. in integ. &c. Item causa suspecti tutoris remouendi delegari potest. l. cognitio. ff. de off. eius. cui man. et l. 1. §. 1. ff. de suspect. tut.

Causa libertatis & ingenuitatis, seu libertinitatis regulariter non possunt delegari cuilibet iudici. l. placet. C. de pedan. iud. quia fauor libertatis est, vt maiores iudices habere debeat. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. de liberali causa. C. de iudic. l. quoties. Et minores magistratus non cognoscunt de magnis causis. l. defensores. C. de defens. ciuitat. l. iamdudum. C. vbi causæ status ag. deb. Scilicet magistratibus municipalibus interdicta est cognitio, de his quæ imperij quàm jurisdictionis sunt. ff. ad municip. et de incol. l. ea quæ. et l. magistratus. et l. magistratibus. ff. de jurisd. omn. iud.

Excipitur contra delegatum, quòd nō ostendat mandatum literis comprehensum. de offic. deleg. c. cùm in iure. C. de manda. princip. l. 1. et in Authen. de mand. princ. cum similib. Sed nobilitatis & grauitatis ratione creditur delegato sine literis. c. nobilissimus. 87. distinct. putà, legato à latere Papæ. c. ad eminentiam, de senten. excommunicationis. Nisi super reseruatis Papæ. c. 1. de offi. leg. in sexto. c. eos, de sentent. excommunic. no. lib. 6. Alius regulariter dignitati & nobilitati defertur. De quo vide Felin. c. pastoralis, de offic. deleg.

Delegantis ex parte excipitur contra delegatum,

tum, quia delegans causam ad se reuocauit. ff. de iudic. l. cùm prætor. et l. iudicium soluitur. Reuocato enim mandato per principem nihil valet quod posteà actum est. c. vt nostrum, de appell. Et delegatus sedis Apostolicæ causam subdelegatam integrã, reuocare potest. c. quamuis, de offi. deleg. lib. 6.

Subdelegãtis nomine excipitur, quia illi personaliter iniunctum & demandatum sit negocium. Is enim cui iniungitur, vt personaliter negocium exequatur, non potest alijs delegare. c. fi. §. is autem, de off. deleg. c. cùm dilecta, de rescrip. Quod & in contractibus procedit. l. inter artifices. ff. de solut. et in vltimis volunt. l. 1. §. sin verò. C. de caducis tollend. Fallit autem si partes, quorum interest, consentiant, tunc etiam quod personaliter iniunctum est, potest alijs committi. text. & glo. d. §. is autem. in d. l. inter artifices. Hoc verò, scilicet quod partibus consentientibus personalis commissio alijs possit mandari, fallit in inquisitione fienda, & in prouisione ecclesiæ. d. §. is autem. et c. cùm dilect. de rescript. vbi glo. & c. is cui, de offi. deleg. lib. 6.

Excipitur contra delegatum, quòd finita sit iurisdictio mortuo iudice, cui proprio nomine expresso scriptum erat. c. quoniam Abbas, de offi. deleg. c. dudum. 18. quæst. 2. vbi glo. secùs si expressis nominibus locorum scriptum sit, seu dignitatis, quia antecessore mortuo, successor in dignitate iudicare potest. d. c. quoniam Abbas. Quia dignitas non moritur. c. liberti. 12. quæst. 2. Et successor electus loco præmortui est. l. mortuo iudice. ff. de iudi. et Authent. vt nulli iudi. §. & hoc iubemus.

Mortuo etiam collega, expirat iurisdictio delegata,

legata, non adiecta clausula: Quòd si non omnes: vel, Si non ambo. c. vno, de offi. deleg. quia omnes iudicare iussi sunt. l. duo ex tribus. ff. de re iudi. Et hoc verum, nisi aliud in delegatione fuerit expressum. d. c. vno. vbi vide Scribentes.

Tempore etiam finitur iurisdictio delegati, Putà, qui delegatus datus est ad certum tempus, quod nunc transijt. c. in causis, de offi. deleg. Prorogatur autem hoc tempus litigatoribus consentientibus, & principe permittente. l. 2. §. si & iudex. ff. de iudic. Et prorogatio ista fieri debet ante lapsum termini, & non postea. c. significantibus, de offi. deleg. et l. sed & si monente. ff. de precar. Et debet fieri talis prorogatio, non per procuratorem, sed per dominos. c. cùm olim. 1. loc. de offi. deleg.

Lapsu etiam triennij perit instantia causæ ciuilis delegatæ. l. properandum. C. de iudi. Et notatur in l. fin. C. vt intra cer. temp. cri. quæ. ter. Et omnia acta, in quibus non vertitur magnum periculum, pereunt per lapsum triennij. Vt libelli oblatio, litis contestatio, iuramenti præstatio: Specul. de iura. calum. §. sequitur. vers. quid si instantia. Sed acta, in quibus grande periculum vertitur, non pereunt per triennium, Vt sunt attestationes, vel confessiones, quibus est subueniendum. l. generaliter. C. de reb. cre. c. super. 14 q. 2. Testes enim possent mutare consilium. l. iubemus. C. de liber. causa. Verùm si subterfugia & cauillationes alterius partis decisio esset prorogata per triennium, tunc instantia causæ nõ periret lapsu triennij. c. venerabilis, de iudi.

Lapso termino statuto iudici, & iurisdictioni per ius municipale, tunc post terminum dele-

gatus nec cognoſcere, nec definire poterit. Specu. de iudi. deleg. §. reſtat. verſi. quid ſi in ſtatuto. C. quando prouo. non eſt nec. l. cùm non ex eo die. ff. de iud. l. ſi iudex.

Abdicatione finitur iuriſdictio delegati, quòd delegatus commiſit alteri vices ſuas ex integro, qui amplius cognoſcere non poteſt, poſteaquàm ille cœpit cognoſcere. Spec. de iud. deleg. §. ſequitur. verſ. item quod commiſit. Nec committens ſimpliciter vices ſuas alteri, poteſt reuocare. de offi. deleg. c. venerabili. c. ſuper. §. ſi verò duo. Secùs in legato, qui etiamſi cauſam alteri integraliter commiſerit, reuocare poteſt, cùm illi vniuerſitas cauſarum ſit commiſſa. c. 2. de offi. lega. lib. 6. cum ſimilib.

Remiſſione etiam finitur iuriſdictio delegati, ſcilicet per conſultationem factam ſuperiori. c. licet, de offi. legat. c. multùm ſtupeo. 3. q. 6. l. 1. C. de relationibus. l. ex illo. C. de appell. Et in Relationibus ilicò exemplum relationis litigatoribus ædi debet. c. intimaſti. de appel. Et hoc quod dictum eſt, quòd remiſſione finiatur iuriſdictio delegati, intelligitur, ſi partes approbauerunt relationem, ſed ſi conſentirent, vt iterum cognoſceret iudex, benè poſſet procedere. l. 1. & 2. C. de relat.

Appellatione finitur etiam iuriſdictio delegati, vt nihil amplius poſſit. c. vt debitus. c. ad hæc. de appellat. c. ad Romanam. 2. q. 6. Nam is qui de appellatione cognoſcit, debet conformare vel informare ſententiam latam. Auth en. ſi quis litigantium. C. de epiſcopali aud. Et medio tempore dicitur ſuſpenſa iuriſdictio delegati. C. de reb. cred. l. generaliter, de appel. l. præcipimus. §. hæc ſi. c. paſtoralis. §. quod præterea, de offi. deleg.

Finis.

Finitur iuriſdictio delegata deferendo appellationi. c.cùm appellationibus, de appellat. lib. 6. text. in c. cùm appellationibus. id habet expreſsè.

Etiam excipi poteſt contra iudicem delegatum, quòd finita ſit illius iuriſdictio, ſiue benè, ſiue malè pronunciauerit. l. iudex. ff. de re iudi. l. in literis, de offi. deleg. c. venerabili. eo. tit. quod intelligitur, cùm aliquandiu paritum ſit ſententiæ. c. quærenti, de offi. deleg.

Finitur etiam delegata iuriſdictio, ſi pars per ſententiam abſoluta ſit. c. de his, de accuſatio. c. fin. de colluſ. deteg. c. 2. de calumniatorib. l. licet. ff. naut. caup. ſtab. Et hoc etiam ſi partes inuicem ſe abſoluant. c. ſi quem. 2. quæſt. 3. Poteſt enim cauſa concordia terminari. c. 1. de mutu. petit. vel iudicio. c. quærelam, de ſimon. In ſumma, iuriſdictio delegata perimitur, vel acceptilatione, ſeu pacto de non petendo, ſiue tranſactione, aut rei interitu. vide Specul. in §. finitur, in fi. de offic. deleg.

Excipi poteſt contra iudicem deleg. quòd ſit ſuſpectus, quia deprauatus odio, fauore, gratia, prece, precio, vel metu, vel promiſſione, aut iuſſu alicuius potẽtioris. 2. q. 6. c. hoc etiam placuit. de re iudic. c. cùm æterni. lib. 6. 11. q. 3. c. quatuor. et c. iniuſtum. 3. q. 5. c. accuſatores. 3. loc. Verùm cauſas recuſandi iudicem, multas notat Speculator, tit. de offic. deleg. iud. §. ſupereſt. Et idem in tit. de recuſat. et Abb. in c. poſtremò, de appellat. Ioannes And. & Dominicus, in c. legitima, de appellat. lib. 6. & Scribentes, præſertim Lanfranc. c. quoniam contra, verſic. recuſationes, de probationib.

CAV-

CAVSAE SVSPI cionis.

Excipi poteſt contra deleg. Iudicem, quòd nõ ſit conſtitutus in dignitate, vel perſonatu: vel quòd non ſit Canonicus cathedralis Eccleſiæ, & in dignitate. Vel non ſit in collegiata, honorabili eccleſia conſtitutus in dignitate. c. ſtatutum. §. 1. de reſcrip. lib. 6. Fallit ſi certus articulus alicui committatur, putà, teſtium examinatio, vel litis conteſtatio. Speculat. de offi. deleg. §. excipi poteſt. verſ. quid ſi certus articulus.

Monacho vel Canonico regulari, cauſæ committi non poſſunt, quia à cauſarum ſtrepitu debent eſſe remoti. de Syndico. c. vnico. Nec debēt eſſe ſuſceptores alicuius forenſis negocij, niſi Abbatis imperio, & vtilitate Monaſterij ſuadente. 16. q. 1. c. monachi. Papa etiam committit illis cauſas, expreſſo nomine ordinis. Clem. etſi principalis, de reſcript. cum ſimilib.

Contra iudicem delegatũ excipi poteſt, quòd non ponat æquitatem ante oculos, l. quòd ſi Epheſi. ff. de eo quod cert. loc. Nec regia via ſecundùm conſuetum ordinem cauſarum procedat. c. qualiter. 1. loc. de accuſa. Item quòd acceptet perſonas. c. nouit, de iudi.

Item contra eundem excipi poteſt, quòd ſententias ſuas, vel cõſilia, nimis præcipitet. c. ponderet. 50. diſtin. 6. q. 1. c. quæro. 2. q. 1. c. Deus. c. cùm ex literis, de in integ. reſtit.

Item iudici delegat. opponitur, quòd nimis ſuo capiti innitatur, & non ducatur authoritate Canonum, vel patrum decretis. c. 1. de conſtit. c. ne innitaris, eod. tit.

Ad hæc excipi poteſt contra iudicem delegat. quòd

quòd legum ſit imperitus, neque vllum in rebus gerendis obtineat vſum, ſeu cauſarum habeat experientiam. in Authen. de iudicibus. §. nos igitur. In expediendis enim negocijs, non ſolùm neceſſaria eſt ſcientia, ſed etiam poteſtas. c. 1. 20. diſt. c. 1. de conſang. & affin. Sufficit tamen iudici, habere cauſarum experientiam. l. certi. C. de iudi. glo. in c. ad noſtram, de conſuet. Dummodò habeat diſcretionem, de offi. cuſtodis. c. 1. 1. quæſt. 5. c. præſentiam.

Excipi poteſt contra deleg. iudicem, quòd nō ſit iudex, ſed conſeruator qui ſolum poſſit defendere à manifeſtis iniurijs, nec poſſit manum extendere ad ea quæ iudicialem requirunt indaginem. c. hac conſtitutione, de offic. delega. lib. 6. Conſeruatores enim ſunt, qui conceduntur à ſede Apoſtolica aliquibus, vt à manifeſtis iniurijs & violentijs tueantur eoſdem, & conſeruent priuilegia eorum. d. tit. & lib. c. 1. Et qui poſſunt deputari, & qui non, & quomodo differūt à delegatis iudicib. vide apud Ioan. Andr. & Panor. d. c. 1. et c. fin. de offi. deleg. lib. 6.

Natura impediuntur agere pupillus vel infans, qui non poſſunt per ſe ſine tutore actionem mouere. c. ex parte. 2. loc. de appell. l. 1. & 2. C. qui legit. perſon. l. clarum. C. de authorit. præſt. l. ſeruus. §. impubes. ff. de bon. poſſeſſ. Et intereſt rei, eos repellere; quia ſi obtinerent impuberes, valeret ſententia pro illis. Si autem ſuccumberent, non prodeſſet. C. de procur. l. non eo minus. Nec ſatiſdatio per fideiuſſorem integraret iudicium, quia pupillus coram iudice, nullo modo obligatur, ſed coram arbitro naturaliter. Specul. de arbitr. §. reſtat. Paul. de Caſtr. in l. 1. C. qui legit. perſonam. Sed pupillus agere poteſt in cauſis ex-

ercendis sine figura iudicij.l.bonorum.C.qui admit.ad bon.poss. Item pupillus agere potest pro libero homine exhibendo.l.3.§.mulier.ff.de lib. homine exhib. Item potest agere populari actione, cùm eius interest. ff. de populari actio. l.mulier. Item de momentanea possessione. C. qui legit. personam. l. fina. C. si per vim vel alio modo.l.1.

Natura agere prohibetur pubes, minor xxv. ann. sine curatoris authoritate. l.in vniuersis. C. qui dare tuto.vel curat.poss. etiamsi curatorem non habeat.glo.& Docto.l.pen. C.si aduers.rem iudic. Quod fallit in causis, vbi minor habetur maior, scilicet spiritualibus, quos numerat glo. c.ex parte, de restit.spol.vbi vide.

Agere impeditur sine curatore prodigus, qui neque tempus, neque finem expensarum habet. l.1.ff.de curat.fu.& alijs &c. Quod intelligitur de prodigo, cui bonis interdictum est. c. veritatis, de dolo & contum.l.tres tutores.ff.de administr.tut.Docto.in l.is cui bonis.ff.de verbo.oblig.glo.d.l.1. et Docto.in l.is cui lege.ff.de testam. Quia prodigus, cui bonis interdictum est, æquiparatur pupillo, minori, & etiam furioso.Bal.in d.l.1. et l.si curatores.C.de in integ.restit.l.Fulcinius.§.adeò.ff.ex quib.cau.in poss.eatur. Similiter luxuriosa mulier, eo quòd bonis interdici solet, prohibetur agere in iudicio. l. & mulieri. ff.de curat.furios.

Adhæc agere in iudicio prohibentur mente capti, furiosi, dementes, fatui, surdi, & muti: cùm etiam istis personis curator detur, sine cuius authoritate in iudicio agere non possunt. l. fatuo.ff.de postul.§.furiosi.Instit.de curat. l.qui neque. ff. de rebus eorum qui sub. tut. sunt. et l.

si præ-

si prædia, eo. tit. l. 2. C. de curat. furios. l. dabimus. §. fin. de priuileg. credit.

Filiusfamiliâs licèt sit maior, tamen sine consensu patris suo nomine non potest agere in iudicio. Quòd si contrà fiat, iudicium est nullum. C. de bon. quæ lib. l. fin. §. necessitate. C. de annal. excep. l. 1. §. fin. Sufficit autem patrem consentire, vel tempore impetrati rescripti. Bald. in l. iubemus. C. de emancip. liber. Vel in ipso actu contestationis litis. Docto. in d. §. necessitate. text. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. mat. et in l. si quis bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. Et sufficit generalis consensus, quoàd omnes lites. Docto. in l. si longius. §. si filiusfamil. ff. de iudic. Et satis est consentire patrem, siue per epistolam, nuncium seu nutum. Scribentes in d. §. iussum. Item satis est, si parens pro consensu interpellatus sit. Argumen. l. 1. §. exigit. ff. vt in posse. l. legat. Dummodò iudex deinde consensum suppleat. argumento. l. bonorum. C. qui admitti ad bon. posses. Verùm hæc regula fallit. Primò, in omni contractu, in quo filius absens posset officium iudicis sine consensu patris implorare. d. l. si longius. §. si filijfamil. ff. de iudic. et l. cùm filiusfam. ff. si cert. petat. Secundò fallit, si pater absens non reliquit procuratorem, vel præsens propter turpitudinem siue dementiam filio agenti consentire nequit. ff. de procurato. l. filiusfam. ff. solut. matrim. l. si cùm dotem. §. necnon illud. ff. de iniur. l. sed si vnius. §. filiofamil. Tertiò, fallit in actionibus, quas veteres leges filijsfamiliâs cõcedebant: putà, iniuriarum, quod vi aut clam, depositi & commodati. ff. de actio. & oblig. l. filiusfamil. et l. in factum. ff. eod. Reliquas exceptiones, vide tũ apud alios, præsertim

apud Sozinum in regula 151. Tum apud Docto c. fin. lib. 6. de iudi. Et apud Legistas. l. fin. §. necessitate. C. de bon. quæ liber.

Excipi potest contra filiumfamil. quòd non possit agere in iudicio contra patrem, vel eum, in cuius potestate est. l. lis nulla. ff. de iudi. l. fi. C. de in ius vocan. Quod procedit in parentibus naturalibus, & legitimis, & descendentibus omnibus. vt eod. tit. ff. de in ius voc. præsertim in l. parentes. Fallit autem prædicta regula in septem vel pluribus casibus, quos vide apud Specul. tit. de actore. vers. item quòd est filiusfamil. Et apud Vbertum de Bonacurso. tit. quibus mod. suo nomine agent. repell.

L. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obliga. Authent. res, quæ. C. communia, de legat. Paulus de Cast. l. si socer. ff. sol. matr. in quibus locis licet filijs cogere patrem, vt se dotet.

Sed filiafamil. inuito patre nubente, tamen cogitur eam dotare glo. c. fin. 32. q. 2. c. fin. 36. quæst. 1. Etiamsi inferioris status alicui nubat, cogetur constituere dotem, scilicet minorem statuere potest. Docto. d. Authent. res, quæ. C. communia, de legat. vbi Iason.

Contra Actorem excipi potest, quòd sit Monachus conuersus, seu Canonicus regularis, qui suo nomine agere non potest. Specul. de actore. vers. item excipitur contra actorem, quod est, & cæt. c. de præsentium. c. sunt nonnulli. 16. q. 1. c. non dicatis. 12. q. 1. Authent. causa quæ. C. de episco. & cler. Cum religiosis omnia officia iudicialia sint interdicta. Panor. in c. 2. de postulando. Et etiam quia nihil proprij habent, & pro mortuis reputantur. in Authent. de monaster. & mon. § illud quoque. et in Authent. hæc constitutio interpr.

prio.

prio.constit. §.illud quoque. Ad hæc religiosus etiam non potest agere pro suo monasterio, tanquàm coniuncta persona, sine mandato. Panormita.d.c.2.de postul. Verùm sunt nonnulli casus, in quibus religiosi admittuntur ad agendum, quos vide apud Felinum c. cùm dilecta, de rescript. Et numerat Specul. d. versic. item excipitur contra Actorem, quòd est Monachus, & cæt.

Seruus in iudicio interesse non potest, vt sit pars iudicij. C.de iudi.l.seruus. et l.1. C. de preci. Imper.offeren. Quia huiusmodi conditionis hominibus causas curare fas non est. l.1. C.si per vim, vel alio modo &c. Nam quantum ad ius Ciuile, serui pro nullis & pro mortuis reputantur.l.quod attinet. et l.seruitutem. ff.de reg. iur. et l.in personam.eod.tit. Multò minus inter dominos & seruos iudicium constare potest.l.fi.C. an seruus pro suo fact. et c.prohibenti. 2. quæst. 1. Fallit tamen hoc in octo & pluribus casibus, quibus seruis aduersus dominos consistere permissum est, quos vide in l. vix certis ex causis. ff. de iudi.

Excipitur contra statu liberum, sicut contra seruum: putà, quòd non possit agere in iudicio, quia pendente conditione pro seruo reputatur. ff. de statu liber. l. statu liber. medio tempo. et l. statu liberi à cæt. &c. Sed in pœnis statu liber habetur pro libero. l.statu liber. ff. de quæstio. Bart.l.1.in princ. ff.de pœn. Quia in statu libero inspicimus tempus euentus, si spes sit status mutandi. ff.de pœn.l.1.

Coloni censibus adscripti, lite pulsare nō audeant dominos, quibus annuis functionibus, & debito condictionis obnoxij sunt. C. in quibus

cau.colo.cap.cen.l. fi. lib.11. Quia coloni adscripti, sunt quadam seruitute suis dominis astricti. Vnde contra illos agere non licet, nisi ratione superexactionis.d.tit.l.1. Vel velit illos pro publicis criminibus accusare, suam aut suorum iniuriam persequendo.Bart.in d.l.fin.

Excipi potest etiam contra libertum, qui non potest exercere actionem famosam contra patronum, parentes seu liberos eorum, nisi hoc impetret. ff.de excusatio.tutor.l.nequaquam. & de obseq. à liber. & liber. par. & patr. præstan. l.2. et l.parens. et c.de famulis, de ser.non ord. et l.sed si hac lege. §.pen. ff. de in ius vocan. C.eod. l.1.& 2. Nec potest libertus petere restitutionem in integrum, aduersus patronum. C. qui & aduer.quos in integ.rest.non &c. l.fin.

Illustres & superillustres agere & defendere oportet, procuratore constituto. C.de procur.l. penult.cum Authen.seq. De hac regula cum suis limitationibus, latissimè Felin.in c.legebatur, de maior.& obed.Et Iason.l.2.ff.de in ius voc.Idem in l.principalibus.ff.si cert.pet.

Coniuges prohibentur inuicem famosas & pœnales actiones constante matrimonio intentare.ff.rer.amo.l.1.& 2.C.eod.l.diuortij. Fallit si vxor maritum deferat, qui per tacitũ fideicommissum instituebat, se vel extraneum hæredem non capacem.l.1.C.de his qui se defer.lib.10.

Vxor, constante matrimonio, non potest agere pro dote. C.de collat. l. dotis quidem petitio vxori, aduersus maritum, perseuerante matrimonio, non competit. et C.de rei vendic. l.doce ancillam. et l.sæpè. ff.de re iudic. cum similibus. Fallit vbi adhuc matrimonio cõstãte, maritus ad inopiam sit deductus. l. vbi. C. de iure dot.

Quando

Quando etiam filiafam, consentiente patre, actionem mouere potest, vt in Authent. de æqualit. dotis & do. &c. §. sed & illud. Item fallit marito deportato, vel aqua & igni interdicto. l. 1. C. de repud.

Excipi potest contra filiumfam. repetentem dotem sine consensu patris, quod non licet. l. 2. 3. & 4. ff. solu. matr. Quia actio de dote profectitia, communis est patri & filiæ, nec potest alter in alterius præiudicium petere vel delegare. Exercitium verò eius actionis solius est patris. l. filiusfamil. §. sed etiamsi filia. ff. de procur. Quę regula fallit in dote aduentitia, vbi filiafamiliâs sine consensu patris agere potest. Authen. quod lo. C. de colla. Doct. in l. 2. §. quòd si in patris. ff. sol. ma. quia pater in dote aduentitia non habet vsufructum. l. Gaius. ff. sol. mat. Vnde non est legitimus administrator. Et in ijs, in quibus nõ acquiritur patri vsusfructus, filiusfam. sine patre habet legitimam personã standi in iudicio: putà in Ecclesiasticis. c. fin. de iud. lib. 6. Secundò fallit in dote profectitia, data per patrem filiæ emãcipatæ, pater nõ habet communionem. Iason in d. §. quòd si in patris. num. 21. et in l. si socer, in princ. ff. eod. et in l. 1. §. extraneum. C. de rei vxor. act. Tertiò, si pater sit turpis persona, vel absens, filiæ competit exactio dotis. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matr. l. filiusfam. §. sed & filiafam. ff. de procur.

Quatenus & in quibus causis sacerdotes simplices, vel Canonici Ecclesiarum, possint, agere & defendere pro ecclesijs suis. Item an prælati sine consensu seu mandato possint agere. Vel contrà, an Capitulum, seu Conuentus, sine prælati consensu agere possit, Speculat. decidit copiosis-

ſimè.tit.de actore.verſic. breuiter autem tene. et verſ.ſequitur videre.

Hæreticis & illorum defenſoribus, nullus ſuper quocunque negocio reſpondere cogatur. Authent.credentes.C.de hæret.& Manich.Cùm longè grauius ſit, æternam quàm temporalem offendere maieſtatem.d.tit.Authent.Gazaros. Nihil etiam ex moribus, vel legibus, huic hominum generi cum cæteris commune ſit: & conuictus de hæreſi, nihil omninò poteſt allegare.d. tit.l.Manichæos. et c.vergentis, de hæretic. et c. excommunicamus, eod.tit. Liberi etiam hæreticorum, qui paternam vel maternam impiam affectionem ſecuti ſunt, ab omni actione pro hæreditate parentum, excludendi ſunt.l.cognouimus, de hæret. Quinimò ex teſtam.etiam militis capere non poſſunt.d.tit.l.fin. Adhæc apoſtatæ repelluntur ab agendo, quia inter homines poſſunt verſari, & hominum carere debent ſuffragijs.l.3.C.de apoſt. Speculat.de actore. verſ.item quòd eſt apoſtata.3.quæſt.4.c.penult.cum ſimilibus.

Excõmunicationis exceptio repellit ab agendo.c.decernimus, de ſent.excommun.lib.6.Nec excommunicati petere poſſunt reſtitutionem rei ſpoliatæ.glo.c.ex inſinuatione. verſic.Canonicum, de procur.Felin.c.dilectis, de reſcript. Et adeò exoſa eſt excommunicatio, vt tertius, cuius non intereſt, obijcere poſſit agenti excommunicationem, quia eſt ius populare. Felin.in c. excommunicationem, de excommun. et c.nonnulli.§.1.de reſcript. De his vide latiùs Docto.in d.c.exceptionem. et d.c.decernimus. et c.pia, de except.in 6.cum ſimilib.

Contrahens crimen Maieſtatis, nihil poteſt alle-

allegare, neque illi debitor iure ſoluere poteſt. C.ad leg.Iuliam Maieſtatis.l.fin. et l.donationes in concub. §.fin.ff.de donat. Idem eſt in iudicio repetundarum. l.ex iudiciorum.ff.de accuſ. Regula autem eſt, quòd illi, cui alienatio interdicitur, non permittatur actiones exercere.ff.de iure deleg.l.ait prætor.§.quid ſi autem. Quæ regula procedit, qui nec ius, nec adminiſtrationẽ habent. Illi autem qui habent adminiſtrationem, & non ius, licèt non poſſint alienare, poſſunt tamen agere, vt Pater & Tutor. Bald.in d.l.ait prętor. et Felin. c.edoceri. verſ. ſolus prælat. de reſcript.

Agere impeditur etiam bannitus. Speculat.de actore.verſi. item quòd eſt bannitus. et l. ſed etſi per pretorem.§.actio,ff.ex quibus cau.ma.Bald. Authent.habita. verſ.tertiò numero. C.ne filius pro patre. Sed hoc intelligitur ſuper re familiari confiſcata; quia actiones tranſeunt in fiſcum.l. quoties.ff.de nouat. Si verò bannitus habeat adhuc aliqua bona, agere poteſt. l.ſi tibi mandauero. §. is cuius. ff. mandati. l. Papinianus. ff. de mino.

Si quis iurauit ſe nolle conuenire aliquẽ, perimitur actio. Specul.de except.§.dicto.verſic.ſed quæ, de except.c.ex parte.1.loc.de reſcript.c.veniens. l. 1.de accuſat. Prætereà irretitus crimine periurij, prohibetur agere, ſed à defenſione non repellitur. text.& glo.in c.dilecti filij, de except. glo.in c. paruuli.22.quæſt.5.l.ſi quis maior. C.de tranſactio.

Inobediens iudici, debet pro contemptu ſatisfacere, & aduerſario venienti de expenſis in veniendo factis ſatisfacere, & cauere idoneè, quòd deinceps comparere velit. Et iuſta eſt cau-

denegandæ iurisdictionis prætoris decreto non obtemperasse. ff. ex quib. caus. maio. l. sed etsi per prætorem. §. actio exempta. Ille enim qui aduersarium in ius vocauit, ipse verò contumax abest, in contumacia maiori constituitur. 4. quæst. 4. c. 1. l. eum quem temerè. ff. de iudi. Et offendit actor cōtumax, iudicem, aduersarium, & etiam rempublicam, vt notatur c. 1. de dolo & contu. libro 6.

Aduersus factum suum, quasi nō iure fecerit, quis controuersiam mouere prohibetur. ff. de adopt. l. post mortem. vbi glo. & Bart. & Bald. c. nosti. vbi glo. & Panorm. de elect. text. & glos. in c. diuersis fallacijs, de cler. coniuga. Et repellitur ille, qui contrauenit proprio facto: licèt factum de iure non teneat. l. per fundum. ff. de seruit. rustic. præd. Verùm prædicta regula multos habet exceptos casus, quos licet colligere ex Docto. in d. l. post mortem. & ex Canonistis in d. c. nosti. et in d. c. diuersis fallacijs.

Allegans turpitudinem propriam per viam agendi, fundans intentionem suam in propria turpitudine, non debet audiri: maximè vbi dantis & accipientis turpitudo versatur. ff. de cōdit. ob turp. & c. per tot. l. cùm profitearis. C. de reuo. dona. l. filios. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. l. creditoribus. C. de ser. pig. dat. manu. l. transactione finita. C. de transactio. c. inter dilectos, de donat. c. ex tenore, de concess. præben. cum simílib. Quæ regula fallit & limitatur. Primò, si alleget quis turpitudinem, in dominum suum tantùm: putà, si confiteatur delictum, tunc præiudicat sibi. l. Neratius. §. fin. et l. seq. ff. ad leg. Aquil. l. is cum quo. ff. de confess. cum similib. Iason in l. iusiurandum. post alios. §. procurator. ff. de iureiur.

reiur.dicit, quòd confitens delictum ex confessione sua puniatur, quanquam alius commiserit delictum. Secundò, licet turpitudinem allegare, pro expurganda conscientia. glo.& Docto. c.lator, de re iudi.Feli.in c.tertio loco, de præsump. Item licet turp. suã allegare, fauore Ecclesiæ vel libertatis.glos.& Abb. in d.c.inter dilectos. & alios exceptos casus, vide apud Ias. in d.§.procurator. et apud Feli.d.c.tertio loco. Postremo numero, quòd illa exceptio: Tu non debes audiri, quia prętendis turpitudinem tuam: antè & post litem contestatam potest opponi, vide Innoc. in c.cùm super, de concessio.præben.

Aduersa & incomparabilia petens simul vno contextu, tanquàm contrarius sibi in agendo, nõ est audiendus. text.gl.& Bal.in c.solicitudinem, in fin.de appel.tex.glo.& Doct. in c.vt quis tuas, de elect.lib.6.Quod procedit in actionibus, quarum vna electa fit prȩiudiciũ alteri.l.1.C.de furt. l.1.C.si seruus ex; & c.l.fin.C.de Codicil.l.cùm filius.§. varijs.ff.de leg.2.cum simil. Regulare quidem est, vt qui diuersas actiones in eodẽ libello proponit, cogitur alteram eligere, & præcluditur via alteri.tex.glo.& Doct.in d.c.ne quis tuas, vbi glo. pulchrè distinguit. Fallit tamen in aliquot casibus, quibus licet diuersas actiones cumulare, quos vide apud Iason.d.l.1.C.de furt. et apud Canonistas.c.2.de libel.oblat. et in similibus locis. Postremò hæc exceptio contrarietatis tunc demùm repellit, si Reo placuerit opponere contra deducentem contrarium. Nam si non opposuerit, poterit acceptare vnum contrariorum.Bald.in l.cùm precum.C.de liber.causa.

EXCEPTIO GENERALItatis & incertitudinis libelli.

Repelluntur ab agendo, qui proponunt Actiones nimis generales, seu cõfusas, vel certas causas non continentes. C. de an. except. l. fin. l. 1. §. si quis argentum. ff. depos. l. in actione. ff. de furt. l. si in rem. ff. de rei vendic. l. prætor edixit. ff. de iniur. Quia generalitas parit obscuritatem. l. ita fidei. ff. de iu. fis. Et nimia generalitas iuri est odiosa. c. ex literis, de dolo & contuma. gloss. in c. fin. de rescript. Verùm in multis casibus & actionibus generalis libellus etiam admittitur: putà, in iudicijs vniuersalibus & generalibus. glo. & Docto. in l. 1. ff. de edend. et d. c. 2. de libell. obla. Item quando ex naturæ causa in iudicium deductæ, certum non potest peti. l. 2. vbi Bart. C. de senten. quæ sine cert. quant. l. certi condictio. ff. si cer. petat. l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. cum similibus. Item ex causis summarijs procedit libellus generalis. Battol. in extrauag. ad reprimendum. in versic. in figura. Canonist. in Clement. sæpè, de verbor. signific. Item vbicunque prouenit incertitudo ex facto Rei conuẽti, tunc libellus generalis admittitur. l. 1. §. qui autem. ff. quor. leg. Bart. in l. certi conditio. ff. si cert. pet. Item vbicunque petitur aliquid accessoriè, tunc certa quantitas potest non exprimi. c. cùm dilectus, de ord. cog. c. cùm venerabilis, de except. c. cùm ad sedem, de restit. spolia. Item vbicunque Actor probabiliter dubitat propter factum tertij, quia est nimis longinquum vel intricatum. glo. in c. ab excommunicato, de rescript. Item super legitima filij procedit libellus incertus. Bal.

In l.

in l. conquerenti, de offic. ordin. l. quis in suo. C. de inoffic. testam. Et alios casus, in quibus libellus generalis admittitur, Vide apud Iason. in §. curare, num. 13. Instit. de actionib. Et vide apud Felin. in d. c. 1. de libell. oblatio. Et collige plures ex Docto. in l. 1. ff. de edend. et in l. edita. C. de edend.

Exceptio generalitatis seu obscuritatis, ante litem contestatam, opponi debet, cùm sit dilatoria. Bald. in l. exceptionem. C. de probat. & Iason & Paul. de Castr. in l. edita, de edendo. Iason in §. omnium, num. 126. Instit. de actionibus. Debet autem hoc modo opponi: Peto libell. generalem, & obscurum reijci, meq; ab obseruatione iudicij absolui, & aduersarium in expensis condemnari. Nec debet cautiùs reus petere, vt actor libellũ declaret, quia tunc instrueret reum. Spec. de lib. concep. §. fin. vers. sis cautus. Paul. de Cast. in l. edita. C. de edendo.

Iudex ex officio debet reijcere libellum ineptum, si vitium sit patens: putà, si in libello falsa causa expressa sit, videlicet si ex locato aut cõducto, contra agrimensorem vel argentarium agatur, non tenet intentio. l. 1. ff. si mens. fal. mo. & cæt. l. quędam. ff. de eden. l. si minor. §. seruo. ff. de euict. Item si possessor vendicationem seu restitutionem intentet. c. examinata, de iudic. libellus dicitur ineptus. Adhæc si concipiatur de re illicita, reijcitur. glos. in l. 2. C. vt nemo priuat. & c. glo. c. sacerdotibus. 11. q. 1. Idem in libello calumnioso, vel notoriè falso. Innoc. in c. 1. de offic. vicarij. Bal. in l. peremptorias, num. 31. C. sent. resc. non poss. Imò talis libellus ineptus dentib. lacerari debet. Abb. c. cùm inter, de consuet. c. si clericus, de for. compet. c. fin. de libel. obl.

Exceptio inepti libelli potest etiam post sententiam opponi. Bal. in l. licet. C. de procur. Idem in Authent. si quis litigantium. C. de episcopali audien. Iason in §. omnium. Instit. de actio. et in l. 1. num. 13. C. de iuris & facti igno. Panorm. in c. cùm dilecti, de emptio. & vend.

SEQVVNTVR EXCEPTIONES ordinis.

Excipi potest contra fideiussorem, quia nimis maturè agat, eo quòd intentet actionem, priusquàm soluit, vel condemnatus est. C. mandati. l. si pro ea. ff. de condict. inde. l. indebitam. Vel priusquàm satisfecit, iuxta l. qui debitorem. ff. de fideiuss. et l. si ei cui. ff. mandati. et l. qui mutuam, eod. tit. l. idemq́3. §. fin. eod. tit.

Maturiùs agit emptor, priusquàm res euincatur, contra venditorem vel fideiussorem euictionis. l. vtique. ff. de rei vend. l. euicta. ff. de euicti. 1. respon. l. cùm quæstio. et l. non dubitetur. C. de euict. Angel. Instit. de acti. §. actionum autem, nu. 22. Oportet autem iudicio ritè euictam esse rem. l. non tamen. ff. eod. Non per compromissum. l. si dictum. §. 1. ff. de euict. et l. super impend. eod. tit. Sed in quibusdam casibus emptor agit ante euictionem, scilicet si emptor ignorauit, & venditor sciuit rem esse alienã: tunc agitur ex empto, antequàm etiã res euincatur. l. seruus, quem. §. fi. ff. de actio. empt. & vend. Quia oportet hoc casu rem facere accipientis, sicut si venderetur res in genere. Secundò, si actum sit, vt statim mota lite de euictione agi possit. l. siue in libertatem. C. de euict. Tertiò, si notorium sit rem esse vendicantis, l. si per vend. ff. de act. empt. quia notorium &

sen-

ſententia ęquiparantur.glo.Bar.& Paul.de Caſt. in l.atqui natura.§.ſi cùm me abſente.ff.de nego. geſt.

Maturiùs agit commodator ante finem vſus, in quem conceſſit. l. in commodato. §. ſicut. ff. commodati.l.2. et l.pen. C.eod.l.ſi vt certo.ff.eo. c.1.in fin.extrà,eod.

Locator ante finem locationis præmaturè agit. l.ex conducto,in fin.ff.locati.cum ſimil. Niſi cùm conductor penſionem non ſolueret. l. quæro.§.inter locatorem.ff.locati. Item niſi locator proprijs vſibus rem neceſſariam eſſe probauit, quæ neceſſitas non ſuberat tempore locationis, nec venit culpa locatoris.l.merces.§.culpa.ff.locati. Item ſi locator domum reficere maluerit. l. æde.ff.locati. Item niſi conductor in re conducta malè verſatus ſit.c.propter.extrà,eod.

Pupillus ante finitam tutelam pro ratione vtilis adminiſtrationis contra tut. vel curat. non ritè agit.ff. de tut.act. l.niſi finita. et l.ſi tutor reipubl. §.cæteræ actiones, eod.tit.l.aduerſus. et l. rationem. C.de adminiſt. tut. Sed contra tutorē vel curatorem prodigi, ſtatim necdum finita cura agi poteſt, text.in d.l.niſi finita.

Repelluntur omnes illi creditores, qui agunt ante diem vel conditionis euentum. Bar.latiſſ.in l.ita ſtipulatus.verſ.quæro ergo primò.ff.de ver. oblig.l.condictionales creditores.ff.de ver.ſign. l.obligationum.ff.de actio.& oblig.Nam qui ante diem agit, malè agit. l.1. ff. quando dies vſufr. leg. ced. Differri enim debet actio, & poſt tempus agi.Inſtit.de actio.§.temporales.Quanquam ſtatim nata ſit obligatio & actio, tamen creditori condictionali vel in diem ſemper obſtat exceptio.ff.de ver.ſig.l.cedere diem. Et in obligationibus

nibus condictionalibus incertum est, an debitũ sit euenturum.l.pecuniam.ff.de rebus cred. Siue condictio sit expressa, siue tacita. l. item quia. ff. de pact.l,id quod sub condictione. ff. de constit, pec.nisi condictio sit negatiua impossibilis, quæ semper præsens est.l.impossibilis. ff.de verb,obligat. in qua cautio de non faciendo, pro implemento habetur. l. Mutianæ. ff. de condict. & demonstr. Et licet olim agens ante aduentum diei, amissione causa puniebatur, tamen hodiè inducię duplicantur reo contra agentem, ante aduentum diei, Instit.de excep.§.hodie.c.1.de plus pet. l.1.C.eod.glo. et Docto.in d.l.pecuniam. ff.si cer. pet. Et duplicantur induciæ, etiamsi sub condictione est debitor. Angel. & Iason in §. si quis agens.Instit.de actio. Bart.in l.non solùm.ff,de liber.causa. Sed in condictionali debitore duplicatur tempus, quod effluxit à die celebrati contractus condictionalis, vsque ad diem petitionis, vers.sed hæc quidem. Instit.de actio. Sed vbi petitur ante diem, duplicatur totum tempus dilationis.d.§.temporalis. Instit.de except. Verùm in quibusdam casibus licet actori ante condictionem, seu diem, petere citra pœnam duplicandarum induciarum: putà, si fiscus sit creditor. Item si miserationis causa dies soluendi sit prescripta. Item si debitor suspectus sit de fuga, vel vergat ad inopiam. Item si pendente lite purificaretur condictio. Quos casus exceptos, & alios, vide apud Docto.in d.l.pecuniam.ff.de reb.cred. & si cert.pet, et in l.si creditores.ff.de priuileg.credit. cùm similibus.

Exceptio non impleti contractus, competit contra venditorem, agentem ex vendito, priusquàm rem venditam tradat, glo.ver.tradatur.§. pre-

precium. Instit. de empt. &c. Bartol. l. 1. ff. de act. emp. & vend. Similiter si emptor agat, priusquã precium soluat seu offerat, obstat illi exceptio non impleti contractus, ex §. ferri. in l. Iulianus. ff. de actio. empt. et ex §. venditæ. Instit. de actio. cum similib.

Si quis mouet impuberi quæstionem status, quæ in tempus pubertatis differenda est, si modò intersit, interim tamen impubes hæreditaté possideat, præstita cautione. l. 1. ff. de Car. edi. l. 1. & 2. C. eod. Quod pupillorum causa fit, ne de statu suo periclitentur, antequàm se tueri possunt. Cæterùm si idoneos habeãt, a quibus defendantur, & tam expeditam causam, vt ipsorum intersit, maturè de ea iudicari, nõ debet aduersus pupillos obseruari, quod pro ipsis excogitatũ est. l. 3. §. duæ autem sunt causæ. ff. de Carb. edi.

De exceptione remissæ iniuriæ, vide text. & Docto. in §. quædam. in l. si tibi decem. ff. de pact. et in l. non solùm. §. 1. ff. de iniur. et in §. fin. Instit. de iniur.

Compẽsationis exceptio tractatur in §. in bonæ fidei. Instit. de actio. Et passim in toto tit. de compensationibus. ff. & C. Ceterùm de compensatione delictorum & criminum, habetur in l. viro atque vxore. ff. solut. matr. et in l. si duo. ff. de dol. mal. cum similib.

EXCEPTIONES CONTRA personas, quæ alio nomine agunt & defendunt, sequuntur.

Primò excipitur contra procuratorem simplicem

plicem, quòd ſit minor xxv. annorum. Ideò nec ſuo, nec alieno nomine agere ſeu conuenire poſſit, ſine tutore vel curatore, per l. clarum. C. de authoritate præſtanda. et per l. 2. C. qui legi. perſo. ſtan. in iu. ha. et l. neque tutores. C. de procur. Minor enim xxv. annorum, defenſor idoneus non eſt. ff. de procura. l. minor. Fallit tamen prædicta regula, ſi filius minor pro defenſione patris abſentis indefenſi, excipiat iudicium. l. exigendi. C. de procur. et l. filiusfamiliâs. ff. eod. Secundò, ſi minor ſit procurator ad negocia. l. cùm mandato. ff. de mino. l. ſi collacteneus. ff. de manu. vindicta. C. qui generaliter, de procurat. lib. 6. Dummodò minor non ſit annis 17. Inſtit. quib. ex cau. man. non li. §. iuſtè autem. et §. fin. Tertiò, quando minor defenſor alienæ litis iurauit, tunc admittitur, quia iuramentum facit eum maiorem. glo. magna. l. 2. C. de reſcin. vend. Doct. in Authen. ſacr. pub. C. aduer. vend. Doct. d. l. minor. et in l. exigendi.

Seruus in iudicio intereſſe nõ poteſt, nec ſuo, nec alieno nomine. C. de iudi. l. ſeruus. ff. de procur. l. ſeruum quoque. et C. de rei vend. l. non ſeruum. Hoc fallit in procuratore ad negocia. Nam ſeruus procurator ad negocia conſtitui poteſt. d. l. ſeruum quoque. Et hæc exceptio procuratoria competens contra eum, qui nec ſuo, nec alieno nomine poteſt eſſe procurator, quandocunque poteſt obijci. Paul. de Caſtr. in l. filiusfamiliâs. §. veterani. ff. de procuratoribus. Prætereà idem habent Doct. in l. ita demùm. C. eod. Et hęc exceptio retrò annullat iudicium. Bar. l. licet. C. de procurat.

Nullus Monachorum forenſis negocij ſuſceptor vel executor exiſtat. 16. quæſt. 1. c. monachi,

2.loc. et c.qui verè.ead c.1.de syndic. Clemen. religiosus, de procurat. Canonici etiam regulares postulare non possunt. c.2.de postul. Specula.de aduoc.§.1.versi.item quòd est monachus. Fallit autem, nisi exposcat vtilitas Monasterij, Abbate nihilominus imperante.d.c.monachi. Item ad denunciandum malum prælatum, possunt monachi esse procuratores.Innoc.cùm & à, de re iudic.c.quapropter.2.q.7.Item in persecutione cuiuslibet negocij, vbi plures monachi conueniũt, vnus ex illis potest constitui procurator. de accus.c.cùm olim, de censib.c.sopitæ. Item si tempore litis contestatæ fuisset laicus, licèt posteà statim mutauerit, non expirat officium procuratoris. glo.in l.aut religiosus.ff.de procurat.Et potest etiam hęc exceptio quandocunque opponi.Panor.c.in nostra, de procurat.

Clerici in maioribus, & etiam in minoribus ordinibus, si stipendijs Ecclesiasticis sustententur, coram seculari iudice, in negocijs secularib. postulare non præsumant.c.1. et fin.de postul. in Authen.de sanctiss.episc.§.Deo autem amabiles; 11.quæst.1.c.te quidem.l.placet.C.de epis. & cler. Specul.de aduoc.§.1.vers. Item quòd est clericus. Absurdum etenim clericis est, imò etiam obprobriosum, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium. l.repetita. C.de episc.& cler. Fallit hoc primùm, si pro seipso vel Ecclesia sua, vel pro coniunctis personis, aut miserabilibus procuret in iudicio.c.vlt.de postul. Item cui ciuitatis episcopus cõmisit ecclesiasticarum rerũ gubernacula.21. quæst.3. c.1. Item pro ipso episcopo, à quo ordinatus est, postulare potest.c.in nostræ, de procurator. Item clericus potest esse procurator in causa laici, in foro Ecclesiastico.

nor. in c. cùm essent, de simon. Idem in c. per venerabilem, qui filij sint legit. Archid. in c. peruenit. 86. distinct.

Excipitur contra procuratorem, quòd est miles militans in castris & procinctu, qui neq; pro patre, neque matre, neque vxore, neque pro se, nec ex sacro rescripto procuratorio nomine experiri potest. C. de procurato. l. militem. et C. de condict. ob causam. l. si militem. ff. de procurat. l. neque. Nec si velit aduersarius, miles procurator dari potest. d. tit. l. filiusfamil. §. veterani. Huius regulæ duplex ratio datur. Prima, ne magis priuatis negocijs quàm armis occupentur. C. loca. l. milites nostros. et l. penul. C. de aquædu. lib. 11. Altera ratio est, ne persona militis terribilis aduersario. l. 1. C. ne lice. poten. Et ex illa secunda ratione milites nostri temporis repelluntur ab officio procuratorio, Docto. in d. §. veterani. et in d. l. militem. C. eod. Cynus in l. 1. 6. quæst. C. de iuris & facti ignor. Angel. Instit. de milit. test. §. planè. Sed in certis casibus miles procurator constitui potest: putà, si suis negocijs sine offensa disciplinę militaris superesse potest. C. de procurat. l. qui stipendia. Vel si sit veteranus. Item si miles in rem suam procurator detur. d. l. qui stipendia. Item si communem causam omnis sui muneri prosequitur. d. §. veterani. Item post lit. contestat. nec pars possit repellere procuratorem militem. Bald. in d. §. veterani. Militi etiam pro necessarijs sibi personis de libertate litigare permittitur. l. 3. ff. de liberali causa.

Doctor vel Aduocatus, quàmdiu est in exercitio suæ militiæ, non deberet esse procurator. glos. & Docto. in l. miles. præsertim Iason. ff. de re iudic. Quia aduocati militare dicuntur. l. aduoca-

uocati. C. de aduocat. diuerſ. iudi. Et ferè eadem priuilegia habent, quæ milites armatæ militiæ. l. fori. C. de aduoc. diuerſ. iudi. Fallit ſi non conſulunt, ſeu publicè legunt, tunc poſſunt procurare. Et huiuſmodi Doctorelli non gaudent priuilegio Doctorum. Bald. in procem. ff torum. Angel. §. præterea. num. 8. de except.

Medici & Parabolani, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, nec ad Curię locum, nec ad iudicium accedere debent. C. de epiſcopis & cler. l. placet. et l. Parabolani. Quia debent etiam vacare officio ſuo, ſcilicet ſanandi ægrotos. Paul. de Caſtr. d. l. placet. Niſi ob cauſas proprias & neceſſitates. Vel in communes totius corporis Syndici ordinentur. d. l. placet.

Curialis ſuſcipiens officium procurationis, exilio debet tradi. l. ſi quis procurationis. C. de decur. lib. 10. et l. curialis. C. de loca. & conduct. In ſumma, omnes inituri magiſtratum, vel qui ſunt illuſtres & ſuperilluſtres, nec pro ſe, neque pro alio iurgari poſſunt. l. penult. C. de procur. l. neque fœmina. ff. eod. Et hoc intelligitur in perſonis illuſtribus, habentibus dignitatem cum adminiſtratione.

Mutus & ſurdus non datur procurator ad agendum. ff. de procur. l. mutus. Quia hoc officiū ſine ſermone exerceri non poteſt. Sicut tutor ſine voce authorari non poteſt. Nec enim permittendum eſt ei poſtulare, qui decretum prętoris exaudire nō poteſt. ff. de poſtul. l. 1. §. propter caſum. Similiter furioſus procurator dari non poteſt, quia animus deeſt, & ratum habere non poteſt. ff. de procur. l. 2. Et hoc loco abſentis conſenſus requiritur, qui in furioſo nullus eſt. Bart. in §. dari autem, l. 1, ff. de procur.

Si procurator causam omninò ignoret, debet repelli. c. in pertractandis, de iur.cal. Nam si interrogatus de causa, responderit se nescire, condemnari debet in expensis. c.auditis. c. constitutus, de procur. et d.c.in pertractan. Et non debet procurator obtinere inducias ad consulendum dominum, nisi ex euidenti & iusta causa. c.dilectus, de procur. In summa, cōstituendi sunt procuratores idonei, & qui causam benè cognoscát. l.2.§.fin autem.C.de iur.calum.

Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus remotæ sunt, ideò nec postulare, nec pro alio interuenire possunt. ff.de reg.iur.l.2. Neque fœmina defensor idoneus intelligitur. ff.de procurat.l.fœmina. Proinde neque filium, neque patrem permittitur mulieri defendere. ff.ad Velleia.l.2.in fi. C.de procur.l.aliena. Et fœminas prætor prohibet pro alio postulare, ne contra pudicitiam sexui congruentem, alienis causis se immisceant. ff. de postul.l.1.§.2.& 3. quæst.7. §.tria. Quæ regula fallit. Primò, si in rem suam, & proprium lucrum mandatæ sint mulieribus actiones. C. de procur.l.quia absente. Secundò, ratione administrationis, vel ex certa scientia principis, mulier procuratrix constitui potest. c. cùm dilecta, de confir.vtil.vel inut. Tertiò, fœminis pro parentibus agere permittitur, causa cognita, si fortè parentes morbus aut ætas impediat, nec quenquam, qui agat, habeant. ff.eod.l.fœminis. Quartò, quando mulier filiorum tutelã gerit. C.quando mul.tutelæ offic.fung. l.fin.cum Authen.seq. c.ex parte.2.loc.de appellat. Quintò, cùm agitur pro libertate filij, vel alijs.l.3.ff.de liber.caus. Sextò, in causa filij per sententiam damnati, appellat mater, & sententiam persequitur.l.1.§.fi.ff.de appell.

l.recip.c.non solent.2.q.6.Septimò. mater po-
accusare suspectum tutorem filij.Bart.l.2.C.
neg.gest. Item vbi tractatur de salute animæ,
lier potest esse procuratrix,quia tunc non est
putandum de apicibus iuris.gl.l.fideiussor.§.
mand.Archid.c.scriptũ.6.q.3. Postremò mu-
potest aliena negocia extra iudicium gerere.
§.1.ff.de neg.gest.Iason in d.l.aliena.
Filiusfamil.maior saltem, ad agendum & de-
dendum extraneum,sine consensu patris po-
constitui procurator.ff.de procur.l.filiusfa-
l.§.ipse quoque.c.qui generaliter.§.nedum,de
ocur.lib.6.Specul.de actore. vers.sed an egeat.
constituitur filiusfamiliâs procurator, nedũ
præsentes lites,verùm & ad futuras,& ad ap-
landum, & ad contestandum. c. non iniustè,
procur.in ant. Ratio, quia nil patri deperit,
eò sine consensu patris admittitur ad procu-
ndum.c.fin.de iudi.lib.6. Quemadmodum in
ritualibus causis filiusfamiliâs agere potest si-
patris consensu. Gerit etiam in officio procu-
ionis personam domini.ff.de procurat.l.1.Ad
em omne damnum & commodum pertinet.l.
mandato.ff.mand.
Excommunicationis exceptio repellit etiam
quem ab officio procurationis, imò notoria
communicatio ipso iure repellit, id notatur
r text.&Docto.in c.post cessionem,de probat.
ludit c.intelleximus, de iudic. c.prudentia. §.
xta nobis,de offi.deleg.Nec superueniens habi
as, hoc est, absolutio, actum nullum per pro-
ratorem excommunicatum exercitũ ratificat,
e quo vide Felin.post alios.d c.post cessionem.
Infamia notoria & magna, repellit procura-
rẽ,Doct.in §.fi.Insti.de excep.gl.in c.1.& 2.cum

text.3.quæſt.7. Ideò infamis non poteſt eſſe procurator illuſtrium perſonarũ. c. qui epiſcopus. 5.quæſt.3.glo.fi.in c.Imperatorum,de iur.calum. Item in Curia Romana infamis non admittitur ad procurandum. Bal.in l.ſed & milites. §.ignominiæ.ff.de excuſ.tut. Et hoc intelligitur de infami per ſententiam capitalem, qui non poteſt eſſe procurator.l.reum.ff.de procur.Vbi Bald.& alij. Sed infames parua infamia, putà per confeſſionem,poſſunt admitti ad procurandum.Inſtit.de except.§.vlt. Facit etiam, quia miniſterium procurationis magis eſt onus, quàm honor, ideò admittitur per l.vnicam. C. de infamibus, libro 10.

EXCEPTIO REATVS criminis.

REVS criminis conſtitutus, defenſionem cauſæ ſuſcipere nõ poteſt, antequàm purget innocentiam ſuam. C.de procurato.l. reum criminis. et C.de reis poſtul.lib.10.l.vnica. Neganda eſt accuſatis licentia criminandi, niſi ſuas ſuorumq́ iniurias proſequantur. c. neganda.3.quæſt.11.c.fin.de teſtib. vbi glo. Imò nedum condemnatus,ſed etiam delatus prohibetur eſſe procurator.ff.de muner.& hono. l.reus delatus. quia debet ſuæ defenſioni incumbere, & etiam propriam cauſam ciuilem poſtponere.Docto.in d.l.reum criminis. et l.vlt.C.de ord.cognit.Hoc tamen fallit in fiſco. Nam capitis reus ſuſpenſo crimine cauſam fiſco deferre non prohibetur. l. pen.ff.de accuſat. Et hæc exceptio ante lit. conteſt. debet obijci, quæ omiſſa non retractat proceſſum.Docto.in d.l.reum.

Qui

Qui mercede pacta ex euentu litis aduocatus seu procurator intercedit, repellitur ab officio procurationis.l.si remunerandi.§.Marius Paul. ff.mand. Litis enim incertum non licet redimere. l.si contra licitum. C.manda. quia est contra bonos mores.C.de procur.l,litem.

Seruum quoque actionem intendere per procuratorem, vetamus.l.seruum.ff.de proc. l.non idcirco.§.1. ff.de iudi. quia serui nullo modo liberum habent arbitrium.22.quæst.3.c.1. Nec vllo modo iudicio interesse possunt.l.seruus.C.de procur. Negocia tamen peculiaria serui per procuratorem possunt gerere. d. l. seruum quoque. Item qui de suo statu litigat, procuratorem habere potest, in actionibus, qui ei vel aduersus eum competunt, siue ex possessione seruitutis, siue libertatis, de suo statu litigat.d.l.seruũ quoque.§.1. et l.non solùm.§.si status.ff.eod. et l.1.C. de assert.toll. Cæteros casus, quibus seruus potest consistere iudicio, vide in text. et glos.l.vix certis ex causis.ff.de iudi.

Monachus, Conuersus, Canonicus regularis, quia non per se agunt, ideo neque per procuratores agere possunt. Vide Docto. præsertim Felinum, in c.cùm dilecta, in versic. monachus non agit, de rescript. & suprà, de exceptio. contra actor.

Prælati sine assensu Canonicorum seu Capitulorum procuratores constituere prohibetur. c.per tuas, de arbit. Nec enim prælatus sine consensu Capituli, nec Capitulum sine consensu prælati, iudicium exercere potest.glo, per iur.allegat. in c.1.de procur. et c.causam quæ, de iu. c. contingit, de transact. Quod intelligitur in magnis & arduis causis: putà, si constituatur gene-

ralis & perpetuus Officialis.c.iudicatur. 89.dist. c.quanta. et c.nouit, de his quæ fiunt à præla. sine &c. Secùs in pecuniarijs & paruis causis.c.petitio, de procur.

Procurator repellitur ratione constituentis delicti, quia constituens excommunicatus est, vel maiores in aliqua vniuersitate, quorum authoritate cõstitutio procuratoris facta est: quorum etiam nomina expressa sunt in constitutione, de quibus c.fi.de procur.Similiter etiam propter delictum non possunt constituere procuratores hæretici,apostatæ,vt in c.2.de hæret.lib.6. & plenius supr.de his,qui lege ab ag.repell.

Hi quibus aqua & igni interdictum est,cuiusmodi sunt deportati per principem, vel per præfectum prætorij seu vrbis, procuratorem dare non possunt, quia ciuitatem & administrationẽ rerum amiserunt.ff.de lega.3.l.1.§.hi quib. Nulla enim administratio bonorũ illis relicta est, qui amissis bonis & ciuitate relicta, nudi exulant.ff. de capit.minut.l.tutelas, in fi. Et deportati mortuorum loco habentur.ff.de bon.poss.cõtra tab. l.1.§.fin. Instit.quib.mod.ius pat. pot. sol. §.cùm autem. Idem in bannitis ex causa qua bona publicantur, quia actiones competunt fisco, & contra fiscum.ff.de capit.dimi.l.2.Idem in Reis læsæ maiestatis. Nam & illi procuratorem dare non possunt.l.quisquis. et l.fin.C.ad leg.Iul.maiest.

Eo quòd non erat dominus rei vel causę, procurator repellitur: putà, si tutor vel curator ex sua persona in re pupillari vel adolescentis, procuratorem constituat ante litem contestatam, tunc enim Actorem constituere debet.C.de procur.l.neque tutores.ff. eod.l.nec ciuitatis. Ad negocia autem omni tempore procuratorem con-

stitue-

ſtituere poteſt.ff.mād.l.ſi tutores.§.procurator, Bald.in l.ſi pupillo.C.de nego.geſt.

Inſuper poteſt excipi contra procuratorem, quia ſubſtitutus eſt per procuratorem ante lit. conteſt. quando procurator cauſam ſibi demandatam, alij mandare non poteſt.C.de procurat.l. quod quis ſibi debitū. c.1. §.licet autem, de procurat.lib.6. Vbi habentur caſus excepti, quibus procurator etiam alium ſubſtituere poteſt, etiā ante lit.conteſt.putà, ſi ſit procurator in rem ſuā, per l.illam ſubtilem.C.de don. Item ſi habeat facultatem ſubſtituendi à domino. l. item eorum. §.1.ff.quod cuiuſque vni.no. c.1.de procur. lib.6. Item defenſor Rei poſt ſatiſdationem ſtatim fit dominus litis, vt etiam alium ſubſtituere poſſit. ff.de procurat.l.Titius. et l.Plautius. Poſtremò, procurator ad negocia alium ſubſtituere poteſt. text.& Bart.l.procuratorem.§.1.ff.mand.

Ampliùs conſtituētis nomine excipitur, quia mortuus eſt conſtituens rę integrą. C. manda. l. mandatum.ff.eod.l.inter cauſas.Inſtit.eo.§.item ſi adhuc.argum.c.gratum. et c.relatum, de offic. deleg. Fallit primùm, ſi mortuo domino procurator ignorans eum deceſſiſſe, executus fuerit mandatum, tunc manebit ratum, quod actū eſt. Inſtit. mand. §.ſed vtilitatis cauſa. Secundò, ſi dominus procuratore ſciente, non contradicente pro eo iudicatum ſoluere promiſit, tunc etiam ante lit.conteſt. morte mandantis non extinguitur mandatum.l.ſi defunctus.ff.de procur.Alios caſus, quibus morte mandātis non finitur mandatum, vide Doct.d.l.mandatum.

Latiùs contra procuratorem excipi poteſt, quia dominus reuocauerit mandatum expreſſè vel tacitè: putà, ſi conſtituit alium procuratorē.

l.si quis cum procuratorio. §. fin. ff.de proc. vel si fecit aliquem actum iudicialẽ, post litem contestatam, nec protestatus est, quòd non faciat animo reuocandi. Barto.in l.imitari. ff.de procurat. Et plura de reuocatione procuratorum, videlicet quando possit fieri reuocatio, & quę sint causæ reuocandi post lit. contest. habent Docto. in c.quamuis, de procura.lib.6. et in c. is qui, de procur. eod.lib. & tit. et Legistæ in l.ante diem. cum l.seq.ff.de procuratorib.

Hactenus contra procuratorem, ratione sui, & suæ personæ exceptiones auditæ sunt. Deinde ratione constituentis. Nunc dicemus exceptiones competentes ratione causę. Nam non in omni causa potest interuenire procurator, vt sunt publici iudicij, populares, status, criminales, & cæt.

EXCEPTIONES RATIONE causæ, sequuntur.

EXcipi potest contra procuratorem, quia causa eiusmodi est, in qua exigitur speciale mandatum, vnde licèt procurator habeat generale mandatum, attamen non admittitur. Specul.de procur.§.1.vers.item opponitur, quòd licèt habeat mandatum generale. Verùm quæ sint causæ, in quibus speciale requiritur mandatum, vide Specu.de procurat. d.vers.item opponitur. et glo.in c.coram, de restit.in integ. tex.gl. & Phil.Franc.in c.qui ad agendum, de procurat. lib.6. Ad hæc causas requirentes mandatum specialissimum attingit Bartol.in l.filiusfamil. ff.de donat.c.idem.in §.iustum.l.si quis mihi bona.ff. de acquir.hære. et Cynus, Bald.& Paul.de Cast.
in

in l. 1. C. etiam per procuratorem causam restit. in integ. &c. Postremò, mandato speciali æquiualet, in casibus exceptis, vniuersorum bonorũ administratio, & procurator datur in rem suam. l. iusiurandum quod. ff. de iureiur. et l. procurator. ff. de procur. Item literę de rato. c. 3. de transact. Item plena administratio, totalis potestas, quicquid dominus posset, quicquid velit procurator. De his vide Philip. Franc. in d. c. qui ad agendum, de procur. lib. 6.

Ratione causæ excipi potest contra procuratorem, quia causa sit criminalis. Sed ad crimen publici iudicij persequendum, frustrà procurator interuenit. ff. de publ. iudi. l. pen. Imo in causis criminalibus non interuenit procurator. ex c. in criminalibus, & ibi Archid. 5. quęst 3. et c. absens. 3. quæst. 9. et c. si quando. Vbi glos. 2. quæst. 6. glo. in c. veniens, de accus. et c. tuæ, de procurat. Sed in quibusdam casibus seu criminibus, etiam interuenit procurator. Quos casus exceptos apud Feli. c. meminimus, de accusatio. et apud Sozinum, 322. cum similibus.

In causa status etiam non admittitur procurator. c. si quando. 2. quæst. 6. Quod intelligitur, si ex seruitute ad libertatem quis prosiluerit. l. 1. C. de assert. toll. Sed si ille, qui constituit procuratorem, sit in possessione libertatis, admittitur procurator. text. & glo. in c. frequens. 54. distinct. Idem dicit Archidiaconus esse, si prælatus dicat aliquem clericum suum, vel monachũ. Vel dominus dicat aliquem esse suum libertum, seu adscriptitium, vel originarium.

Spiritualis causa laicum procuratorẽ admittit de agendum & defendendũ. c. 1. de procur. lib. 6. Fallit hoc, si laicus vellet principaliter ad cau-

sam spiritualem in esse producere. Felin. in c. ad Apostolicæ, de except. Ioan. Andr. in regul. quod alicui, de reg. iur. lib. 6.

Ratione officij nequit tutor vel curator contra impuberem, vel minorem, delegatam actionem exercere. ex Authent. vt qui se res mi. obli. habere prohib. §. 1. Quia quod alius facientem prohibere ex officio necesse habet, id ipse committere non debet. l. altius. ff. si seruit. vendic. Et quem aduersus extraneũ defendi oportet, eum in seipso indemnem præstare æquum est. §. porrò. l. frater à fratre. ff. de condict. indeb.

SEQVITVR QVOMODO Procurator, ratione mandati, repellatur.

IN principio quæstionis, persona debet inquiri procuratoris, an ad agendum negociũ, mandatum à domino litis habeat. C. de procur. l. licet. Nam instructa debet esse persona procuratoris, cum mandato legaliter facto, de procur. c. 1. Vel cum literis de ratihabitione. c. corã, de offic. deleg. c. contingit, de transact. c. penul. de relig. domib. Aliàs gestum cum procuratore nõ habente mandatum, nullum est, & controuersia nullius momenti reputatur. d. l. licet. et c. in nostra, de procur. Verùm iudicium gestum per falsum procuratorem, potest ratificari, nisi in certis casibus, quos prosequitur Iason, in d. l. licet. Postremò, coniuncta persona pro alia coniũcta persona sine mandato, præstita tamen cautione rati, agere potest. ff. eod. l. sed & hæ personæ, & c. ff. iudicatum solui. l. 3. sed si fortè. Nisi euidens sit, contra voluntatem eos experiri eorum,

pro quibus interueniunt. d.titul.l.Pomponius, in fin.

Quoties incertum est, an negocium mandatū sit, cautio ratihabitionis exigitur. C. de procur. l.1.Ratihabitionis autem satisdatio ante lit.contestationem à procuratore exigitur.ff.eo.l.Pomponius. §.ratihabitionis. Sed si procurator interuenit post litis contestationem, tunc etiā post litem contestatam cauere tenetur. C. de consortib.eius.lit.l.2. Specul.fusiùs de ea re, in tit.de satisdat. §.viso, de satisdationibus. Verùm casus in quibus non admittitur procurator cum cautione rati, vide apud Iason.d.l.1.C.de procur. et apud Socinum, in reg.318.

DE PROROGATIONE procuratorij.

SI procurator ad vnam speciem constitutus, officium mandati egressus est, repellitur. C. de procur.l.si procurator. Id enim solū exequi debet, pro procuratio emissa præscripsit. C. eod,tit.l.maritus. Et fines mandati diligēter seruandi sunt.c.cùm dilecta, de rescript.de arbitr.c. per tuas.ff.mandati.l.diligenter. Prædictam autem regulam limitat in d.l.si procurator, vndecim modis, & Socinus in regula 252. Latiùs de prorogatione procuratorij, est text. & glo. in c. cùm olim.1.loc.de offi.deleg.

Impugnatur procuratoris constitutio, eo quòd tabellio, qui mandatum procuratorium confecit, non est publicus, aut est seruus, siue infamis, vel dānatus de falso, deportatus, seu hostis ciuitatis.Hæc equidem probari oportet. argum.l.quæcunq;in fi.ff.de publ.in rem act.Quia solen-

ſolennitas extrinſeca ſemper probanda eſt. Doct. in l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. Et qui mandatum principis allegat, ipſum probare debet. l. 1. C. de mand. princip. Seruus autem non debet ordinari tabellio. l. 3. C. de tab. ſcri. logo. & cenſu, lib. 10. Nec humilis aut deportatus debet creari tabellio. l. ſi quis ex argentarijs. §. cogendo. ff. de edend. Nec reiectæ conditionis homines. in Authent. de teſtib. §. corroborantes. Cæterùm tabelliones ipſi per ſe interſint, cùm abſoluitur mandatum procuratorium in Authent. de tabel. §. verùm nos. Adhæc inſtrumenta procuratoria accipiant etiam ſcriptis deſignatam teſtium præſentiam. in Authen. de inſtru. cau. & ſign. §. ſed et ſi inſtrumenta. Inſuper procuratoria debent eſſe annulo ſignata. ff. de teſta. l. teſtium. et l. ſi vnus, C. eod. Bart. in l. ſi procuratorem. ff. de procurat. Et ſint ſignata ſigillo noto & authentico. c. ſignificauit, de appell. c. inter dilectos, de fide inſtru. Et quanquam poſſint ſigillo mandantis ſignari, tamen vtilius eſt, ſigillum authenticum apponi, quia de eo non poteſt de facili dubitari. de probat. c. poſt ceſſionem. 11. q. 3. c. curæ. Et per hoc releuatur procurator à cautione de rato, quia de mandato conſtat. C. de procur. l. 1.

Impugnatur procuratorium eo quòd ex literis procuratorij Rei, dominus non expoſuit ſatiſdationem, per quam ipſe dominus ſub hypotheca rerum ſuarum fideiuſſot ſui procuratoris exiſtat iudicatum ſolui. Inſtit. de ſatiſda. §. ſi verò aliquis. Et hanc fideiuſſionem debet facere conſtituens, etiamſi apud Acta conſtituat procuratorem. C. de ſatiſd. l. vnic. et de conſ. eiuſd. lit. l. 2.

EX

EXCEPTIO CONTRA procuratorem, in rem suam ratione personæ suæ.

PRocuratori in rem suã obijcitur, quia terribilis censetur aduersario Reo vel Actori, ratione officij seu dignitatis, cui malitiosè causa opprimendi aduersarium, cessio facta est. Huiusmodi enim cessio non valet, adeò quòd cedens totum ius perdere debet. C. ne lice. poten. &c. l. 1. & 2. Item si potentiori, id est, nobiliori, aut ditiori causa, mutandi iudicij cessio facta sit, tunc excluditur cessionarius per exceptionẽ. ff. de alien. iud. mu. cau. fa. l. penult. & fin. Docto. in c. fin. de alie. iud. mu. cau. fa. Prætereà in clericum à laico nõ debet fieri cessio titulo oneroso, & in fraudem aduersarij, tum quia Clerico prohibetur negociatio secularis. argumen. c. vnic. de syndi. tum quia præsumeretur fieri in fraudem aduersarij, quia constitueretur aduersarius alterius fori. glo. & Panorm. in c. fin. de alie. iud. mu. cau. fa. Item contra cessionarium excipi potest, si sit curator minoris, prodigi, furiosi, dementis vel alterius, cui administrationem rerum interdicunt leges, qui actionis cessionẽ aduersus eum, quem in cura habet, suscipere prohibetur, adeò vt etiam nec post curam depositam vti permittatur. C. qui dar. tuto. vel curat. poss. Authent. minoris debitor. et in Authent. de ijs, qui se res mi. oblig. hab. et c. §. 1. Vide except. latiùs, suprà, de except. contra procuratorem, qui aliena negocia gerit.

Ratione cedentis minor sui tutoris seu cura-

toris authoritate & decreto iudicis, iura cedere non poteſt. Nam ceſſio nominis venditio eſt. ff. de fideiuſſ. l. cùm is. C. eod. l. cùm alter. Sed minor ſine decreto iudicis vendere non poteſt. C. de adminiſt. tut. l. lex quæ tutoris. §. fin. ff. de verbor. oblig. l. is cui bonis. ff. de cura. furioſ. l. Iulianus. Nec mandare actiones tutor pupilli ſui poteſt, niſi pupillus infans vel abſens ſit. et l. reſtituitur. §. pupillus. ff. ad Senatuſconſul. Trebel. ff. de reg. iur. l. negocijs.

Actiones aduerſus patrem, filio præſtari non poſſunt, dum in eius poteſtate eſt filius. ff. de acti. & obligatio. l. actiones. ff. de iudic. l. Lis nulla. Et contrà, filiusfamiliâs ſine conſenſu patris cedere nequit. Nam ſicut alienatio ſine conſenſu patris non tenet, ita etiam ceſſio. C. de bon. quæ liber. l. fina. §. filius. Ex patris autem ratificatione confirmaretur. C. ad Macedon. l. fin. ff. eod. l. ſed Iulianus. §. penult. et l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred.

Nota, quòd teſtatio in virginitate probanda, matronarum præfertur aſſertioni viri.

Prætereà excipi poteſt contra ceſſionarium, eo quòd cedentis bona publicata erât, vnde actiones per eum cedi non poterant, quia competũt fiſco, & contra fiſcum. Specul. de ceſſione acti. §. 1. verſic. illud item quæritur.

Adhæc excipi cõtra ceſſionarium poteſt, quia dominus principalis legalior eſt, vnde tanquàm melius inſtructus, reſpondere cogitur, iuxta l. fi. C. de procur. Quod intelligitur in defenſore ex mandato, qui non ſit neceſſarius. Bartol. in l. actor. ff. de procur. Neceſſario autem defenſori hoc opponi non poteſt. l. à ſententia. et l. ſi pro. ff. de appell.

Poſtre-

Postremò procuratori in rem suam opponi potest exceptio solutionis: putà, si debitor delegatus soluerit antiquo creditori, antequàm cessionarius ageret, vel priusquàm litem contestatus fuerit, vel cessio illi denunciata sit, iuxta l. 3. cum ibi notat. C. de nouat. & delegat. Quæ lex intelligitur, quando fit cessio ad commodum cedentis. Si autem ad commodum cessionarij, sàtis est debitorem scire cessionem esse factam, vt non possit amodò antiquo creditori soluere. tex. & Docto. in l. fin. ff. de transact.

EXCEPTIO CONTRA PROcuratorem, in rem suam, ratione iuris incessibilis, id est, quod cedi non potest.

PRocurator in rem suam repellitur ratione actionis vel iuris, quòd cedi alteri non potest: putà, si ex forma statuti vel consuetudinis, proximior possit intra annum redimere rem venditam, iuxta c. constitutus, de in integ. restit. Vendito huiusmodi, ius non potest alteri cedere. Cynus, Bald. Salyc. in l. ad officium. C. communi diuid. Paul. de Castr. consil. 46. Quia iura personalissima cedi non possunt. argumen. l. quis ergo casus. in fin. ff. de præd. Angel. Instit. de excep. §. prætereà, in tract. except. contra procur. in rem suam.

Lite pendente, actiones quæ in iudicium deductæ sunt, vel res pro quibus actor à reo detentis intendit, in coniunctam vel extraneam personam, scientem siue ignòrantem donationibus, vel emptionibus, vel quibuslibet alijs contracti-

bus transferri non licet. C. de litigios. l. 2. 3. & vlt. cum Authent. ibi positis.

EXCEPTIO VBI NON ritè ceditur actio.

INsuper procuratori in rem suam, opponi potest, quia nullus titulus procurationi suæ insertus est, ideò non valet cessio. Nam sicut in rebus corporalibus nuda traditio non transfert dominium. l. nunquam nuda. ff. de acqui. rer. dom. Ita nuda cessio nec vtilem, nec directam actionem transfert. C. mand. l. vlt. & penult. Difficilius autem incorporalia quàm corporalia acquiruntur. ff. pro soc. l. 3. §. 1. ff. de pecul. l. quis ergo casus.

Propterea cessio, quæ ex simulata causa præsumitur, nulla est, scilicet si cessio facta sit preciosæ actionis pro modica summa. l. cùm hi. §. modus. ff. de transactio. Tunc enim cessionarius duntaxat ad eam quantitatem quam dedit, aget. l. fin. C. manda. Habita etiam ratione laborum & expensarum, quas emptor actionis in recuperanda re fecerit. C. ne lice. poten. l. 2. Idem si pro parte venditor est, pro parte donatur actio. d. l. penult. & vlt. Idem si clancularia sit cessio. l. fin. C. manda. Summa, omnes exceptiones, quæ obstant venditori, obstant etiam emptori vel cessionario. Verum est in merè realibus. De his suprà in diuisione exceptionum, in personales & reales.

EXCEPT. CONTRA SYNdicum opponendæ.

Obij-

OBijcitur Syndico, quia constitutus est non à duabus partibus Vniuersitatis vel Collegij. ff. quod cuiusque vniuer. no. l. nulli. et l. planè. l. equidem municipali cauetur, vt ordo non aliter habeatur, quàm duabus partibus adhibitis. ff. de decret. ab ordin. fac. l. 3. Cùm duæ partes ordinis in vrbe positæ totius Curiæ instar exhibeant. C. de decur. l. nominationum forma, lib. 10. de elect. c. licet. Satis est tamen, si duæ partes ex tribus sunt præsentes, & quòd maior pars consentiat. glo. & Docto. in l. 2. et l. procuratores, de decurio. lib. 10. c. 1. de his quę fiunt à maior. part. cap. c. ecclesiā vestra, de electio. c. vlt. 63. distinct. Fallit tamen hæc regula. Primò, si maior pars propter delictum authoritate eligendi priuetur, extrà, de postul. prælat. c. 2. Opponitur secundò Syndico, quia constitutus est à Collegio illicito: omne autem Collegium præsumitur illicitum, nisi licitum probetur. ff. de coll. illic. l. 3. §. in summa. ff. quod cuiusque vniu. no. l. 1. Et quæ Collegia licita sunt, vide in prædictis ll. et in l. fina. ff. de iur. immu. et apud Innoc. c. cùm dilectus, de excess. prælat. Et apud eundem in c. cùm ab ecclesiarum, de offic. ordin. et Bart. l. fin. C. de colleg. illic.

Obijcitur Syndico, quòd Collegium in illius creatione non fuerit legitimè, & iuxta consuetudinem congregatum: putà, cornu, tuba, campana, vel nuncio, ad hoc specialiter deputato, ex commissione superioris regentis Collegium. gl. & text. l. 2. C. de decurio. lib. 10. et l. actuarios. C. de numer. actu. & chartul. Potest autē antiquior in Collegio, qui alijs præfertur, conuocare consilium, Rectore deficiente. Bartol. in l. decuriones. ff. de alb. scrib. Innoc. c. 1. de maior. & obed.

Bald.l.Procurator. C.de edend.l. Cæteræ. §. fin. cum l. sequen. ff. Famil. hercisc. Postremò debet Collegium congregari loco publico & consueto. d. l. 2. & l.penul. C. de legationibus. Nisi propter iustum impedimentum in loco publico conuenire nequeant. Innoc.c. Cùm ex iniuncto. de no. oper. nunc. Et notatur l. 2. C. de pred. decur.

Constituentes Syndicum debent esse maiores 14.an.ff.de Mi.l.Cum mandato.quia tales testificantur, & fidelitatem præstant & iurant, vt in constitutionem imperialem, de prohib. feud. alie. Et hoc consuetudine aliquando seruatur:licet quandoque contraria consuetudo obtinuit. l.Item eorum, 1. resp. ff. Quod cuiusque vniuer. no.l.Non tantum.§.vlt.ff. de decur.l. Semper. §. Legem. ff. de iur. immu. Impuberes autem non constituunt Syndicos, quia non possunt sapientum munera tentare. C.de testa. milit. l. fin. & c. Ex ratione. de ætat, & qualit. c. Ex eo. de electi. li.6.

Seruus meritò ad solennia adhiberi non potest, cùm iuris Ciuilis communionem non habeat, imò nec prætorij.ff.de testa.l.Qui testamento.§.Seruus.ff.Ad l. Cornel. de fals. l. Nullo modo.cum similibus. Vnde serui cum liberis, non debent conuocari ad constituendum Syndicum.

In monasterio paruo, quòd solos conuersos habet, possunt illi Syndicum constituere. c. Ex eo.de electi.li.6.vbi glo.egregia.Si verò sunt Conuersi & Conuersæ, considerandum est cui sexui magis deputatum sit Collegium, vt per eam partem quæ præualet, Syndicus creetur. Si autem partes sint, pariter possunt creare, Argument. l.

quæ

quæritur. ff de statu homin. et l. repetundarum. §. hermaphroditus. ff. de testib. argumen. §. 1. Institut. de donatio. argumen. l. si qui tamen. ff. de contrahend. emptio. et l. cùm ab eo. §. Massam. eod. tit.

Mulieres si faciunt Collegium, ritè possunt etiam constituere syndicum: vt quandoq; Moniales sunt. c. ex parte, de priuileg. 1. loc. c. cùm dilecti, de rescript. Sed consuetudo similiter hoc loco efficaciter valet. argumen. l. 1. 2. & fin. C. de emancip.

Syndicus constitutus ab Vniuersitate, cuius Rectores tempore cōstitutionis sunt excommunicati, repellendus est: Maximè si Rectores excommunicati in literis procurationis sunt expressi, vel eorum auctoritate procuratoris institutio facta fuit. c fin. de procur.

Vniuersitas vel Collegium non potest facere Syndicum sine Rectoris consensu, si adest. ff. de tutor. & curator. dat. ab. & c. l. vbi. ff. quando appellat. l. 1. §. solent. Quòd si citò prælatus ratificet constitutionem Vniuersitatis vel Collegij, tunc valet, extr. de electio. c. officij, cum similibus. Et contrà, Rector sine consensu Collegij vel Vniuersitatis, non constituit Syndicum: quia alterum requirere debet consensum alterius. l. omnes qui vbique. §. hoc nihilominus. C. de episco. & cler. c. Imperatorum, de iura. cal. Collegium autem contra prælatum habet legitimam administrationem, & potest agere, & syndicum constituere. c. cùm ecclesia Vult. de elect. c. cùm olim, de causa poss. & propriet.

Cōstituto Syndico obijcitur, quòd inhabilis sit ad agendum. ff. quod cuiusque vniuers. no. l. 1. §. quòd si nemo, Inhabilis autē dicitur, qui quo-

na inserit.l.qui veluti.C.ad leg.Cornel.de fals.Si verò Collegium sit magnũ, non est necesse, quòd scribantur singulorum constituentium nomina, sed debent inserere omnes fuisse præsentes, vel duas partes.c.1.de procu.l.quod maior. ff.ad municip. Et in Vniuersitatibus habentibus certum numerum, satis est exprimere, præsentem fuisse maiorem partem in constitutione syndici. Ioan.Andr.super Spec.tit.de syndic.vers.quid si in aliquo instrumento.

Exceptiones alię, quę vel ratione formæ constitutionis syndico opponi possunt, colligũtur ex Paul.de Cast.super Rubr. tit. quod cuiusque vniuers.no.in ff. Sed quòd syndicus potest constitui ad negocia, & ad iudicia. Item mandato generali potest constitui. Item sine decreto iudicis. Item ad lites præsentes, & futuras, &c. vide ibidem.

Obijci etiam potest syndico constituto per regentes Vniuersitatum, quia non habet mandatum cum libera, eo quòd non est expressum. Bart. in l.iusiurandum, & ad pecunias. §.defensor.ff.de iureiur. Cynus in l.1. C.etiam per procurat.causam in integ.restit. ag.pos. Si verò esset syndicus constitutus ab Vniuersitate ipsa, vel maiori parte, tunc æquiparetur tutori, qui habet mandatum generale cum libera, cùm sit munus publicum. glo.l.fin. C.de iurisd.omn.iudic. Doctor.in l.præses.C.de transact.

An Syndicus obliget singulos ciues in solidũ, vel tantùm illos, qui constitutioni interfuerunt. Vide Bart.in l.sicut municipum.ff.quod cuiusq; vniuer.no. Et eundem in l.ciuitas.ff.si cert.peta. et Iason.in l.4.§.actor.ff.de re iudic. et Bald.in l. etiam.C.de execut.rei iudic.

Latiùs officij ratione opponitur Syndico, quia de illius mandato dubitetur, nec tamen de rato caueat. l. item eorum. §. actor Vniuersitatis, ff. quod cuiusque vniu. no. Tunc autem de mandato dubitatur, quando is, qui se procuratorem dicit, aliquod adminiculum, seu aliquam probationem semiplenam inducit, tunc admittitur cum satisdatione, aliàs non. ff. de dote præleg. l. Theopompus.

Quòd si Syndicus vel Actor rei sit, cautionem de iudicatum soluendo non præstat: quia qu. dominus intelligitur, sicut Tutor & Curator. ff. rem ratam haberi. l. actor. C. de administr. tut. l. fin. §. defensionem. ff. qui satisda. cog. l. sciendum, §. tutores. Sicut nec verus dominus de iudicato soluendo cauet. Instit. de satisd. §. ab eius verò. Et Actor seu Syndicus iurant de calumnia, sicut tutor & verus dominus. l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. calum. c. in pertractandis. et c. Imperatorum, extr. eod. c. de iur. calum. Item litem contestantur, & interrogantur, atque eorum confessioni statur. Demùm omnia ferè faciunt, quæ verus dominus faceret. c. olim, de censib. c. 2. de capell. mon.

Prætereà Syndico obijcitur, si Vniuersitatem, pro qua agit, reconuentam non vult defendere. d. §. actor Vniuersitatis. in l. item eorum. ff. quod cuiusque vni. no.

Prætereà Syndico seu Actori etiam obijci potest, quòd fines mandati excesserit. d. l. item eorum. §. 1. Cùm enim demandatam habeat administrationem, procuratoris fungitur officio. Ideò præter id, quod mandatum est, nihil potest. c. cùm olim, de officio delegat. c. cùm dilecta. de rescript. c. per tuas, de arbitr. l.

dili.

diligenter. ff. manda. l. si procurator. C. de procuratorib.

EXCEPTIONES ORTAE ratione Syndicatus finiti.

EXcipi potest contra Syndicum, quòd decreto decurionum prohibitus sit. Nam ea permissa videntur, quæ permissa durant. l. item eorum. §. quòd si actor. ff. quod cuiusque vniu. no. c. hac ratione. 31. q. 1. Item Syndico opponi poterit, quòd reuocauerit ipsum Vniuersitas: licèt in reuocatione ipsius non interuenerit consensus vniuersalis vel officialis. Bartol. in l. si per epistolam. ff. de acquir. hæred. Quia cùm requiratur voluntas vtriusque, statim cùm altera voluntas desinit, mandatum nullum est. Bartol. in l. actor. ff. rem ratam haberi. in versic. sed iuxta prædicta. Petrus de Ancharan. in Clemen. fin. de procur.

Syndici seu Actoris officium, peracto iudicio, ad quod constitutus est, desinit esse. Instit. de author. tut. in fin. C. de in lit. dando tuto. vel curator. per tot. Item lapso tempore, in quod mandatum differtur, similiter finitur syndicatus. l. 1. ff. mand. et l. 3. ff. de procurat. Sed si intra præfinitum tempus Syndicus litem contestatus sit, finitur etiam tempore, tenetur causam inchoatam finire, cùm factus sit dominus litis. C. de procur. l. neque. ff. de negoc. gest. l. nam & seruus. §. penul. Quod intelligitur, si spontè fuit syndicus constitutus. Si autem inuitus, tunc non tenetur finire. l. legato. ff. de vacat. mu. Specul. de syndic. versic. illud etiam quæritur.

Si Collegium vel Vniuersitas dissoluta sit,

tunc intelligitur etiam defecisse syndicatus.l.pater filium.§.Tusculanus.ff.de legat.3.argumen.c. Abbate,in fin.de verbor.signific. glo.penult. c.fi. 25.quæst.2. Sed etsi Vniuersitas ad vnum recidit, potest adhuc per syndicum conuenire & conueniri, quum ius omnium in vnum reciderit, & extet nomen Vniuersitatis. ff.quod cuiusque vniuno.l.sicut municipum.§.fin. Licèt vnus non faciat Collegium seu Vniuersitatem, sed tres. Innoc.c.1.de elect. Barto.in l.prætor.2.loc.ff.vi bonor.rapt. Bald.in l.etiam. C.de except.rei iudic. Nec mutatis omnibus, qui constitutioni interfuerunt syndici, dicitur alterata Vniuersitas, sed eadem reputatur per surrogationem.l.proponebatur.ff.de iudi.

Morte etiam finiunt syndicatus, scilicet si constituens mortuus sit, siue Vniuersitas, siue Rector constituerit. Clemen. fin. de procuratorib. Sed si syndicus viuo Rectore administrare cœperit, mortuo etiam eo, explicare debet negocia iam inchoata. ff. de negoc.gest. l.nam & ser. §.si viuo. ff.de neg.gest. Latiùs de ea re vide Docto, Clemen.fin.de procur.

EXCEPTIO CONTRA Tutores, Et primùm contra Testamentarios.

EXcipitur contra testamentarium Tutorem, quia cum illo testamenti factio non est, id est, non potest capere ex testamento.l.testamento. ff.de testa. tutel. Excipitur tamen ab illa regula, de minore & muliere. Quę personę quanquam ex testamento capere possint, tamen regulari-

pariter repelluntur à munere tutelæ. Adhæc filius non exiſtens in poteſtate, non recipit teſtamentarium tutorem, ſi nihil ex teſtamento capit.l.1.ff.de confir.tut. Item, ſi à matre datus ſit tutor, neque confirmatus per iudicem, neque liberis hæredibus inſtitutis. d.l.1. ff.de confir.tut. et l.mater. C.de teſta.tutel. Præterea ſi datus ſit tutor per epiſtolam, vel ex imperfecto teſtamento, nihil valet.l.2.C.de confir.tuto. Idem ſi teſtamentum ſit inofficioſum, vel falſum, ſeu irritũ, vel iniuſtum.l.qui à patre.ff.de confir.tut.l.tutores.§.curatores.ff.de adminiſtr.tut. Poſtremò, ſi teſtator fuit inteſtabilis, hoc eſt, facultatem teſtandi non habuit, ſimiliter repellitur tutor teſtamentarius. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſta.per totum.ff.eod. Item certæ rei vel cauſæ tutor teſtamentarius non poteſt dari, quia perſonæ, non cauſæ vel rei, tutor datur. Inſtit. qui teſta.dar.tuto.poſſ.§.certæ rei.

Repellitur etiã tutor, ſi mutata ſit illius qualitas: putà, ſi ex amico inimicus, ex diuite pauper factus ſit.l.pater.ff.de teſtam.tutel. Reliquas exceptiones facilè colliges ex tit. de teſtam. tut. in ff.C.& Inſtit.

A quibus non dentur teſtamentarij tutores, vide in l.1.ff.de confir.tuto. et in l.1.C.de teſtam. tutel.Putà à matre, patrono, extraneo.Sed ſi mulier dederit liberis teſtamento tutores, decreto prætoris vel proconſulis, ex inquiſitione confirmabuntur.l.mulier.ff.de confirm.tuto.Item ſi mater liberos hæredes inſtituat, eiſdem tutores teſtamento dare poteſt. C.de teſtam. tutel.l.mater. Et de confirm.tut.l.1. Præterea patronus vel quiuis extraneus impuberi, quem hæredem inſtituit, tutorem dare poteſt, ſi pupillus nihil in

 bonis

bonis extra relicta habeat. ff.de confirm.tut. l. si patronus. Si verò habeat alia bona, quantum ad illa non confirmatur sine inquisitione. His quibus testamento non dantur tutores, adnumera filios non existentes in potestate patris. l.1. ff.de confirm.tutor. Item nepotes recasuros in patris potestatem, quibus auus non potest testamento dare tutores. Insti.de tutel.§.permissum est. Item impuberi liberto patronus frustrà tutorem dat, sed voluntatem eius, si fides inquisitionis congruit, prætor sequitur. l. qui tutelam. ff.de testa. tuto. Item, naturali filio, cui nihil relictum est, frustrà tutor à patre datur, nec sine inquisitione confirmatur: sed spurio datus, nequaquam confirmatur. l.naturali filio. ff.de confir. tut. et l.fin. C.eod.tit.

In numerum eorum, qui non dantur testamento tutoris, recipe furiosos, minores 25. ann. mutos seu surdos. Instit. de testam.tuto. §.furiosus. Item mater inuita non est tutrix liberorum, quia iura loquentia de tutela matris, continent promissionem, non imperium, vt in Authent.vt liceat matri & auiæ, in verb.permittimus. Item tutor non erit qui se in testamento pupilli tutorem scripsit. ff.de testam.tuto.l.ex sententia. Præterea tutor incertus testamento dari non potest. l.duo sunt Titij. d. titul. Postremò seruus alienus purè inutiliter tutor datur; sed ita, cùm liber erit. Instit. qui testam.tuto.dar.possunt.§.seruus.

Legitimo tutori obijci potest, quòd testamento pupillis tutores dati sint. ff.de legit.tut.l.intestati. Instit.eod.§.quòd autem. Quia quando desijt testamentarius tutor: putà, quia nullus fuit, vel nullus remansit, vel nulla spes est, quòd aliquis

quis reassumat, tunc succedit legitimus. l. si quis sub conditione. ff. de testa. tut. l. 3. ff. de legit. tut. l. si tutor. §. 1. ff. de tute. & rat. distr. &c.

Legitimo tutori etiam obijci potest, quòd nō sit proximior agnatus vel cognatus. Nam proximior ex pluribus agnatis seu cognatis nanciscitur tutelam. ff de leg. tut. l. si plures. Et si plures eodē gradu sunt, pariter vocantur. Insti. de capi. dimi. in fin. Maximè hodie iure Authenticorum defertur hæreditas proximis, non inspecta agnatione, sic & tutelæ onus, & si plures eodem gradu sunt, magis idoneo vel idoneis committitur tutela, tutelæ periculo omnibus imminente, ex Authent. de hæred. ab intest. ven. §. ex his. et Authen. sicut. C. de legit. tut. & Instit. de legit. patron. tutel.

Legitimo tutori etiam obijcitur, quia est fœmina. ff. de legi. tut. l. 1. §. 1. et l. tutela. §. si duo pluresue. et l. agnato propior. Item obstat, si surdus, mutus sit. d. tit. l. penul. & vlt. Minus autem audiens potest esse legitimus tutor. Item obstat, si minor sit 25. annorum. l. fin. C. de legit. tutor. In omnibus enim tutelis & curationibus, qui perfectæ ætatis sunt, admittuntur. Instit. de fiduc. tutel.

Legitimo tut. opponi potest, quòd non satisdederit rem pupilli saluam fore. Instit. de satisd. tut. in princ. et C. de tut. & procur. qui non satisda. l. in dubium. et l. fin. et C. in quib. cau. in inte. restit. l. si tutor. Patrono autem, si honesta persona sit, remittitur hæc satisdatio: Maximè si substantia modica est. Si autem patroni persona minus honesta sit, satisdare cogitur. l. legitimos. ff. de leg. tut. Itē satisdare nō cogūtur tutores testamēto dati, vel ex inquisitione dati, vel cōfirmati

à præ-

à præside.Instit.de satisdat.tut. §.1. et l.in dubiū. et l.non omnium. C.de tuto.vel procur.qui non satisd.

Tutori legitimo opponi potest, quia finita sit tutela: legitimus autem tutor, cùm capite minutus sit, desinit. ff.de legit.tutel. l. tutela legitima.§.non tantùm. et l.legitimos.§.fina. Capitis etiam diminutione tutoris, per quam libertas, vel ciuitas amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis diminutione tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitima tantùm tutela perit, non aliæ. Instit.quib.mod.tut.fini. Præterea finitur tutela legitima capitis diminutione pupilli, l.legitimam.ff.de legit.tutel.Item si arrogati sint adhuc impuberes, vel deportati, vel in seruitutem redacti, vel ab hostibus capti. Postremò finitur tutela legitima morte pupillorū vel tutorum. Instit.quib.mod.tu.fi.

DATIVO TVTORI obijci potest.

QVia hic eum dederit, qui ius dandi nō habuit. ff.de confirm.tut. l.naturali filio. §.si queratur, & de tut. & cura.dat.ab his, qui ius dan. ha. per tot. putà, si præses vel magistratus municipalis alterius ciuitatis tutorem ortū ex alia ciuitate, non subiectum suæ iurisdictioni, tutorem dederit, non iure datus est. l. neque. C.qui dar.tuto.poss. Si tamen in ciuitate, vnde pupilli sunt oriundi, idonei tutores non inueniantur, ex vicinis ciuitatibus debent inquiri. l. diuus Marcus.ff.de tutor. & cur.dat.ab his, &c. Ad hec pupillo, qui non est de iurisdictione dantis tutorem, vel ratione originis vel domicilij, non

non poteſt talis iudex dare tutorem.text.Barto. & Bald.in l.1. ff.de tuto.& cura.dat. ab his. et l. ius dandi. Ratio vtriuſque eſt, quia actus iuriſdictionales non poſſunt exerceri, niſi circa perſonam ſubditam. C.vbi petantur tuto. l. 1. ff. de excuſat.tut.l.non ſolùm.§.& qui in teſtamento, et l.iuriſperitos.§.cùm oriundus. et l.propter litem.ff.eod.id eſt,de excuſ.tutor.

Iudex originis poteſt dare tutorem, qui præſit bonis quæ non ſunt in ſuo territorio,cùm ille, qui in iuriſdictionem in perſona habet, poteſt dare tutorem, cuius iuriſdictio ſe extendat ad omnes facultates. Bart. in l.1. C.vbi petan.tuto.vel curat.facit l.magis puto.§.illud quæri poteſt.ff.de reb.eor. qui ſub tut.ſunt. Præterea iudex ſuper lite coram ſe mota, poteſt pupillo exiſtente extra ſuam iuiſdictionem tutorem dare. C.de adminiſtr.tut.l.fin.§.1. Chriſt.Porc. Inſtit. de Attilia.tut.num.7.

Excipitur contra tutorem vel curatorem, ſi prætor vel præſes prouinciæ in furore aut dementia conſtitutus,dederit tutorem,tunc datio nullius erit momenti. ff. de tutor. & cur. dat. ab his.l.nec mandante: quia propter furorem priuatus eſt exercitio adminiſtrationis.Bald.d.l.facit.l.cùm furioſus. ff.de iudi. et l. patre furioſo. ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

Item tutori poteſt obijci, quòd præſes prouinciæ illum dederit, poſteaquàm cognouerit ſucceſſorem aduenisse.l.ſi fortè.ff.de offi.præſ.l. iure noſtro.ff.de teſtam.tut.c.audita, de reſtitut. ſpol.quia delegatus quicquid agit poſt reuocationem quam ſcit, nihil valet, quia à die notificationis aufertur ſibi iuriſdictio.Felin.c.de cauſis, de offic.delega. Sicut procurator poſt ſcitam reuoca-

uocationem nihil agit. Clement.1. de renuncia. c. ex parte decani, de rescript. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta.

Potest etiam contra tutorem excipi, quia prętor ipse sese dederit tutorem. l. fin. ff. de offi. præto. et l. prætor. ff. de tutor. & cur. da. & c. et l. præses. ff. de offic. præs. quia suspectus præsumitur, qui se ingerit, & vltrò affectat. l. quæ omnia. ff. de procurat. l. hæc sententia. ff. de testam. tutel. l. vxori. §. qui se. ff. ad leg. Cornel. de fals. cum similibus.

Si magnæ sunt pupilli facultates, id est, vltra 500. solidos valeant, tunc magistratus municipales, vel defensores ciuitatum, tutores creare non possunt, sine iussu præsidum. Instit. de Attil. tut. §. nos autem, quia si ascendũt vltrà 500. solidos, tunc tutoris datio est mixti imperij: quanquam delegari possit ei, qui aliàs iurisdictionem habet. Vt not. in §. tutoris datio. in l. muto. ff. de tutelis.

Postremò, excipi potest contra tut. vel curatorem, quia sit datus tutor vel curator illustrib. & non per præfectum & prætorem, & decem viros senatores. Neque in prouincijs nominatus sit à curialibus pro clarissimis personis. C. de tut. vel curat. illustr. vel clariss. person. l.1. Huc pertinent ea, quæ comminiscuntnr Docto. in c. grandi, de supplen. neglig. prælat. lib. 6. et Specul. de feudis. §. 2. in fine. Videlicet, quòd causæ dandi curatores regibus, ducibus, comitibus, & baronibus sunt imperandi impotentia, negligentia circa regnum, subditorum oppressio, prodigalitas & dissipatio regni. d. c. grandi. Quod intelligitur, si ex accidenti Dux, Marchio seu Comes, fiat inhabilis, tũc potest per curatorem regere. Si

verò

verò à principio est inhabilis, tūc imperiū transmittitur ad successorem proximum. Bald.c.1.§. hoc quoque, de success.feudi. Idem in Authent. hoc amplius. C.de fideiussor. Ad hæc si princeps sit maior 14. annorum, potest administrare iurisdictionalia absque curatore. Bartol. in l.qui consulebat. ff. de re iudic. Dominicus in d. c. grandi.

A tutela repellitur ipso iure, mutus, quia authoritatem præbere non potest. l.3. ff. de author. tut. Et surdus, quia tutor non tantùm loqui, sed & audire debet, vt authorizet. ff. de tutel. l.1.§. fi. et l.penult. ff. de legit. tutel. Quòd si post susceptam tutelam valetudo superueniat, deponere possunt tutelam. l. post susceptam. ff. de excusat. tutor. Item furiosus simpliciter non potest dari tutor, sed ita cùm suæ mentis esse cœperit. ff. de tutel. l. furiosus. Instit. qui dare tut. poss. §. furiosus. In summa, perpetua valetudine tenti, inutiles sunt tutores. l.1. C. qui mor. se excus. possunt. et l. luminibus. C. qui dare tut. poss.

Contra quemlibet tut. & cur. opponitur de ætate, quia est minor 25. an. vel aliàs alterius cura eget. C. de legit. tut. l. fin. Instit. de fiduc. tutel. in fin. C. qui ætate se excusant. l.2. Vnde adeò repellitur minor, vt nec excusatione opus habeat, cū sit inciuile, eos qui alieno auxilio in reb. suis administrādis egent, aliorū tutelam vel curam subire. Instit. de excus. tuto. §. minores autem. Tunc autem minor tutor erit, cùm 25. annorum fuerit factus. Insti. qui test. tut. dare poss. §. furiosus. Seruis etiam obijci potest, quòd nō possint dare tutores vel cur. l. in seruili conditione. C. qui dare tut. vel cur. poss. A testatore tamen seruus potest dari tutor. Instit. qui test. da. tut. poss. §.1. & c.

Miles

Miles armatus etiam volens, tutor fieri non potest. C. qui dar. tut. vel cur. poss. l. militiæ arm. Instit. de excusat. tut. §. idem & in milite. Veterani tamen possunt compelli ad vnam tutelam seu curam eodem tempore, scilicet filiorum conueteranorum seu militum. C. de excusat. veterani. l. 2. ff. de excus. tut. l. sed & milites.

Sacerdotes non coguntur inuiti esse legitimi tutores, Authent. presbyteros. 2. loc. C. de episc. & cler. c. fin. 88. dist. §. ideò autē amabiles, in Authent. de sanctis. episc. text. glos. c. Cyprianus. 21. quæst. 3. cum similib. Episcopi autem, item Monachi, vel Canonici regulares, de iure Ciuili repelluntur à tutela & cura. d. Authent. presbyteros, tex. & glo. in c. generale. 16. quæst. 1. Ad tutelam autem miserabilium personarum omnes clerici tenentur. c. 1. et c. Episcopus. 88. dist. Item si priùs susceperant tutelam, quàm fierent Monachi vel Episcopi. ff. de postul. l. 1. §. casum. c. rursus, qui clerici vel mon. Item euagantes, & circa diuina desides, non habent immunitatem à personalibus muneribus. l. generaliter. C. de episc. & cleric.

Libertinis pupillis ingenuos tutores vel curatores præsides non dabunt, nisi omnimodò libertinorum penuria eodem in loco existente. Libertinis enim solos libertinos oportet dare, quia ex eodem loco sunt. ff. de excus. tut. l. 1. §. dicendo. C. de excus. tut. l. 3.

EXCEPTIONES SEXVS causa.

FOEminæ tutores dari non possunt, quia id munus est masculorum. l. fi. ff. de tutel. & vltra sexum fœmineę infirmitatis. l. 6. C. quando mu-

do mul. tut. off.fun. Imò nec cruatrices minoribus mulieres curantur.ff.de tutor.& cura.da.ab his. l. scire oportet. Hodie matri & auiæ secundùm ordinem tutelam subire etiam ante cognatos permittitur, si inter gesta nuptijs alijs, & auxilio Velleiano renunciauerit, solis testamentarijs præcedentibus eas, legitimis & datiuis postpositis. Authent.matri & auię.C.quando mulier tut.offi.fun. Item hodie sacramentum non exigitur de non iterandis nuptijs. Imò contractis nuptijs expelli matrem à tutela conuenit. d. tit. Authent. sacramentum. Potest etiam mater naturalium filiorum tutelam agere.d.tit. Authent. ad hæc. Idem in matre spurij. Vt notatur in l.fin. d.tit. nisi sit illustris. C. ad Orphit. l. si qua illustris. Etiam proauia potest esse tutrix nepotum. Bart.in l.si quis sub conditione.vers.antequàm veniam.ff.de testam.tuto. Bald.in §.nos autem. Instit.de Attilia.tut. Et latiùs de ea re habet glo. in c.ex parte, de appell. Item Specul. de anomalis tuto.per tot.

Prætereà excipi potest contra tutorem, quòd is datus est, qui prohibitus est à parentibus tutor esse. Nam si talis datus est, prohiberi eum oportet. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. l. scire oportet.§.1.

EXCEPTIONES CONTRA Iudæum.

PVpilli Christiani tutor Hebræus esse non potest. Bartol. & Iason in Rubri. ff.de iusti. & iur. Quia tutor iurare debet tactis Euangelijs. Vt Authen.de his qui oblig. et c.quod non faceret Hebræus. De his in c.ex literis, de con-

uerſ.infid. et c.Iudæis.28.quæſt.1.Hebræus autem maſculus poteſt eſſe tutor Hebræi.Bart.& Bald. in §.iam autem. in l.Spadonem. ff. de excuſa.tut. Et iurabit Hebręus iuxta formã c.etſi Chriſtus, de iureiurando. Spec.de iur.calum.§.reſtat.verſ. ſed pone Iudæus.Panor.c.1.de iur.calum.

Tutor ſeu Curator repellitur, quia eſt creditor vel debitor pupilli, vel adulti, & adminiſtrat ſine adiutorio, vt in Authent. vt qui ſe res mi.oblig.hab.perſ. et in Authen.minoris. C.qui dare tut.vel curat.poſſ. Ne tutor debitor Calendarium ſurripiat, aut alias probationes, quæ ad manum ſunt, ſupprimat. d. Authenti. Quòd ſi tutor vel curator obligationem tacuerit, & curator factus ſit, tota actione, quam contra minorem habet, cadat. d. Authent. vt qui ſe res minor.

Sed hoc fallit in teſtamentario tutore, quia perſona teſtamentarij tutoris videtur à teſtatore approbata.Specul.& Ioan.Andr.de tutore. §.generaliter.verſ.item quòd tutor. Bartol.in d.Authent.minoris. Secundò fallit in matre & auia, patre & auo. Inter quos etſi debitum quoquomodo vertatur. Tutela non ideò minus admittitur, Authen.ad hęc.C.quando mulier tutel.offic.fung.ex Authent. vt matres debitores & credit.ſine prohib.tut. & cur.ger.filio.licet, &c.

Excipi etiam poteſt contra tut.& curat. quia eſt ſuſpectus, & ob ſuſpicionem, vel iam remotus, vel illi interdicta eſt adminiſtratio. ff.de ſolut.l.quod ſi fortè.§.1.

Pendente enim cauſa ſuſpicionis, abſtinere debet ab adminiſtratione, quoàd cognitio finiatur, alio interea ſubordinando. l.eum quem. C. de ſuſpect.tut.c.venerabili, de offi.deleg. c.quia, 3.quæſt.

3.quæst.2.Instit.de suspect.tutor.§.si quis autem. Cùm autem administrare non poterit, actiones etiam exercere prohibetur, argumen.l.ait prætor.ff.de iure deliber.

Inter eos, qui curatores dari non possunt, est etiam maritus, etsi rebus vxoris suæ debeat affectionem, tamen curator ei creari non potest. C. qui dare tut.vel cur.poss.l.2.ff.de excusa.tut.l.1. in fin.Vbi dicitur sponsum sponsę curatorem esse non posse. Quanquam maritus possit esse curator vxoris ad lites.Bald.l.1. et in l.maritus. C. de procur. et l.1. C.de excusa.tuto.Vide Christopho. Porr.Instit.de excusa.tut.in fine.

Eos qui in legatione sunt, non creant tutores vel curatores Magistratus, quia per id tempus, quo in legatione sunt, periculum ad eos nõ pertinet.l.scire oportet.§.1.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.l.1.C.si tutor Reip.causa aberit. In summa, omnes qui Reip.causa absunt,à tutelę cura, quatenus Reip.causa absunt, excusantur.Insti.de excusa.tut.§.item qui Reip.causa.ff.de excusa.tut. l.administrantes. & l.penult.

Ex eo quòd tutor datus est ijs, quibus non oportet, ita excipitur, quia habenti tutorem, tutor separatim dare non posset. l. cùm furem. C. qui petit.tut. et l.si sororis. C.qui dare tut.poss. et §.interdum. Instit.de curatoribus. Atque hoc verum est, adeò vt etiamsi per errorem datus sit tutor habenti, datio nulla est. ff. de tuto. & curat.dat.& c.l.tutor si petitus. Ratio illius regulæ est, quia tutor datus alium secum in eadem plenitudine potestatis non admittit.glos.d.§.interdum. et glos.in l.licet. C.in quibus caus.tuto.vel cur.hab.tut.vel cur.da.poss.Verùm sunt aliquot casus, in quibus habẽti tutorẽ, tutor datur, quos

recensent glosæ, in d. §. interdum. et in d. l. licet.

Amplius excipitur contra tutorem, eo quòd datus sit pupillis, qui sunt extra prouinciam & territorium illius magistratus, qui tutorem dedit. l. 1. in fi. et l. pupillo. ff. de tut. & cur. da. ab his. Latiùs de ea except. vide suprà, de obiectis datiuo tutori.

Filio ingresso monasterium, non debet dari tutor, cùm maneat in patris potestate. Speculat. de statu monach. versi. 12. Ingressus enim monasterij non soluit patriam potestatem. Instit. quib. mod. ius patr. pot. sol. per tot. Quanquam transeat in Abbatis potestatem. c. Abbates. 18. quæst. 2. et c. multos. 54. dist. Curator tamen bonis datur. l. fin. §. si autem pater. C. de bon. quæ lib. l. ab hostibus. ff. ex quib. cau. ma.

Ei cuius pater in hostium potestate est, tutor dari non potest. ff. de tutel. l. muto. §. ei cuius pater. sed dabitur curator bonis. d. l. ab hostibus. et l. possessionem. §. fin. ex quibus cau. in poss. eatur.

Ventri tutor à magistratibus populi Romani dari non potest: curator potest. ff. de tutor. & cur. dat. ab his. l. ventri. c. sed à te statore ventri tutor dari potest. l. si quis filiab. ff. de testam. tut.

CONTRA FORMAM DANdi datiuum tutorem.

EXcipi postremò potest contra tutores, quia non sunt dati quomodo oportet: putà, si erratum est in causa dationis, eo quòd tutor datus est, quasi minori. l. Seiæ egressæ. ff. de tut. & cur. dat. ab his. Idem si quoquomodo in

petl-

petitione tutoris erratum fuerit in facti causa, non valet tutoris datio. l.tutor, si petitus. ff. de tutor.& cur.da.ab his. Quia decretum interpositum ex falsa causa, etiam non expressa, est ipso iure nullum.l.1.§.hæc verba. ff.ne vis fiat ei, &c. et l.cùm verò.§.subuentum. ff.de fideicommiss. libert. Sicut error, qui est in causa aditionis hæreditatis, impedit aditionem. l.si is ad quem. ff. de acquir.hæred. Ita error in causa dationis tutoris.§.in d.l.tutor si petitus. Limita tamen, vt apud Bartol. ibidem, scilicet quando datur tutor vel curator ratione ætatis, si erratum est in causa, datio nulla est. Secùs si detur vt prodigo, quanquam erretur in causa, tamen datio valet. Item limita secundò, quando tutor datur à iudice, ad petitionem alterius. Secùs si dederit motu proprio. Item limita tertiò, si erratum sit in causa: secùs si error sit in persona. Vide Bar.in d. l.tutor si petitus.

Officij ratione opponitur tutori & curatori, quòd tutor vel curator non fecerit inuentariũ. Nam tutor vel curator res pupilli seu adulti aliter attingere non audeat, nisi prius inuentario publicè facto. Quòd si inuentarium facere neglexerint, quasi suspecti ab officio remouebũtur, & macula infamiæ notabuntur. C.arbit.tutel.l. fin. et l.de creationibus. C.de episcopali audien. Mox autem vbi fuerint ordinati, tenentur tutores inuentaria conscribere.l.tutores.C. de administr.tut. Et pro tutore non est, qui inuentarium non fecit.C.in quibus caus. in integ.resti.non est necessaria.l.si tutor, & extrà, de transact.c.inter. Sed quandoque inuentario non est opus: putà, si testator inuentarium fieri vetuit. d.l.fin. C.arbitr.tutelæ. Testator enim potest hoc ius, licèt

ſit publicum authoritate, tamen quia eſt vtilitate hæredis & teſtatoris priuatum, poteſt remittere. argumen. l. ſcire. et l. ſeq. C. vt in poſſeſſ. legat. Secundò ſi de conſuetudine vel ſtatuto regionis ſit, non facere inuentarium, non videtur in culpa, conſuetudinem ſeruans. argumen. l. tutor qui repertorium. ff. de admit. tut. et l. non tantum. ff. de curat. Tertiò etiam non confecto inuentario tutor adminiſtrare poteſt id, quod non expectat dilationem. d. l. tutor qui repertorium. Quartò, Actor, item tutor ad vnum actũ. Item curator ad litem, non tenentur facere inuentaria. De quibus Bartol. d. l. tutor qui repertorium.

Tutori & curatori etiam obijci poteſt, quòd non iurauerit de rebus fideliter adminiſtrandis ſub expreſſa hypotheca rerum ſuarum. l. de canonibus. C. de epiſcopali audien. et l. fi. C. de curat. furio. et in Authent. vt hi qui ſe oblig. habere prohib. res min. §. fin. Item ſi non promittat ipſum pupillum indefenſum non relinquere. l. fin. §. defenſionem. et ibi Docto. C. de adminiſtr. tutor. Bartol. in l. legitimos. ff. de legit. tutorib. cum ſimilibus. Item obijcitur tutori, quòd ſpecialiter ſibi adminiſtratio à iudice conceſſa non ſit. Bart. in d. l. legitimos. & in l. quarta. ff. de authorit. tuto. Etiam obijci poteſt tutori, ſi non caueat de rato, quando dubitatur, an duret tutor, vel geſtus ſit illi commiſſus. ff. de adminiſtr. tut. l. vulgo. Vel ſi dubitetur pro qua parte. ff. de admin. tut. l. ſi plures. et l. ſi duo. Poſtremò tutor, etiam ex inquiſitione à minoribus magiſtratibus datus, debet ſatiſdare. Bartol. l. tutores. ff. de teſtam. tut. Item curator furioſi debet ſatiſdare, ſi non habeat idoneam ſubſtantiam. l. fin. §. ſed ſi qui-

quidem. C. de curat. furio. Sed testamentario tutori remittitur satisdatio. Item dato ex inquisitione à maioribus magistratibus. Instit. de satisda. tut. in princip. et C. de tutore & curatore, qui satis non deder. l. 3. Regulariter tutori, qui habet idoneam substantiam, & locuples remittitur satisdatio. l. testamento. ff. de testamen. tut. et l. legitimam. ff. de legitimis tutoribus.

Finiti officij ratione opponitur tutori, quòd is cui datus est tutor, excesserit pubertatem. ff. de tuto. & cura. da. ab his &c. l. Seiæ. Instit. qui. mo. tut. fi. in princip. ff. de administr. tut. l. ita tamen. §. si tutor. C. arbit. tut. l. tutor post. Inchoatis autem causis assistit, etiamsi pupillus excesserit pubertatem. l. 1. C. vt cau. post. pubert. Etiam hæres tutoris appellatam causam prosequi tenetur. l. tutor. ff. de appell. l. nam & Seruius. §. si libero, Titio. ff. de neg. gest. Accusationem tamen, quam nomine pupilli instituerat, eo defuncto, non cogitur adimplere. ff. ad Turpill. l. Diuus Adrianus.

Finiti officij ratione opponitur tutori, quòd impubes arrogatus sit, vel deportatus sit, aut in seruitutem redactus, aut ab hostibus captus, vel mortuus sit, seu capite minutus. Item quòd tutor mortuus sit naturaliter, vel ciuiliter: vel libertatem vel ciuitatem amiserit, vel remotus sit tanquàm suspectus, vel ex iusta causa se excusauerit, vel tutor datus sit testamento, ad certam conditionem, & iam extet conditio, vel ad certum tempus datus sit, qui desinit finito tempore.

HACTENVS DE TVTORIbus, nunc de curatoribus sequetur, & contra eos Exceptionibus.

FVriosi vel prodigi curatori opponitur, quòd non satisdederit rem furiosi vel prodigi saluam fore. ff. de curato. fur. vel &c. l. consilio. Nisi sit à patre in testaméto datus tutor. Vel nisi datiuus curator idoneam & sufficienté substantiam possideat. l. de creationibus. C. de episcopali audien. Item obijcitur curatori, quòd non iurauerit omnia se cum vtilitate furiosi gerere, & vtilia procurare, atque inutilia cauere. d. l. de creationibus. & l. fi. cum Authen. quod nũc. C. de cura. fur. Item obijcitur, quòd inuẽtarium non fecerunt. dd. ll. & C. de administr. tut. l. tutores. et l. fin. §. fin. C. arbit. tutel. Postremò obijcitur, quòd furiosus redierit ad sanam mentem, & prodigus receperit sanos mores. ff. de cur. furio. l. 1. §. quamdiu. et l. penul. C. de cura. fur. Sed si testamento furioso curator datus sit, excipitur quòd non est per iudicem confirmatus. l. penul. ff. de cura. fur. Si sit legitimus tutor furiosus, excipi potest quòd sit inhabilis. d. tit. l. sæpè. Vel quòd non satisdederit. l. fin. d. §. sed cùm antiquitas. Verùm si sit datiuus curator furiosi, excipi potest, quòd ex falsa causa datus sit, ff. de cur. fur. l. obseruari.

Curatori vniuersali bonorum his ferè modis opponitur, putà, quia inuentarium non fecerint. ff. de reb. aut. iudi. poss. l. fin. et not. Barto. & alij, in l. 1. & 2. ff. de cura. bon. dand. Item obijcitur curatori bonorum, quòd non sit constitu-

tus à prætore, ex consensu maioris partis creditorum. ff. de cura. bon. dand. l. 2. Item quòd inuitus citra necessitatem sit constitutus. d. l. 2. Atque hæ sunt Exceptiones contra curatorem bonorũ vniuersalium.

Curatori ventris obijce, quòd mater, cuius ventri datus est, non est prĝgnans, sed per calumniam se mitti in possessionem desiderauit. ff. si mulier vent. nom. l. 1. §. per calumniam. Vel quòd abortum fecerit, vel talem qui nõ est habilis ad succedendum: vel talem peperit, qui repulsus aut exhæredatus iure sit. ff. de ventre in poss. mit. & decur. eius. l. 1. §. toties. Item excipitur contra ventris curatorem, quòd inuentarium non fecerit. d. l. 1. §. curatore autem. Item quòd non sit ex his personis, quæ numerantur in §. eligitur. in d. l. 1. Item curatori bonorum ventris obijcitur, quòd rem saluam fore viri boni arbitratu, non satisdederit. l. bonorum ventris. ff. de cura. furiosi.

ACTORI A TVTORE, VEL curatore constituto, his modis obijci potest.

QVia decreto prætoris non sit constitutus. C. de acto. seu. à tut. sem. cur. dand. l. vnic. Instit. de curat. §. fin. l. decreto. ff. de administr. tut. Item quòd periculo tutoris seu curatoris non sit constitutus. ff. de tutel. l. solet. Item. quòd sine legitima causa sit constitutus. Bart. in l. actor. ff. rem rat. hab. Nam actor decreto prætoris constituitur, sed prætor neminem sine causa audit. l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact. Item

opponitur actori, quòd non caueat pupillum ratum habiturum, ſeu tutorem. glo. in d.l. actor. & ibi Bart.

Oeconomo opponitur, quòd non ſit conſtitutus ab epiſcopo cum conſenſu Capituli. C. de epiſc. & cler. l. omnes. §. fin. glo. §. fin. Inſtit. de curat. c. cùm vos, de offi. ord. c. cùm ſcimus. 9. quæſt. 3. Item obijce, quòd non ſit conſtitutus talis Oeconomus, qui ſit de gremio Eccleſiæ. C. de epiſc. & cler. l. in eccleſijs. et argumen. l. iubemus. C. eo. c. quia. 89. diſt. Item obijce, quòd Oeconomus ſit conſanguineus epiſcopi conſtituentis. c. decẽter. 89. diſt. Item, quòd non reddat rationem. d. diſt. c. indicatum. et c. diaconum.

Orphanotropho opponitur, quòd ad inſtar tutoris ſeu curatoris iuramentum non præſtiterit. Nec de bonis religioſæ domus inuentarium confecerit coram iudice, à quo adminiſtratio decreta eſt. Bald. in l. orphanotrophos. C. de epiſc. & cler. Item opponitur, quòd ſingulis annis de adminiſtratione rationem non reddant, illis quibus ſubſunt loca pia. Clement. quia contingit, de religio. domib. Satiſdationes autem iudiciarias non præſtant orphanotrophi: putà, de rato, de iudicato ſoluendo, ſicut nec tutores & curatores. l. fin. §. defenſionem, C. de admin. tut. Nec cauent rem hoſpitalium ſaluam fore, quia ſemper ex inquiſitione dantur orphanotrophi. d. c. quia contingit.

DE EXCEPT. CONTRA coniunctam perſonam.

Coniunctæ perſonę obijci poteſt, quòd non caueat de rato, etiamſi ſit coniunctiſſima,

tamen

tamen cautio rati non remittitur. ff. iudi.sol.l.3. §.sed si fortè.ff.sol.matr. l.2.§.fin. ff.de procur. l. sed & hæ, et l.Pomponius.§.fin.eod.tit.tex.glos. & Docto.in c.coram, de offic.delega. et in c.nonnulli, de rescrip. et in c.ex parte Decani. eod.tit. cum similibus. Sicut consortes eiusdem litis post lit.contest. sine mandato, cum cautione de rato agere pro se inuicē possunt.l.2.C.de consor.eiusdem litis. Vide Card.in Clem.religiosus, de procur.in 11.quæst.

Deinde potest opponi coniunctæ personæ, si non velit defendere in casu reconuentionis. tex. in l.sed & hæ.ff.de procur.l.mutus.§.pœna.et l. seruum.§.ait prætor.ff.de procur. et l.actionem. C.de procur.

Tertiò excipitur, quòd absens reliquerit specialem procuratorem, qui excludit coniunctam personam, argumen.l.sed si vnius. §. procuratorem.ff.de iniur. Idem si coniuncta persona habeat tutorem vel curatorem, alia coniuncta persona excluditur. l.senatus.C.qui accus.non possunt.

Coniunctæ personę etiam obijci potest, quòd contra voluntatem eius experiatur, pro quo interuenit.l.Pomponius, in fi.ff.de procur.Specul. tit.de coniunct. person. Nisi in causa capitali, in qua damnatus etiamsi resistat, tamen cōiunctus, aut etiam extraneus pro eo appellare potest.l.nō tantum.ff.de appell. Idem in causa liberali. ff.de lib.cau.l.1.2.3.& 4.

In beneficialibus coniunctus pro coniuncta persona agere non potest. Archid.c.statutum, de rescript.in sexto. et c.fin.de iudic.eod.lib.Specu. de coniun.perso.versic.idem quod est causæ spiritualis.

Etiam

do. Et competit superficiario eiecto.d.l.1.§.& generaliter. Item competit prædoni contra spoliatorem: quia & illi datur interdictum vnde vi.c. in literis, de restit.spol. l.si quis emptionis. C.de præscript.30.an.l.1.§.qui etiam à me.ff.de vi & vi arm. Item competit possidenti vi, clàm, vel precariò.d.tit.l.sed si vi. Quando autem magis expediat spoliatori, cōtra spoliantem agere vel excipere, docet glos.c.fin. suprà, de restit.spol. in antiq. et in c.ex conquestione, eod.tit. et glo.in c.l. 2.quæst.2. Et Panorm.d.c.fina.de ord.cognit.dicit: quòd de spoliatione eiusdem rei non competit mihi exceptio contra te.l.colonus. et l.cùm fundum.ff.de vi & vi arm. Ne vltima violentia maneat impunita.d. tit. l.qui possessionem. Postremò competit successori vniuersali, propter spoliationem factam etiam tertiæ personę, à qua causam habet, quia potest agere ex persona actoris sui.c.significauerunt, suprà, de testib.argum. l.1.§.hoc interdictum. ff.de vi & vi arm. Et contrà, successori singulari non competit, cùm nec sibi, nec contra eum competat actio. glos. c.cùm ad sedem, de restitut.spol. Quia ex iure tertij iuri meo non subiecti, mihi non competit defensio, neque actio.ff.de verb.oblig. l.stipulatio. §.alteri. et c.quæsiuit, de his quæ fiunt à ma.pa.c.l.si vnus.§.item ne exp.ff.de pactis.

Deinde exceptio spoliationis competit contra eum, qui de possessione vi deiecit. C.vnde vi. l. si de possessione, hoc est, contra spoliatorem agentem ciuiliter vel criminaliter, vt hic in c.frequens. Etiamsi non possideat rem spoliatam.ff.de vi & vi arm.l.1.§.si quoties. et l. si vi me deieceris. Præterea competit cōtra mandantem, iubentem, vel ratum habētem, vt alius

frequens, dicitur. Hoc est, de re priuata possessa per clericum vel laicum, ad rem Ecclesię, quę dicitur publica, non excipiatur. argumen. l. fina. in princip. de sacrosan. eccles. Et regulariter in omnibus causis, in quibus non habet locum exceptio spoliationis, quas causas vide apud Socinũ in regul. 125. Item contra Ecclesiam ex spoliatione prælati non competit. c. si episcopum. 16. q. 6. Nisi delictum sit per prælatum communicato consilio, per glo. c. delictum, de reg. in illo lib. Et notatur in l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. Vel nisi ad Ecclesiam aliquid peruenerit, argumen. l. 1. §. fin. ff. de vi & vi arm. Ratio primi est, quia nõ debet adhęrere damno, culpa temeritatis alienę. l. meminerint. C. vnde vi. Item contra procuratorem, qui nomine domini agit, & ipse suo nomine spoliauit, non datur hæc exceptio. l. si procurator agit. ff. de doli except. Item contra Syndicum, propter spoliationem factam per aliquẽ de collegio, non datur hæc exceptio. c. qui manumittitur. 12. q. 2. Item si ciuiliter agatur, tunc contra possidentem res violenter ablatas, qui nõ spoliauit, non datur hæc exceptio. Pręterea contra patrem, ad quem nihil peruenit, non datur exceptio spoliationis, propter deiectionem filijfamiliâs. ff. eod. l. in interdicto. Ratio omnium eorum; quia delictum debet tenere suos authores. c. quæsiuit, de his quæ fi. & c. cum similib. l. sancimus. C. de pœnis, & c.

Exceptio spolij competit ad repellendũ actorem ab agendo, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter per ipsum spoliatorem. 3. q. 1. c. 1. & ibi Archidiac. Sed reus non restituitur, quia finis exceptionis est repellere, & non restituere, sicut finis actionis est consequi, Abbas in c. 2. de ord.

cog.in sexto notabili, & in versic. aduerte etiam circa hæc. Et hoc quando proponitur spoliatio facta ab ipso accusatore: si autem à tertio, tunc iudex probata spoliatione, statuat Reo terminũ ad petendum restitutionem, vt hic in c.1.§. solet autem. Valet etiam exceptio spoliationis ad repellendum pariter priuilegiatum, hoc est spoliatum. Secùs si agendo deducatur spoliatio, quia tunc non repellit pariter priuilegiatum. Ratio discriminis est, quia exceptio est fauorabilior, quàm actio.l.fauorabiliores.ff.de regul.iur.c.ex literis, de probat. Hæc notantur in c.fin.de ord. cognit.

Exceptio spoliationis perpetuò opponi potest, de eo quòd peruenit ad ipsum deijcientẽ. De eo autem quòd non peruenit ad ipsum, qui deiecit, excipi potest vsque ab annum tantùm: sicut ius agendi ex violentia, annale est. ff. de vi & vi arm.l.3.§.& post annum.C.eod.l.2. Bald.in l. licet.C.de except. Nam infra idem tempus debet proponi exceptio, infra quod agi potest. ff. ex quibus cau.ma.l.nec non.§.vlt. et l.Papinianus. §.si filij.;ff.de inoffic.testa. Hoc tamen intelligitur quando exceptio surgit ab eodem fonte, ex quo actio, & tendit etiam ad eundem effectum, tunc no durat vltra exceptionem. l.si quis libertatem.ff.de petit.hæred.c.si autem, de rescript.Si autẽ exceptio oriretur ex alio fõte, quàm actio, vt exceptio doli mali, oritur ex æquitate: putà, ne actor reportet commodũ ex sua malitia, tunc locum habet regula: Quæ annua ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.l.purè.§.vlt.ff.de excep.dol.mal. Cynus in d.l.licet. C. de except. Prætereà hæc regula, Quæ annua.&c. locum habet in perpetuis actionibus, & nõ temporalibus, vt not.

vt not. Innocen. in c. per tuas, de sentent. excommunic. et Bald. in Authent. ei qui. in fine. C. de temp. appellat.

HACTENVS QVAEDAM præmisimus de exceptione spolij, Nunc ad c. ipsum, Frequens, de restitut. spolia. lib. 6.

AD §. Solet, primò notatur, quòd iudex potest statuere terminum opponendi questionem præiudicialem incidentem in iudicio, iuxta c. lator, qui filij sint legit. Post quem non auditur opponẽs. c. cum inhibitio, de clandest. desp. c. accepimus, de fide inst. Nec talis terminus sine consensu partium prorogari potest. c. de causis, de offic. deleg. Sed communi consensu prorogari potest, sicut iurisdictio & compromissum. c. §. & glo. de offic. deleg. c. diem proferre, de arbit. Pretereà terminus ille datus ad agendum, intelligitur etiam ad finiendum, quando præsumptio est, quòd malitiosè intentetur quæstio præiudicialis. c. ex insinuatione, de appellat. quę termino lapso opponens, excluditur tam ab agendo, quàm ab excipiendo, si modò stet per eum, quo minus infra terminum experiatur. c. commissa, de electio. et c. ex insinuatione, de appellat.

Agere quis compellitur in 17. casibus, quos vide hic in additione Ioan. Andr. ad glos. ver. æstimamus. Qui partim etiam recensentur per Accursium, in l. 1. C. vt nemo inuitus. et per glos. & Bald. in l. diffamari, C. de ingenu. manu.

Circa §.fina.aduertendum est, quòd res ecclesiasticæ dicuntur, quæ per laicum possideri non possunt, vel quæ ad priuatum non pertinent, vt decimæ & oblationes. 16.quæst.1.c.si.12. q.2.c.aurum. Vnde quod hîc dicitur, quòd exceptio spoliationis rerum priuatarum non possit opponi agêti super rebus ecclesiasticis, intelligitur, quòd de re priuata, quæ propriè est & possidetur à laico, vel clerico, vt priuato, ad rem Ecclesiæ, quæ dicitur publica, quum illius dominium ad nullum priuatum spectet, non excipitur. Dominicus & Philip.Franc.hic.

Agens pro possessione spoliato restituenda, euidenter docere debet possessionis suæ titulum legitimum; si contra ipsum agentem, & pro reo sit ius commune, quia possidens contra iuris dispositionem, præsumitur esse in mala fide. Vnde titulum suæ possessionis ostendere debet. c. contra morem.100. distinct. glos. in c. quo iure. 8.distinct. Cùm itaque in casu præsentis capituli ius commune sit contra agentem, & pro reo; quia iura parrochialia rei sitæ in finibus parrochiæ alicuius, præsumuntur pertinere ad eam Ecclesiam parrochialem, sicut omnia sita in diœcesi alicuius Episcopi, censentur de iurisdictione illius. l.cùm olim.et c.cùm non liceat, de præscript.c.cùm venerabilis.§.quia verò, de except. c.dudum, de decimis.c.omnes basilicæ.16.quæst. 7.Sic existentia in territorio alicuius ciuitatis, censentur de iurisdictione domini illius loci. Hostien. & Panormita.in c.nimis, de iureiuran. c.licet, de censib. Prætereà decimæ prædiales ad eam parrochialem Ecclesiam pertinent, intra cuius limites prædia sita sunt: licèt Ecclesia non sit baptismalis.c.cùm in tua. et c.cùm contingat, de deci-

decimis. Imola in c.ex transmissa, de præscript. Docto.in Clemen.1.de baptismo, & eius effectu. Idcircò Actores in casu huius c.possessionem ex titulo iustificare necesse habent. Sed in aliquot casibus, etsi contra agentem sit ius commune, & pro reo, tamen iustificare possessionem per titulum non cogitur, scilicet si iustificatur ex sola patientia aduersarij.c.cùm ecclesia, de causa poss. & propriet. Item, si agatur de iure eligendi, quod competit ex solo commodo possessionis bonæ fidei.c.consultationibus, de offic.delegat. Item, si non agatur de graui præiudicio. Item, si quis petat restitutionem possessionis longi temporis, vel lugissimi, tunc daretur restitutio absq; probatione tituli, quia magis præsumitur pro longa possessione, quàm pro recenti. Item quando petitur restitutio ad id quo quis fuit spoliatus, lite vel appellatione pendente, quia tunc fit reuocatio attentatorum: nec alia probatio tituli requiritur.16.quæst.4.c.volumus. c.nō solùm, de appellat.illo libro. Innoc.& Ioan.And.c.2.de restit. in integ. cum reuocatione attentatorum, magis sit priuilegiata, quàm possessorium recuperandi. glos.Clemen. 2. in princip. vt lite pendente. text.in c.si constiterit, de accusat.c.bonæ, de appell.vbi Docto.

EXCEPTIO DOMINII notoria impedit litis ingressum.

ARchidiac. & alij, in c.vt circa, de elect.illo libr. cum concordantijs allegatis per Alexandrum, in §.nihil commune, in l.naturaliter, ff, de acquir.poss. Et pleniùs in l.creditor.

C.de pactis. et in l. ait prætor, in princip. ff. de iureiuran. et in c.quoniam, ad finem, supr. de fil. presbyter. in antiq. Iason in d. §. nihil commune.

Dominij exceptio non obstat agenti interdicto possessorio recuperandæ possessionis. l. si coloni. C. de agrico. & censi. lib. 11. l. 1. C. si per vim, vel alio modo. Quia spoliatus sine vlla cunctatione debet restitui, & ante omnia violentię causa examinari. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ. seu priu. Etiamsi in promptu offeratur probatio dominij, non admittitur volẽs docere de iure dominij, in modũ exceptionis, propter regulam, Spoliatus ante omnia. Paul. de Castr. in glo. fin. in l. si de vi. ff. de iudi. glo. verb. possimus. §. 1. in l. mulieris. ff. de verbo. sign. Maximè exceptio de iure tertij non obstat agenti, per l. si alienam rem. ff. sol. mat. per l. si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor. per l. qui rem. et l. ad probationem. C. locati. Nisi tertius assistat, vt nota. in l. si quis conductionis. C. locati. Sed regula, qua dictum est, quòd interdicto possessorio recuperandæ non obstet exceptio dominij, fallit in aliquot casibus notatis per Paul. de Castr. in l. si de vi. ff. de iudic. et per Angel. Instit. de actio. §. quadrupli. et per Socinum in regula 122. Primò fallit, si agens possessorio recuperandæ admisit reum excipientem de dominio, & non replicauit. c. 1. de restit. spolia. supr. in antiq. Bart. §. nihil commune. l. naturaliter. versic. quarta combinatio. ff. de acquir. possess. Secundò fallit, si agens possessorio recuperandæ, intentauit etiam petitorium. c. cùm ecclesia, de causa possess. & propr. c. cùm suprà, de restit. spolia. Quia reus potest se à petitorio defendere. Tertiò fallit, quando dominium

minium rei esset notorium notorietate iuris, vt hic in c.ad decimas. Vel si excipiatur contra laicum spoliatum, de possessione spiritualium.c. ex parte ni.de restit.spol. Quartò, si esset notorium notorietate facti permanentis vel transeuntis, aut in restitutione possessionis verteretur periculum animæ irreparabile. c, significasti, de diuort. Innocen, c.constitutus, et c.quoniam, de filijs presbyt. Vt si matrimonio obijciatur gradus indispensabilis.c.literas, de resti.spol. Quintò fallit, si petatur restitutio officio iudicis, per modum attẽtatorum, tunc obstat exceptio proprietatis, vt not.Innoc.in c.bonæ, de appell.

Exceptio dominij competit contra agentem possessorio adipiscendæ, si reus offert se in continenti paratũ probare de dominio: secùs si non offerat se incontinẽti probaturum de dominio, quia non impeditur possessorium.l.2.C.de edict. D.Adr.toll. l.illi à quo.§.1.ff.ad Trebell. Et contra intentantem interdictum adipiscendæ possessionis, etiam in beneficialibus admittitur exceptio defectus proprietatis, si in continenti offeratur probatio.glo.c.1.c.per literas, de resti.spol. text.in l.3.§.idem.ff.ad exhib. Hoc tamen fallit, quando possessorium adipiscendæ concederetur alicui, in pœnam Rei conuẽti, qui primò negauit se possidere, & posteà conuictus est de mendacio, tunc propter odium non admittitur etiã volens statim probare de dominio. glos. & Bartol.l.fin.ff, de rei vendi. Item si agens possessorio adipiscendæ, habeat similem titulum, & æquè priuilegiatum cum titulo petentis, tunc de simili titulo admittitur exceptio dominij, etiamsi requirat altiorem indaginem. Bal. in l.si quis conduct. C.locati. et in l. cùm de poss. C. si de mo-

ment.poss.fu.appell. et in l.edicto.C.de edict.D. Adr.toll.

Dominij exceptio non datur contra agentem retinendæ possessionis, nisi excipiens incontinenti velit docere de dominio. Angel. §.fin. l. si de eo.ff.de acquir.possess. Quia iustum possessorem non licet, etiam domino, impunè turbare & molestare. Bartol. d.§.fin. Sed prædonem & inuasorem licet illi qui possidet ciuiliter, impunè turbare.glo.& Bartol.§.ait prætor.l.1.ff.de vi & vi arm.

Prætereà quando possessores circa possessionem essent pares, quia vterq; per tres testes probasset, tunc potiores essent partes possidentis, & si ille opponeret exceptionem dominij audiretur. Idem si excipiens de dominio probet possessionem per potiores testes, tunc etiam auditur excipiendo de dominio. Cynus in l.1.in penult. quæst.C.vti possidetis.

Exceptio dominij obstat agēti actione in rem, glo.in l.ita vt si fur.ff.commodati. et in l.fin. C. de rei vendic. Fallit in possessore violento, qui non potest præscribenti, quem expulit dominij quæstionem præferre. l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis.C.de præscript.xxx.ann. Quod verum est in spoliato, qui habebat præsumptionem dominij, ex antiqua & longissimā possessione & spoliatione rei, Vt notat Alexander in l. si quis alienum.ff.solut.matrim. Secundò fallit, si prior creditor negat rem eius esse, à quo causam habet: tunc contrario probato non auditur de prioritate. Authent. item possessor pignoris. C. qui potiores in pig.hab.

HABENS CAVSAM AB alio, non poteſt referre exceptionem dominij.

EXceptio dominij non datur aduerſus agentem ex locato, vel ex alia actione perſonali, ſi ſit de dominio tertij, quia non per exceptionem dominij tertij, ſed per exceptionem de dominio conuenti detegitur nullitas contractus.l.qui rem. et l.ad probationẽ.C.locati. Niſi tertius aſſiſtat excipiẽti. l.bona fides. ff.depoſiti. Sed contra agentem locati conductor de ſuo dominio excipere poteſt.d.l.qui rem.et l.ad probationem. In ſumma, exceptio dominij non datur tenenti rem alieno nomine, neque hæredi illius contra eum, cuius nomine tenet. Si ille condicat rem, vel ex l. vel alia condictione, puta triticaria, vel condictione indebiti. Nec etiam ſi ex contractu quis agat de dominio tertij, excipi poteſt, niſi tertius aſſiſtat, vel dubium ſit de contractu: ſed de dominio proprio benè poteſt excipere ille qui alieno nomine rem tenet, ſi eam à principio ignoranter accepit, quam ſubinde ſuam eſſe reſciuit, quia in quibuſdam actionibus dominiũ non impedit contractum & actionem. Nam ſuper aliena re quidem contractus celebrari poſſunt.l.ſæpè. ff.de contrah.empt. Et quidem contractus ſuper ſua re celebrati, nulli ſunt. Vt notatur in l.Pomponij, cuius initium: Suæ rei. ff.de contrah. empt. Hæc Felinus, in c.inter dilectos, de fide inſtr.

Innocentius & Dominus Antoni. in Rubric. & c.ad audientiam, extrà, quòd metus cauſa, dicunt, quòd licèt ille, qui habeat cauſam, id eſt, ius ab aliquo, voluntariè non poſſit eidem replicare

plicare quæstionem dominij. Secùs tamen si non habeat causam voluntariam: putà, quia per vim illi abstulit: quia potest obijcere exceptionem dominij, vt notat Angel. in l. partus. §. Iulianus. ff. depos. Vnde conuento actione, Quod metus causa, competit exceptio dominij, sicut habenti clandestinam possessionem. argumen. l. si venditor. §. cùm raptor. ff. quòd met. caus.

Prætereà petenti restitutionem Beneficij, quęstio institutionis Canonicæ referri non potest. Bald. c. in literis, de restit. spol.

c. 2. de dol. & contum. lib. 6.

SIVE actor, siue accusator non comparuerit in termino citationis quocunque etiam ad finem litis vsque. Authent. generaliter. C. de episc. & cler. Siue ad primam, siue ad alteram citationem non comparuerit, iusto impedimento cessante. c. querelam, de procur. Ille actor contumax reo comparenti & respondenti, in expensis ratione illius contumaciæ factis, condemnari debet. glo. in c. in primis. 2. quæst. 1. Cynus & Bal. in l. sancimus. C. de iudic. l. Ad hæc reus comparens potest petere, vt ab instantia iudicij absoluatur. Specul. de contum. §. 1. vers. si. Innoc. & Ioan. Andr. in c. consuluit, de offic. deleg. Nec debet iudex actorem illum contumacem audire & admittere, nisi sufficienter caueat, id est, datis fideiussoribus vel pignoribus. l. si mandato. §. vlt. ff. mand. glos. ver. cautionem, in c. cùm constet, de pigno. gl. ver. idoneè. c. felicis, de pœn. lib. 6. Et si propter paupertatem, vel aliam iustam causam, actor fideiussores, vel pignora dare non possit, tunc iuratoria cautione cauere debet, & promittere

tere ſub pœna.glo.& Bart.in l.niſi.§.quamuis.ff. ſi cui plus quàm per leg.Falcid. Et debet obligare omnia bona ſua, ſecundùm Bald. in l.omnes. §.in hac.C.de epiſc.& cler.

c. final.

ANTE ſententiam nullus debet appellare, niſi grauetur, & cauſa grauaminis coram iudice à quo, in ſcriptis exponatur. c. vt debitus, de appell. Quæ ſi fuerit legitima probata, deferendum eſt appellationi, Si verò minus probabilis exiſtat, ad inferiorem iudicē remittatur, & appellans in expenſis condemnetur. c.1. et c.fin.infrà, de appell.& Clemen.1.eod.tit.

Si propoſita cauſa appellationis receſſit appellans, quæ cauſa appellandi vera non eſt, tunc apparet appellantem contumaciter receſſiſſe ab iudice, cuius appellatio nihil releuat, quia cauſa expreſſa vera non eſt.c.conſtitutus, in fi.de appell. Ideò contumaciter receſſiſſe fingitur, cuius cauſam friuolam appellando, prudens iudex repellere poteſt. Innocen. in c.interpoſita, ſupr.de appellat.c.venerabilibus. §.ſecùs autem. infr.de ſenten.excommun. Et iudex proferens ſententiā definitiuam contra talem contumacem, rectè facit. Nec ille præſumptiuè contumax appellari poterit.ff.de appell.l.ex conſenſu.§.vlt.24.quęſt. 3.c.de licit.

Citari &c. Si reus ad primam citationem dicat, ſe nolle venire, non eſt denuò citandus, quia ideò ter citatur, vt præſumatur eius contumacia.l.contumacia.ff.de re iud. Cùm verò certum ſit, illum nolle venire, non eſt denuò citandus, quia in incertis, non in certis, locus eſt coniectu-

ris.l.continuus.ff.de verbor.oblig. Et citatus ad certum articulum causæ, iudex nulla citatione præmissa, procedat, si de causa liqueat. C.de iudi.l.properandum.§.sin autem.ff.de iud.l.& posteà dictum. C.quomodo & quando iudex. Authent.qui semel.

Ad sentent. audiend.

AD sententiam audiēdam citatio debet fieri specialis, in qua exprimatur hæc causa, scilicet, ad sententiam audiendam, siue in summarijs, siue ordinarijs iudicijs sententia sit ferenda.glo.ver.ad idem. Clement.sæpè, de verbor.signif.

Potest renunciari appellationi expressè & tacitè. Et valet talis renūciatio, præsertim expressa, adeò quòd renuncians amodò est audiendus. Verùm si tacita renunciatio per negligētiam appellantis: putà, nō petendo apostolos intra tempus constitutum. c.ab eo, de appell. Vel nō prosequendo appellationem intra tempus iuris, vel à iudice datum. c.cùm sit. c. cùm causam, de appell. Tunc talis tacitè renuncians, non erit necessariò hic citandus ad reliquum processum, licèt aliquando inuitus renunciare videatur. glos. & Ioan.Andr.in c.cùm causam, de appell.

Contumax in vno actu, ad alios nihilominus citandus est.c.cùm olim, supr.de testib.in antiq. Quod intelligitur, quando ad vnum actum facta est citatio. Sed si facta esset ad totam causam generaliter, tunc sine alia citatione ad sententiā procedi potest, præsertim si citans hoc comminatus fuit in citatorio.Inno.in c.auditis, de procur.et in c.consuluit, de offi.deleg.Item intelligi-

tur, ſi actus præcedens nõ habeat connexionem cum ſequenti, tunc neceſſària eſt alia citatio. c.ſi capitulo, de conceſſ.præbend. Item intelligitur, ſi citatus ad vnum actum, dixit ſe nunquã venturum. Bart.l.fin.§.ex conſenſu. ff.de appell. Secùs ſi ſimpliciter dixit ſe nolle venire, quia tunc iterum debet citari. Bald. in l. tres denunciationes. C.quomodo & quando iudex.

Redeo ad inſtitutum Exceptionum. Et primùm de excep.citationis. Et primò, loci nõ tuti.

EXCEPTIO LOCI non tuti.

Contemni poteſt Citatio ratione loci non tuti, ſiue propter aëris intemperiem, ſiue quia inimici citati, ibi morãtur, vnde ſine periculo perſonæ, citatus comparere non poteſt ibidem.c.paſtoralis, de re iudic.c.accedens. 2.lo. vt lit.non conteſt. c. cùm dilecta, de confir. vtil. vel inutil.c.accepimus, de fide inſtr.glo.& Doct. in l.ætate.ff.ad Trebell.Et adeò contemni poteſt citatio propter inimicitias, vt etiam ſi habeat literas ſalui conductus, non debeat ſe credere inimicis. glo.in c.ſtatutum. §.cùm verò.verſi.ſecurè, de reſcrip.in 6.c.ex parte.1.lo.de appel. Quod intelligitur, ſi literæ ſalui conductus ab inimicis conceſſæ ſint: ſecùs ſi à iudice.Saly.in l.reos.verſic.expeditis contrarijs. C.de accuſ. Imò in l.penult. §.ad crimen. ff.de publ.iudic. Et etiam locus, per quem citatus eſt iter facturus, debeat eſſe ſecurus. text.in d. c.accedens. et gloſ.in Clem. 1.de foro compet. Et debet eſſe locus tutus procuratori, aduocatis, teſtibus, & omnibus, quorum conſilio citatus vtitur, c.ſiue de coniug.33.q. 2.c.fin.

2.c.fin.2.quæst.2.l.si locus. ff.de iudi. d.Clement. pastoralis. vers.notorium. vbi Card. Et dicitur locus non tutus, non solùm propter inimicum ibi habitantem, verumetiam propter amicos & domesticos inimicorum citati. ff. de legatio. l. sciendum.§.si accusatio. Quia amici & domestici mei pariter censentur suspecti. text. & Docto. in c.repellantur, de accusat. C.de inoffic.test.l.liberi.Bald.& Salyc.in l.si quis testibus.C.de testi. Quod intelligitur de eo, qui in præsenti cohabitat, non de eo, qui olim cohabitauit, per l.1.§. item Numio Iuliano.ff.de quæstio. Item intelligitur de his, qui longo & non breui tempore cohabitauerunt.ff.naut.coupo.stab.l.1.Et adeò inimicitia excusat citatum à comparendo, vt si notorium sit locum non esse tutum, potest ilicò appellari, nec opus est excusationem mittere. glo.in d.Clemen.pastoralis, in verbo, notorium. Sed fallit in quibusdam casib. in quibus inimicitia non excusat citatum ad comparendum. Quos vide apud Hippol.de Marsil. in l.1.§.prætereà, de quæstio.

Quamuis exceptio loci non tuti, sit dilatoria, tamen potest opponi quandocunque, etiam post lit.contest.quia habet grauamen successiuum, & non momentaneum. Archid. 3. quæst. 8. in summa. et quæst.9.c.hortamur. Bald.in l.peremptorias.C.senten.resc.non poss.Docto.in c.dilectus, de rescript. Iason in l.prætor ait.§.fin.ff.de oper. no.nunc.Card.in Clem.1.de foro compet.Et potest toties opponi, quoties quis citatur. Imol.in c.ex parte, de appell. Felin.in d.c.accedens, vt lit. non contest.vers.decima & vltima conclusio.

Loci non honesti exceptio, excusat etiam citatum à comparendo.ff.de arbit.l.si cum dies.§.

arbi-

arbiter iussit, quia nulla est sententia lata in turpi loco. l. cùm sententiam. C. de sent. & interloc. omn. iudic.

Ratione loci, contra citationem excipi potest, quia locus sit pestilentus, vel infecti aëris, vnde citatus comparere tutò non potest. text. & glos. in c. ad supplicationem, de renunc. glo. in c. communis filius. 23. distinct. Nisi in loco vbi pestis sæuit, nondum feriæ sint indictæ. Ioan. Andr. c. cùm dilecti, de dol. & contum. Alexan. in l. 2. §. sicut in iudicio. ff. si quis cau. Si quis tempestatē vel vi fluminis prohibitus sistere non possit, exceptione adiuuatur. l. 2. §. si quis. ff. si quis cauti. l. item hi. ff. ex quibus caus. ma. Nisi impeditus nimium se arctasset. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cau. Putà, si quis intra quatriduum sistere se promiserit, in loco centum miliaribus distante. glo. §. cæterùm. c. cupientes, de elect. libro 6. Idem ferè est, si quis valetudine seu infirmitate impediatur. l. quæsitum. ff. de re iudic. Bartol. l. fin. ff. de in int. rest. Idem de infirmitate suorum, putà vxoris vel filiorum. c. communis filius. 23. dist. Iason l. 1. ff. de offi. ei. cui mand. est iurisd.

Ratione loci incerti excipi potest contra citationem, quia delegati vel arbitri citauerunt, qui non habent locum solitum iudicandi. Vnde si in citatorijs non expresserunt determinatum locum, citatio potest contemni. tex. & glo. in c. fin. de rescript. argumen. l. si locus. ff. de iudi. et l. penult. ff. de iustit. & iure. text. & Barto. l. si vt proponis. C. quomodo & quando iud. Item si iudex per obreptionem mutauit locum, cùm aliū statuisset, eius citatio contemni potest. d. l. si. vt proponis.

Citatus etiam excipere potest, quia ad maius-

auditorium vocatus sit, propterea licèt priorem iudicem deseruerit, contumax tamen non videtur. l. contra pupillum. ff. de re iudi. Docto. l. 2. §. 1. ff. si quis cau. Panorm. c. cùm parati, de appella. Et regula est, Quòd vocatus ad maius territoriũ, non teneatur comparere coram minori iudice etiam citante. d. l. contra pupillum. Quod intelligitur, si coram duobus pro duabus causis citetur, & in eodem tempore. Nam si in vna causa ad duos iudices citetur, locus esset præuentioni. Vel si diuersis diebus coram duobus respondere cogetur. Bart. in l. 2. §. fin. ff. de custo. reo. Paul. de Castr. d. l. 2. §. 1. ff. si quis cautio.

Præuentionis exceptio per ipsum reum contumacem opponi non potest, quia sic eluderet vtrunque iudicem. Primum per contumaciam, secundum per exceptionem. Bart. in l. sepulchri violati. ff. de sepulch. violat. Item ipse iudex, coram quo iudicium prius est cœptum, pro defendenda sua iurisdictione, exceptionem præoccupationis rectè opponere potest. l. 1. ff. si quis ius di. non obtemp. Postremò, ille qui coram primo iudice accusauit, potest exceptionem præuentionis opponere coram secundo iudice, si per secundum processus eius impediatur. ff. de adul. l. 2. §. fi. Et hæc exceptio præuẽtionis debet ante lit. contest. opponi. Bal. in Authen. sed nouo iure. C. de ser. fug. Doct. l. 1. C. vbi de cri. agi opor.

Citatio contemni potest, quia vxor prætoris citato non innotuit. Authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. l. diuus Antonius. ff. de in integ. restit.

Si mulier sit grauida, per valetudinem etiam excusatur: & quæ post partum decumbit, etiam excusatur. ff. si quis cau. l. 2. §. si non propter valetudinem.

tudinem. Et excusatur mulier decumbens post partum per 40.dies. glo.& Bart.l.prægnantis. ff. de pœn. et in l. 2.in §.lo. ff.de statu ho. et l.negat. ff.de mort.infer. Mulier tamen grauida, si potest alijs suis negocijs superesse, quia non est proxima partui, non excusatur.l.quæsitum.ff.de re iudic. et l.si longius.ff.de iudi. Prætereà, si quis furere cœperit, per exceptionẽ defenditur, ne comparere cogatur. Nam qui furore impeditus est, valetudine impeditur.ff.si quis caut.l.2.§.si non propter valetudinem.

Si Actor malitiosè procurauit, ne Reus ad iudicium veniret, tunc reus excusatur.ff.de eo per quem fac.er.l.1.§.si reus. et l.fin.§.sed & stipul. et c.ex literis, de in integ.restit.c.pastoralis.§.fin.ff. de offic.deleg.

Citatus si à magistratu detentus fuerit, aut in vinculis positus, vel ab hostibus captus, sine ipsius dolo, citatione non arctatur. l.2.§.fina. ff.si quis caut. et l.sed etsi quis. Tamen carceratus tenetur mittere procuratorem, ad audiendam sententiam. Ioan.Andr.in addit. ad Spec. §.de exceptionibus contra citationem.

Citatio potest contemni impunè, si citatus vxorem duxerit, vel citata nupserit. ff.de in ius voc.l.2. Item si funus familiare prosequatur, vel iusta mortuo faciat. d. l. 2. Vel lugeat, quia antè nonum diem qui lugent, non sunt conueniendi. §.meminimus, in Authen.vt cùm de appell.cog. Authen.sed neque.C.de sepul.viol.

Si quis muneris causa impeditus in iudicio secundùm promissionem nõ stetit, æquissimum est ei tribui exceptionem. l.2. §.2. ff.si quis cautio. Vnde consulem, præfectum, prætorem, proconsulem, & magistratus, qui imperium habent

bent, in ius vocari non licet, neque reali, neque personali citatione. ff. de in ius voc. l. 1. 2. 3. & 4. Et tales procuratorem etiam non tenentur mittere, quia excusantur per priuilegiũ temporale. Doct. in §. si quis in iudicio. l. 2. ff. si quis cauti.

Ratione temporis feriati contra citationem excipitur, quia citatio facta ad diem feriatam, vnde nulla est, si fiat vt respondeatur. l. 1. ff. de feri. & l. fin. C. de feri. Secùs si fiat citatio vt compareat, vel sequenti die respondeat, de dolo & contum. c. cùm dilecti. c. veniens, de accus. Et hoc procedit primùm in ferijs solennibus, in quibus agere non licet. c. fin. de feri. & l. omnes. et l. fin. C. eod. Idem in rusticis ferijs: putà, messium, & vindemiarum. l. 2. C. de ferijs. et l. præsides. ff. eo. Et sunt feriæ rusticæ obseruandæ etiam in locis, vbi non nascitur vinum, vel frumenta, quia & illi alibi conquirere necesse habent. Innoc. in d. c. fin. et Docto. in l. 1. ff. de fer. Idem in ferijs seminationum, quæ etiam debent indici, in quibus agricolæ non debent in ius vocari. glos. 2. in l. 1. C. de agric. & censit. lib. 11. Idem in ferijs repentinis, in quibus princeps ob publicam gratulationem feriari indixit. l. sed etsi per prætorem. §. si feriæ. ff. ex quib. cau. ma. l. à nullo. C. de fer. Idem in ferijs inductis per statuta & consuetudines. Bald. in l. si feriatis. ff. de fer. Docto. in c. fin. supr. eod.

Nec citatio in die festo vel feriato facta, valet. C. de fer. l. fi. ibi. Præconis vox horrida conquiescat. l. à procedente. C. de dilationibus. Nam citatio est de processu. c. quoniam contra, de probat. Et processus die festo habitus, nullus est. c. fin. de fer. l. fin. C. eod. Hæc Specula. de citatione. §. de except. contra citationem. Dicit tamen glo. in ver. festiuis. Clemen. 1. de fo. compe. quòd cita-

tio

tio possit fieri in festo die, vt citatus compareat, ad diem non feriatum.

Sunt tamen certæ causæ, quę etiam feriatis diebus decidi possunt, quarum Catalogus est in l. 1. versus finem, cum duabus ll. sequentibus. ff. de fer. quas. c. fin. extrà, de feri. reducit ad casum necessitatis & pietatis, adeò propter necessitatem vel pietatem possint Rei in ius vocari, in ferijs etiam in honorem Dei. Paul. de Cast. l. 1. §. fin. ff. de fer.

Renunciare ferijs solennibus nō licet, expressè vel tacitè. c. fin. de fer. glo. Barto. & Bald. in l. si feriatis. ff. eod. Neque repentinis etiam. Specul. 1. de fer. §. fin. Docto. in l. 1. ff. de fer. Alexand. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. oper. nunc. Idem in ferijs inductis per statutum in honorem Dei. Bald. l. 1. §. fin. ff. de fer. Sed inductis ob necessitatem hominum, renunciare licet. c. fina. de fer. & l. 1. ff. de fer. Renunciatio autem partium non offeratur in præiudicium aliorum: putà, testium. Bald. in l. fin. de abolit. et in l. actus. C. de fer.

Ratione temporis nimis angusti, excipitur contra citationem, quia facta sit in nimis angusto tempore, hoc est, nimis maturatum sit peremptorium. 5. q. 2. c. si primates, extr. de dilat. c. 1. Debet enim citato statui terminus congruus, & non impossibilis ad comparendum. ff. de eo quo cer. lo. l. 2. §. si quis, &c. et in Clem. 1. de iudi. Qui terminus moderatur iuxta distantiam loci, vbi habitat citatus. l. 1. §. 1. ff. de liber. agnos. l. 3. §. prętor. ff. de damno infect. Et vicena millia passuum in singulos dies dinumerari iubet prætor. ff. si quis cautio. l. 1.

Ratione formæ excipi potest contra citationem: putà, quia non contineat locum, diem, ho-

ram, nomen iudicis citantis & citati. tex. in l. aut aliter. ff. quod vi aut clàm. Item, quia non contineat facti qualitatem & causam, quare fiat citatio. c. fin. 5. quæst. 2. glo. 2. c. 2. de dilat. Cyn. in Authent. frater. C. de lit. contest. Præsertim si delegatus iudex sit. c. prætereà, de dilationibus. Nam delegato non creditur, nisi probet suam commissionem. c. cùm in iure, de offic. delegat. Et iudex iniquè ageret, si citationem emitteret, in qua non exprimeret causam. c. 2. de dilationib. Non tamen adeò est de essentia citationis expressio causæ, vt ea omissa citatio vitietur. Bald. in additionib. Specul. tit. de citatione, in fine. Vtile tamen est exprimere causam, ne aliam dilationem reo concedi necesse sit. glos. d. c. 2. de dilationibus. et in l. si quando. C. de dilat. Expressio enim causæ & actionis in citatione facit, vt etiam procuratori non sit necesse dilationem deliberatoriam dari. Innocent. & Panormita. c. dilectus, de procurator. Bartol. l. non solùm, de procuratoribus. Quòd si procurator non velit respondere, dominus tanquam contumax posset accusari. dd. iuribus. Nisi nouum quid incidisset, super quo procurator non potuisset cum domino deliberare.

Si vnus ex pluribus delegatis sine alio citabit, citatio non valet. C. quando prouoc. non est necess. l. cùm magistratus. et in Authent. vt iud. non expen. fac. iuss. §. si autem duo. Quia plures delegati simpliciter habent iurisdictionem copulatiuè. c. prudentiæ, de offic. deleg. Sed apud plures iudices ordinarios iurisdictio est insolidū. l. 1. ff. de offic. consul. glo. Bartol. in l. Pomponius. ff. de re iudic. Et ex hoc oritur differentia inter ordinarios & delegatos. Nam vnus solus ex pluri-

bus

bus ordinarijs, potest per se citare, cognoscere, & iudicare, nisi omnes simul cœpissent de causa cognoscere, glos. in l. si duo ex tribus. ff. de re iudic. Vnus autem ex pluribus delegatis per se neque contendere, neque iudicare potest. Quod intelligitur, si simpliciter sint dati. Secùs si cum clausula: Quòd si non omnes, vel alternatiua. c. si plures, de offi. deleg. lib. 6.

Contra citationem delegati iudicis excipi potest, si personaliter alterutram partem in iudicio coram se comparere iussit, nisi receperit ad hoc speciale mandatũ, vel causa sit criminalis, vel pro veritate dicenda, vel iuramento calumniæ faciendo, vel aliàs necessitas personalem præsentiam exigat. c. 1. de iudic. lib. 6. Mulierem verò religiosam etiã volentem iudex personaliter citare non debet. c. 2. de iudi. lib. 6.

Citatio ad instantiam partis fieri debet. l. ad peremptorium. ff. de iudi. et l. procurandum. C. de iudi. Quia citare est facti, & promissio citationis est iuris. Iudex autem non potest supplere de facto personaliter. C. vt quæ des. aduo. in Rubro & Nigro. Et non valet citatio, si ad instantiam partis non sit facta, quia de forma citationis est, vt ad instantiam partis emissa sit. l. 4. § hoc autẽ. ff. de damno infecto. Quod variat in tribus casibus, notatis per Felin. in c. 1. supr. de iudi. scilicet, vbi pars comparuit, & non opposuit. Bald. d. l. 1. C. vt quæ des. aduo. 2. Si iudex viderit instantiã perire, potest motu proprio citare. Bart. l. Seius. ff. ad leg. Falcid. 3. Vbi causa concernit bonum publicum. Abb. c. proposuisti, de fo. compet.

Vbicunque euidenti ratione citatus se tueri potest, ita quòd nullitas citationis est notoria, tũc citatus nõ tenetur se excusare. l. nõ videtur. ff.

de iud.l.fin.ff.de iurisd.omn.iud.l.contumacia, ff.de re iud.

In summa, vbi quis citari non potest, vel ratione personę, vel temporis, vel causæ, atque illud est notorium, non tenetur citatus venire. ff. de fer.l.1.3.quæst.2.c.si episcopus. In dubio autem citatus debet venire, & allegare suum priuilegiū, vel appellare.ff.de iudic.l.si quis ex aliena.c.prudentiam, de offic.delegat. Felin.c.cùm ordinem, de rescript.

VT LITE PENDENTE nihil innouetur.c.1.

NOtandum ex c.1.de eo qui mittitur in poss. &c. Quòd si agatur de beneficio Ecclesiastico quocunque obtinendo, vel obtento recuperando, tunc propter contumaciā Rei conuenti non fit missio in possessionem ipsius beneficij causa rei seruandę, neque in possessionem fructuum beneficij, quia sunt accessorij. c. dilecto, de præbend.c.si quis obiecerit.1.quæst.3.nam in fructibus pendentibus, magis attenditur ius corporis, ex quo percipiuntur, quàm ius seminis, ex quo oriuntur.l.quid si.§.1.ff.de vsur. Nec fit fructuum sequestratio propter solam contumaciam Rei. Archidiac. Domin.& Philip.Franc. hic. Ratio horum est, ne ad beneficium Ecclesiasticum detur vitiosus ingressus, per hoc quòd actor mitteretur in possessionem rei seruandæ causa. Regulariter vbi nō potest prouideri actori per missionem ex primo decreto, contra reum contumacem, potest perueniri ad definitiuā sententiam, lite non contestata. Paul.de Castr.in l. properantis, C.de inoffic.testa. Vt in querela inoffi-

officiosi. Similiter si peto terminum poni inter agrum meum & tuum. Si cõtumaciter habes, potest iudex definire, etiam lite non contestata. l. si quis finium reg. Vbi Paul. de Castr. & est similiter casus hic.

Ex verbo Ecclesiastico, notatur, quòd text. hic non procedit, si Ecclesia dedisset quid alicui benemerito, ad sustentandam vitam. Nec si precariò concessisset, nec si in feudum. c possessiones. 16. quæst. 1. c. 1. de precar. et de feud. Nec etiam text. hic locum habet, si agatur per episcopum de iure episcopali, vel de administratione sacramentorum. glos. vlt. vbi Ioan. Andr. in c. contingit, de dolo & contum. Nec etiam locum habet, si agatur de proprietate Ecclesiarum. d. c. ex literis. Neq; procedit, si agatur pro obedientia præstanda prælato, quem constat esse prelatum. c. inter quart. de maior, & obed. Postremò non habet locum hoc c. si agatur, de iure patronatus, quanquam sit causa spiritualis, tamen in spiritualibus fit missio: modò non sint beneficiales causæ, quæ hic solùm excipiuntur. Docto. hic, in ver. vitiosus.

Siue petat aliquis beneficium, qui est confirmatus, siue quia fuit in possessione, et eá amisit, quam nunc repetit: siue petat, vt confirmatio suum effectum consequatur, siue agat interdicto, Vnde vi, siue quolibet alio iudicio possessorio, vel etiam petitorio, non fit missio in possessionem, sed proceditur lite non contestata. Quia in beneficialibus qui agit possessorio, debet probare Canonicam institutionem, & proprietatem rei, aliàs non debet restitui. c. ex frequentibus, suprà, de Instit. & Docto. hic. Prætereà non est quærendum auxilium extraordinarium, quãdo

superest ordinarium. Cùm itaque agenti possessorio recuperandæ pro beneficio, ordinario remedio succurratur, nempe quòd procedi potest ad definitiuam sententiam, etiam lite non contestata, contra absentem. c. quoniam. §. porrò, vt lite non contest. Et iudex debet supplere de facto probationes absentis. Authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. glos. in l. ampliorem. C. de appel. Cùm in beneficialibus propter periculum animæ iudex ex officio semper supplere habeat. c. cùm nobis, de electione.

Confirmatio electionis petitur officio iudicis. Archidiac. Ioan. Andr. & Dominic. hic. Roffred. in c. ex parte, de arbit. text. in c. nihil, de electio. Sed Innocent. in c. super his, de accus. dicit, quòd ille, qui petit confirmationem, agat. Quod intelligitur si habeat certum aduersarium, & implorat officium iudicis, tunc officium iudicis est vice Actionis. c. 2. suprà, de offic. iudic. Et regulariter, quòd si facta sit electio in concordia, tunc eius confirmatio petitur officio iudicis, per c. postquam, de electio. & per c. relatio. 21. quæst. 1. c. de Petro. 47. distinct. Si autem electio sit facta in discordia, tunc per actionẽ petitur illius confirmatio, & formetur libellus, cuius formam habet Specula. de electio. §. 1. versic. celebrata. Et lis non contestatur in causa confirmationis. Clem. sæpè, de re iudic. et Clem. dispendiosam, de iud. Item datur terminus ad probandum. Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqu. & citatio fit per edictum affixum in Ecclesia cathedrali, in qua facta est electio. c. fin. de electio. suprà ill. lib. Et reliquum processum in electionibus, prouisionibus, postulationibus, vide in d. Clem. dispendiosam. et in d. Clemen. sæpè.

Licet per mortem vel renunciationem finiatur instantia quoàd ipsum mortuũ, tamen quoàd superstitem, ius non extinguitur. l. si pater. C. si hi, &c.

In beneficialibus cadit possessio vera tituli & proprietatis, sicut in prophanis rebus, ideò pro illis competunt iudicia possessoria. Clemen. 1. de causa poss. & prop. c. ex literis, de restit. spolia. Et ea quę quis detinet, pręsumitur possidere, si concurrat iuris adminiculum: Nisi contrariũ probetur. Innocent. c. cùm olim. 2. lo. de priuileg. 18. quæst. 1 c. 1.

Fallit hoc c. si petitor decedat, quia eius loco poterit surrogari alius. Nam nihil interest possessoris, qui suæ possessioni incumbit, Doct. hic.

Qui admitti petit ad prosequendam litẽ per alium inchoatam, debet primùm probare sua interesse. c. veniens. 2. loc. de testib. Deinde solùm admittitur ad prosequendos actus restantes, nõ autem ad nouos inchoandos. l. sed hæ. §. fœnore. ff. de procurat. Si autem velit suo nomine agere, tunc cogeretur de nouo incipere. c. Romana. vbi Innocent. de appellat.

DE EXCEPTIONE LItis pendentiæ notandum.

QVòd lis dicitur pendere multis modis, vt cognoscitur ex Clement. fin. vt lit. pend. & ibi glos. Effectum autem litis pendentiæ habẽt Doctores eod. loco. et in c. cùm M. de constitut. et in c. ecclesia sanctæ Mariæ. vt lit. penden.

Competit aũt illa Exceptio contra supplican-

tem principi, qui non fecit expressam mentionem de litis pendentia. Paul. de Castr. & Iason l. 2. C. vt lit. pend. Item competit contra eum, qui cumulat diuersas actiones, quarū altera alterius electione tollitur, Angel. §. minus. Instit. de actio. Item contra innouantem appellatione interposita. vt ff. nil nouandum app. pen. et C. de appell. l. appellatione interp. Siue iudex, à quo innouet, siue appellans, siue appellatus quid attentet contra appellationem. Item competit etiam contra innouantem aliquid pendente simplici querela. glo. l. 1. C. de sent. præfecti præt.

Deinde notandum, quòd Exceptio litis pendentiæ coram iudice laico, non potest opponi coram iudice ecclesiastico, ad quem lis trahitur, vel ratione iuramenti obseruandi, vel vigore vsurarum. Bald. l. 1. C. de reb. credi. Quia propter incidentiam quæstionis spiritualis venitur ad iudicem Ecclesiasticum. c. tuam, de ordi. cognit. Docto. in c. cùm. c. laicus, de for. compet. lib. 6. Felin. in d. c. cùm M. Ferrariensis. Nec lis inter duos super possessorio obstat tertio volenti agere petitorio, Domini de Rota, in decisione 152. Nec vitium litigiosi inducitur coram arbitro. l. fi. cum Authen. C. de litigios. Iason in l. filiusfamiliâs. §. diui. ff. de legat. 1. Postremò Exceptio litis pendentiæ cùm sit declinatoria fori, non debet ante litem contestatam opponi. Bald. in Authent. sed nouo iure. vers. sed pone in ciuitate. C. de ser. fugit. Et post lit. contest. super secundo libello opponi non potest, quia reus contestatur litem, similiter iudex & actor procedere coguntur. Authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Bald. in l. peremptorias. in fin. C. sent. rescin. non poss.

SEQVITVR EXCEPTIO Rei iudicatæ.

AD Exceptionem rei iudicatæ tria vel quatuor oportet copulatiuè concurrere. Primum, quòd ſit idem corpus, ſeu eadem quantitas petita. In ſecundo iudicio, ſecundum quòd ſit idem ius, ſiue eadem cauſa immediata, & originalis petendi. Tertium, quòd ſit eadem conditio perſonarum, verè vel repræſentatiuè. Quartum, quòd ille qui abſoluitur, poſſideat rem tempore ſentẽtiæ, adeò quòd eadem ſit cauſa iam latæ ſententiæ & ferendæ. c. Odoardus, de ſolutionibus. l. ſin autem. §. 1. ff. de rei vendic. Quintum, quòd idem prorſus ſit finis agendi, nõ obſtante, quòd varietur modus agẽdi. l. duobus. ff. de except. rei iudi. Bart. l. 1. C. de ord. iud. Abb. & Feli. c. pen. de except.

Exceptio rei iudicatæ datur victori, ſiue vincat reali, ſeu perſonali actione. §. item ſi in iudicio. Vbi Angel. num. 23. Inſtit. de except. facit rubrum tit. de except. rei iudic. in ff. Prætereà hæc Exceptio competit ſucceſſori vniuerſali, actiuè & paſſiuè. Prodeſt etiam, & nocet ſucceſſori ſingulari, actiuè & paſſiuè. l. ſi à te. §. fi. Vbi glo. Bartol. & Angel. ff. de except. rei iudic. Prætereà victoria prodeſt etiam ei, qui cenſetur interpretatiuè eadem perſona cum vincente, vt patri ex victoria filij. l. ſi mater. §. ſi quis hominem. ff. de except. rei iudi. Item prodeſt defenſo ex abſolutoria lata pro defenſore. l. ſi ſine. §. cùm autem. ff. rem ratam haberi. Poſtremò ſententia abſolutoria in principali, parit Exceptionem rei iudi. in acceſſorio, ſi eſt acceſſorium. Nedum quoàd productionem, ſed etiam ad conſeruationem.

l.item parte fundi perita. ff. eod. Contrà etiam condemnatoria in principali nocet in accessorijs reo principali.glos.l.ex diuerso.§.1.ff.de rei vendic.l.qui Romæ.§.fin.ff.de verb.obligat.Inno.c. cùm ecclesia, de causa poss. & propriet. Vicissim etiam sententia lata in accessorio, præiudicat in principali. glos. l. fundum. et in l.sed si ante. ff. de except. tit.generali. Latiùs de his vide Angel. Aret.in §. item si in iudicio. Instit.de except.nume 23.

Hæc exceptio non competit reo, qui absolutus est ex causa, quia nō possidebat tempore sententiæ, attamen non possidet. Panorm.in c.pen. de except.l.si à te. et l.si rem meam.ff.eod. Et superuenit noua causa. Item non competit authori, re ad ipsum reuersa. Et hoc verum re reuersa à successore singulari. l.si à te. §.Iulianus. ff.eod. Item non competit cæteris hæredibus, eo quòd actum sit cum vno hærede, suo nomine. l.si cum vno hærede.ff.eo. Regulariter hæc exceptio non prodest ei, contra quem iudicatum est.ff.eod.l.euidenter.

Hæc exceptio competit contra reuocantem eandem quæstionem in iudicium. l. duobus. ff. eod. Inter easdem personas. d.tit. l.3. Etiam alio genere iudicij. l.si quis cum totum. in fin. ff.eod. Modò alia actio ad eundem finem tendat. l. si is qui hæres.ff.eod.

Etiam contra authorem & singularem successorem competit, sed non è contrà.ff.eod. l.si à te. §.Iulianus. et l.si mater. §.fina. et l. cùm de hoc. Item contra succedentem in dominium. d. tit. l. exceptio. Non autē competit contra authorem, qui antè causam habuit.l.iudicate.§.fi.ff.eod.

Competit etiā contra pupillum & adultū, & domi-

dominũ, si victus sit tutor, curator vel procurator, vel cõiuncta persona, rati habita. gl. l. rei iudicatę. ff. eo. et l. si mater. §. hoc iure vtimur. ff. eo.

Datur hæc exceptio contra eum qui vendicauit, primò singulas res hæreditarias, & succubuit, posteà vniuersaliter petijt hæreditatem ex eadem causa. l. 3. ff. eod. Vel si posteà petat partẽ eius, quod antea totum petijt. l. si quis cùm totum. l. si cùm testamento. §. si petiero. l. si ego tecum. ff. eod. Item qui primò petijt fundum, vel ancillam, & succubuit, non potest posteà petere fructus vel partem. d. l. si quis cùm totum. §. si ancillam prægnantem.

Qui generaliter petijt actione reali vel mixta, & ex speciali prosequutus est, obstat tunc Exceptio in omnibus causis extantibus. l. si mater. §. 1. §. denique. §. eandem causam. Sed qui ex vna causa debitum personali actione petierit, non prohibetur petere ex alia causa. l. & an eadem. §. actiones. Verùm generalis petitio, quoàd res, restringitur ad illas res, de quibus facta est prosequutio, tam in actione reali, quàm personali. l. si ex testamento. ff. eod.

Exceptio rei iudicatæ ei demùm obstat, vel successoribus eius, inter quos cognitum & pronunciatum est super ea re. C. de except. l. 2. et, ff. de except. rei iudic. l. cùm quæritur, cum l. seq. quia sæpè constitutum est. Res inter alios iudicata, alijs non præiudicat. ff. de re iudic. sæpe. Neq; emolumentum adferre debet ijs, qui in iudicio non interfuerunt. Vel qui neq; mandant, neq; ratum habuerunt. C. quibus res iudi. non nocet. l. 1. 2. & 3. Et procedit eà regula etiam in criminalibus. C. res inter alios acta, præiud. per tot. Sed limitatur multis modis per Canonist. in c. pen. de re iudic.

Cæterùm contra agentem ſuper proprietate, non obſtat exceptio rei iudicatæ ſuper poſſeſſorio. c. cùm olim. et c. querelam, de cauſa poſſeſſionis & propriet. l. & an eadem. §. fin. ff. de excep. rei iudic. Niſi ſit tale poſſeſſorium, quod habeat annexam cauſam dominij. l. 2. §. quædam. ff. interd. Item contra volentem agere ſuper poſſeſſorio, non debet opponi exceptio rei iudicatę ſuper petitorio, c. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ. & propriet, l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſſ. Item agenti die vel conditione exiſtente, non obſtat exceptio rei iudicatę ante diem vel conditionem, l. gręcè. §. fin. ff. de pignor. Item ei qui antè egit ineptè, non obſtat exceptio rei iudicatæ, ſi amodò aptè agat, de iudic, c. examinata. Nec ei qui deducit principale, quod antè deduxit incidenter, obſtat exceptio rei iudicatæ. l. ſecundùm. ff. de oper. no. nunc. Ei qui infert hæreditariam litem, non poteſt præſcribi ex ea ſententia, quam proprio nomine diſceptans, antequàm extiterat hęres, excepit l. Modeſtinus. ff. de except.

Item ſi res iudicata ſit ex falſis inſtrumentis, quæ poſteà falſa inueniuntur. l. qui agnitis. ff. de except. Item vſuris petitis, poteſt & ſors peti. ff. de except. rei iudic. l. ſi in iudicio. Item qui antè in rem egit, & ſuccubuit, poteſt poſteà condicere. d. tit. l. fin.

SEQVITVR EXCEPTIO arbitrij roborati, confeſſati, ſiue compromiſsi.

Exce-

EXceptio arbitrij emologati naſcitur ex compromiſſo. Nam licèt olim ex ſententia arbitri, nec exceptio oriebatur. ff. de arbi. l. 2. Innoc. c. per tuas, de arbitr. et c. quintò vallis, de iureiur. Tamen hodiè ex laudo arbitratoris, cùm habeat vim tranſactionis. gl. §. 1. in Authen. Vt differentes iudices prouenit exceptio. Bald. in l. ſi cauſam iudicati. C. de executione rei iudic. facit l. penult. C. de arbitr. Quòd ſcilicet ex compromiſſo emologató, hoc eſt, roborato lapſo decem dierum, vel per ſubſcriptionem paratur actio & exceptio, & interrumpitur præſcriptio, & geſta coram arbitro probant inter eoſdem in iudicio ordinario.

TRANSACTIONIS EXceptio.

EX nuda tranſactione non agitur, ſed excipitur. vt not. per glo. & Docto. in l. ſiue apud acta. et in l. cùm proponas. et in l. ſi ſuper. et l. ſi pro fundo. et l. cùm mota. et l. ſiquidem. C. de tranſactio. Veſtitur autem tranſactio traditione, ſtipulatione, iuramento, & acceptilatione. C. eod. l. ſi quis maior.

Tranſigere poſſunt qui poſſunt paciſci. Secundò ſuper rebus omnibus, valet trànſactio. Caſus ſunt excepti quidã, vt in cauſis ſpiritualibus. c. conſtitutus, de tranſact. Item in criminibus, in quibus non interponitur pœna ſanguinis. Item ſuper alimentis futuris tranſactio nõ valet, propter fauorem alimentorum. Item non valet ſuper teſtamento non viſo nec cognitò. l. de his. ff. eodem. Hoc eſt, fauore teſtamentorum, & in odium hæredum fraudulentorum, qui occultãt

teſta-

testamentum. Item super subiectiones iure non transigitur, sicut nec præscribitur. c. præterea, de transact. in antiq. Item renunciatio generalis nō præiudicat specialibus iuris.

Exceptio factæ transactionis opponi potest per reum, quando actor contrauenit transactioni. l. cùm proponas. et l. vbi pactum. C. eo. & reus etiam post terminum, offerendo promissa, implet transactionem, & sibi parat efficacem exceptionem, contra actorem volentem agere pristina actione. C. eod. l. si maior, 2. so. Et datur possidenti ex pacto nudo transactionis. C. de pact. l. cùm proponas, et l. siue apud acta. Et datur fideiussori ex transactione cum reo principali, quasi anni causa, & aduersus reũ, & aduersus fideiussorem dissoluta. l. & post rem iudicatam. §. 1. ff. eo. Non autem datur cęteris administratoribus, si cum quibusdam transactum sit. C. eod. l. 1. Si diuisa sit administratio, per iudicem vel testatorē. C. de diuiden. tut. l. 1. Quòd si non fuit diuisa administratio, quilibet administratorum tenetur in solidum. Docto. in d. l. 1.

Contra inferentem Quæstionem, datur contra fidem placitorum. Nullus etenim erit litium finis, si à transactionibus bona fide interpositis cœperit facilè discedi. l. fratris tui fil. C. eod. et l. causas vel lites. C. eod. Imò datur contra eum, qui legitimæ ætatis & sanæ mentis transegit super negocio. l. cùm transegisset. et l. si maior. C. eod. et l. si super possessione. Item datur contra hæredes. C. eo. l. cum mo. Sed transactio facta per acceptilationem, præcedente Aquiliana stipulatione, ipso iure tollit omnem actionem, vniuersalem & singularem. l. actione. et l. vt responsum. C. eod.

Vt exceptio transactionis suum effectum consequatur, oportet vt transactum sit inter easdem personas. Nam facta inter alios acta, alijs nõ obsunt, de transact c. veniens. Et priuatorum pactionibus non læditur ius cæterorum. ff. de pact. l. 3. Vnde transigentem parentem de re filiorum, iura repellũt, si eos in potestate habeat. ff. de transact. l. de re filiorum. Sicut transactio matris de statu liberorum, nihil præiudicat. l. transactione. C. eod. Secundò, oportet esse transactum super eadem re, vnde transactio facta super testamento, non refertur ad Codicillos posteà repertos. l. non est ferendus. ff. eod. Tertiò, vt transactionis exceptio valeat, necesse est super eadem causa antea esse transactum. Vnde transactio quantumcunque generalis, non obstat agenti ex alia re vel causa, quàm illa super qua transactum est: l. qui cum tutoribus. ff. eod. Nec præiudicat quoàd ea, quorum actiones posteà compertum est competere, quia de eis non præsumitur cogitatum. Iason in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat.

QVANDO OBIICIATVR transactio, Exceptio.

TRansactio dicitur decisio causæ, æquiparatur enim rei iudicatæ. l. non minorem. ff. de transact. & iuramento. ff. de iureiur. l. 2. Vnde ante litem contestatam opponi debet, cùm sit litis finitæ. c. fin. de except. lib. 6. Abb. c. 1. de transact. Doct. in l. fratres tui. C. eod.

Replicari contra transactionem de dolo malo licebit. l. siue apud acta. et l. sub prætextu. et l. si maior. C. de transactio. l. qui fidem. ff. eodem.

Sed

Sed qui proprium dolum ad rescindendá transactionem allegat, non debet audiri. l. transactionem. C. eod.

Metus causa transactiones interpositas ratas non habet prætor. Quod intellige de tali metu, qui salutis periculum, & corporis cruciatum continet. Item qui amissionem omnium bonorum, vel maioris partis vel famæ continet. text. & Docto. in l. interpositas transactiones. C. eod. et in l. si donationes. C. de ijs, quę vi metúsue causa fiunt. Item intelligitur de metu & coactione iudicis seu principis. Nam transactio facta iussu & coactione iudicis, nullius momenti est, quia iudex neminem ad transactionem vel compromissum cogere potest. Barto. in l. furti. §. iussu. ff. de infamibus. Angel. in §. quia verò. in Authent. vt litigant, &c. Quanquàm in aliquibus casibus princeps seu iudex possit cogere partes ad transactionem, quos recitat Felin. in Rubric. extrà, de treuga & pace.

Item retractatur transactio, quamuis iurata quatenus causa falsi instrumenti celebrata est. l. si ex falsis instrumentis. C. eod. Quod intelligitur, si instrumenta non omninò aliena erant à causa victoriæ, sed qualitercunque adminiculabãtur. Sicut sententia per falsas probationes lata, rescinditur & retractatur. glo. & Docto. in d. l. si ex falsis instrumentis.

Deceptio vltra dimidium iusti precij in transactione non causat rescissionem ex l. 2. C. de resci. vend. Angel. & Iason l. in summa. ff. de condict. indebiti. glo. l. Lucius. §. fin. ff. ad Trebell. Innoc. c. cùm causa, de empt. & vendit. Báld. l. ordo. C. de executione rei iudicatæ. Et illa est communis opinio. Quanquàm Bartolus contrarium teneat,

neat, in l.si quis cùm aliter.ff.de verbor.obligat. Vbi Iason copiosiùs concludit, transactionem ex immodica læsione non rescindi, per l.Diuo Pio.§.si pignora.ff.de re iudic. Nisi probato dolo, qui dederit causam transactioni.l.si diuers.C. de dol.mal.

Transactio bona fide facta, non potest prętextu erroris reuocari, quia multum lucratur, qui à lite discedit. text.in l.1.C.de plus petit. et in l.1. de erro.calc. Sicut etiam non retractatur, si post eam appareant instrumenta vel testes, siue præscriptio, vel quid aliud, de iure communi vel speciali competens.l.sub prętextu.C.de transact. quia multum lucratur à lite discedens. text.in l. Lucius.in fin.ff.ad Trebell.

In transactione etiam non est locus pœnitentiæ.l.si pecuniam, in princ.ff.de condict.indeb.l. cùm te. et l.quamuis.C.de transact.

Datum vel promissum ex causa transactionis verè & validè, non calumniosè, repeti vel retractari non potest aliquo modo, dato etiam, quòd aliàs esset indebitum, quia factum est debitũ ex transactione.l.nec intentio.C.de transact.l.1.& 2. C.de condict.indeb.l.eleganter. et l.in summa.ff. de condict.indeb.

In transactione non habet locum Exceptio non numeratæ pecuniæ. l. quamuis. C.de transact.l.transactionis.C.de non numer.pecun.quia quod promittitur causa transactionis, non promittitur spe futuræ numerationis, sed promittitur, vt à lite recedatur. Paul.de Castr.d.l.quamuis. Nisi in transactione vsuræ promissæ essent. Innocent.c.1.de deposit. cuius est initium: Grauis. Neque rescinditur transactio valida per rescriptũ principis, nisi in eo dicatur, nõ obstante

ista vel quacunque lege, text. & Docto. in l. causas. C. de transact.

Nec rescinditur transactio, quòd res apud transigentem dimissa, euicta sit. l. si pro fundo. C. de transact.

Exceptio transactionis competit etiam contra transigentem de crimine capitali, & de crimine falsi. l. transigere. C. de transact. Quia nedum in ciuilibus ex transactione oritur duplex exceptio, scilicet declinatoria & peremptoria. Ita etiam in criminalibus, adeò quòd transactio, pactum seu concordia, in criminali permissa, impedit processum iudicij. Bart. Bald. in d. l. transigere. Crimina autem, super quibus transigi potest, habentur in glo. ver. gratiam. in c. 1. de collusio. deteg. et in glo. c. preuaricator. 2. q. 3. In priuatis enim criminibus, & non in publicis transigi potest. Archid. c. studendum. 90. dist. Item in criminibus, vbi quis remaneret in peccato mortali, non licet transigere. Panor. c. fin. de transact.

EXCEPTIO LITIS RENUNCIATÆ.

DE ea l. postquàm liti, C. de pactis, quæ est fundamentum huius excep. Iason in l. naturaliter. §. nihil commune. Vbi de effectu huius. l. sicut maior. C. de repud. hæred. vbi Bald. in iure Canonico, tot. tit. de renunciatione, vel decessione, vel resignatione. Anton. de Butr. c. ex tenore, de rescrip. Vbi etiam Felin. Panor. c. pridem, de pactis. c. olim, de rescript.

Iam dicemus de vocabulis huius exceptionis: Renunciatio habet quædam synonyma, vt est repudiatio, & remissio: sed differunt tamē. Repudia-

Repudiatio enim habet locum in iuribus nondum perfectè acquisitis, tit. de repud. & abstinenda hæreditate. Renunciatio etiam cadit in iura perfectè acquisita, vt iuri seruitutis, pignoris, potest quis renunciare. C. de remiss. pign. per tot. & de renunciatione in iure Canonico. Consistit autem ea in sola volūtate renunciantis, quæ voluntas sufficit: hoc est verum in iuribus: secùs in dominio. Paul. si quis. ff. condictionibus institutionum. Item differunt pactũ à renunciatione, quòd pactum habeat consensum vtriusque: renunciatio tantùm renunciantis.

Qui liti renunciat, intelligitur renũciare omni iuri in illa causa sibi competenti. Quia largiùs sumendo nomen litis, comprehendit in se ius, quod quis habet in causa, super qua lis est mota, & etiam instantiam, per l. litis. ff. de verbor. signific. et per Panorm. c. cùm pridem, de pact. Doctores, præsertim Iason. l. postquam liti. C. de pact. Quia semel renuncians non potest denuò redire ad causam, quia qui iuri suo semel renunciauit, id repetere non potest. glo. c. quàm periculosum. et in c. eos. 7. q. 1. per c. si illic. 23. q. 4. et per l. quæritur. §. si venditor. ff. de edil. edic. et l. si quis. C. de reb. credit. Fallit tamen in aliquot casibus, vbi quis renuncians liti non videtur renunciasse iuri principaliter intentato. Quos licet videre apud Iasonem & Alciatum, in d. l. postquàm liti.

Renunciationis litis Exceptio competit reo, cui facta est renunciatio iudicij realis vel personalis, sed ex renunciatione iudicij petitorij consequitur reus Exceptionem pacti, vel doli mali subsidiariam. Pacti, si fuit præsens renunciationi, quia tunc interuenit consensus duorum, saltẽ

tacitus, qui requiritur in pacto. l. 1. ff. de pact. Sed si fuit absens, competit exceptio doli. Nam renunciatio iuris realis potest fieri etiam absente parte, secundum Bart. l. non solùm. §. si liberationis verba. ff. de libera. legata. Quia potest quis fundum suum habere pro derelicto. ff. pro derelicto, per tot. Exceptio autem pacti tollit ipso iure naturalem obligationem, & elidit ciuilem. text. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. Vbi Paul. de Castr. ff. de pact. Dd. in l. iurisgentium. §. fina. ff. eod. Bald. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Exceptio verò doli mali. ff. subsidiaria, nõ tollit ipso iure naturalem obligationem. Iason d. §. pactus ne peteret, nume. 14. Præthereà Exceptio litis renunciatę competit etiam reo, cui facta est renunciatio litis in personali actione. d. l. postquàm liti. C. de pactis.

Insuper Exceptio renunciationis competit domino, ex renunciatione facta procuratori, speciali vel generali, cum libera vel in rem suam. ff. de pact. l. rescriptum. in fin. cum l. seq. Competit etiam consocio. d. tit. l. item magistri. Item renunciatio tutori facta, prodest etiam pupillo. d. tit. l. tutoris.

Exceptio renunciationis litis, competit contra actorem vel accusatorem renunciantem liti motæ in reali vel personali iudicio. text. glos. & Docto. in l. postquàm liti. C. de pactis. Quod intelligitur de spontanea renunciatione. text. dd. c. super hoc. extrà, de renunciatione. Nisi sit renunciatio iuramento vel fide interposita, confirmata. c. ad aures, de his quæ vi, & cæt.

Competit etiam renunciatio litis contra minorem vel prælatum Ecclesiæ, renunciantem liti in

ti in iudicio.glos.fin.Vbi Bald.Iason,& Alciat.in l.postquàm liti.C.de pact.

Non datur contra eum, qui nouam instantiã velit incipere, & ex noua causa experiri actione personali: cùm actiones personales,nõ vna causa tantùm,sed pluribus competere possint.gl.l.1. ff.de eden.Et qui ex vna causa renunciauit,ex altera saluum ius habet. Alciat.d.l. postquàm liti. Item renunciatio facta cum vno,non prȩiudicat alteri,etiam in iudicio: quod intelligitur de renunciatione iuris,aut priuilegij quæsiti.vt notat Bern. de renunc.c.cùm inter T.in fin.mag.glo. & patet in l.iubemus.C.ad Velleia.quia res inter alios acta,&c.Bal.in Rub.C.res inter ali.acta,&c.

Postremò,Exceptio litis renunciatȩ,datur ad impediẽdum litis ingressum, quia reus adeò tutus est ope renunciationis, vt non cogatur libello super actione denuò inchoata respondere, etiamsi ille reus promisisset aliquid dare, quod nõ præstet.Nihilominus renuncianti non licet pœnitere.Paul.de Cast.& Iason, in l.postquàm liti. et l.patris. C.de transact.

EXCEPTIO PACTI DE iudice non adeundo.

EXceptio de iudice non adeundo, competit ei,qui dedit pecuniam, ne ad iudicem vocetur, ex quo pacto danti parara est Exceptio. tex.glo.& Docto.in l.dedit pecuniam.ff.de condit.causa data,causa non seq. Qua exceptione reus tutus erit, si ex pristina obligatione conueniatur.l.1.§.si reus.ff.de eo per quem fa.err. Et datur contra accipiẽtem pecuniam, ob eam causam,ne ad iudicem vocaret,d.l.dedit pecuniam,

qui

qui transegisse dicitur. Nam transactio est quidẽ recessus à lite præsenti vel futura. l. 2. de transac. cum glo. l. 1. ff. eod. Ad repellendum de iure eum, qui pecuniam accepit, ne cõueniret. d. l. dedit pecuniam. et l. 1. §. si debitori. ff. vt lega. no. caue.

EXCEPTIO PACTI DE non agendo.

POtest opponi, ne lis cõtestetur: vnde si reus patiatur litem contestari, tale pactum dicitur consumptum. Nisi esset præstitum pactum, ex quo ageretur ad interesse. Et tale pactũ de non agendo, refertur ad exercitium litis, & committitur per litis contestationem. Nec tollit obligationem naturalem, nec elidit ciuilẽ actionem, quia non opponitur respectu obligationis, sed respectu iudicij. Bald. in l. pacta, quæ contra. C. de pact. Et omninò ante lit. contest. debet opponi, quia omnis Exceptio, per quam concluditur, ipso iure actionem non competere, impedit litem contestari. Nisi sit obscurior, vel habeat altiorem quæstionem: nam tunc differenda est in contestatum iudicium. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. Bart. in l. nam & postea. ff. de iureiur.

Exceptio pacti de non agendo, competit paciscenti, ne iudicati, vel inscensarum ædium agatur, vel ne operis noui nunciatio in re familiari fiat. Et generaliter, ne agatur ex causa priuatam & non publicam contingente lęsionem. ff. de pac. l. iurisgentium. §. si paciscar. Et competit etiam ei, cui pacto remissa est famosa actio ex delicto. l. si tibi decem. ff. de pac. et d. §. si paciscar. Item fideiussori, eò quòd reus pactus sit contra se non agi. l. fin. ff. de pac. Item datur debitori, qui cum

credi-

creditore conuenit, vt eatenus agat, quatenus facultates eius patiuntur. d. tit. l. si quis crediderit. Item competit patri, domino, pactis conuentis per filium, seruum seu procuratoré. l. per quos, vbi glo. ff. de pac. Generaliter competit omnibus quorum obligationem dissolutam esse eius, qui paciscebatur, interfuit. l. & hæredi. §. fi. ff. de pac. Et hæredibus competit. l. tale pactum. §. fin. Modò pactum de non agendo sit reale, non personale. l. si tibi decem. §. si quis paciscatur. Nam pacta personalia non extenduntur ad hæredes. l. epistola. §. fin, et l. qui in futurum. ff. de pact.

Exceptio pacti de non agendo, datur contra resuscitantem actionem, quam pacto de non agendo remisit. Bal. tit. de pace constantiæ. §. item volentibus. Item cōtra filiamfamiliâs, quę pacta est, ne de dote agat, cùm sui iuris esse cœperit. ff. de pact. l. & hæredibus. §. filiafamiliâs. Item contra paciscentem, ne depositi agat. d. tit. l. iurisgentium. §. sed & si quis paciscatur. Item contra hæredes, quia quod ipsis qui contraxerunt, obstat, & successoribus eorum non obstabit. ff. de regul. iur. l. quod ipsis.

Pactum de non agendo, siue accusando in certis casibus lege reprobatur, vnde Exceptio non oritur: putà, contra paciscentem de non accusando ob crimen nondum perpetratum, non datur Exceptio, scilicet si paciscatur quis, ne furti vel iniuriarum agat, vel interdicto vnde vi, quatenus publicam causam continet, nō obligatur, quia pacta quæ turpem causam continent, non sunt obseruanda. l. si vnus. §. pacta quæ turp. cau. ff. de pact. Similiter si paciscatur maritus cū vxore, ne illam super adulterio, aut quolibet crimine accuset, non obligatur. c. quemadmodum.

 §. illud

§.illud autem, extrà, de iureiur. Item si maritus paciscatur cum vxore, ne rerum amotarũ agat, similiter non valet. ff. de pact. dotal. l. conuenire non potest. In summa, pactum de non accusando criminaliter, de delicto committendo, adeò non valet, quòd nec iureiurando, neque stipulatione interposita firmari possit. l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pact. Sed post admissa delicta pacisci possumus, ne agatur. d. §. illud. et notatur c. veniens. 1. loc. de accusat. Specul. de accusa. §. item quod feci pactum.

Ad hæc pactum quandoq; prohibetur à lege, quia fit cõtra bonos mores ciuiles: putà, pactum factum patri per filiũ de non agendo, querela inofficiosi, vel de non petendo supplemento legitimæ, non nocet filio, quo minus post mortem patris agere possit. §. illud etiam. l. si quando. C. de inoffi. testa. Quia sicut quis non potest renunciare hæreditati viuentis. l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. Ita non potest se per pactũ astringere ad non expugnandum testamentum, nisi interuenerit iuramentum. Paul. de Castr. d. §. illud etiam. c. 2. de pact. lib. 6. decret. Sed pactum de nõ agẽdo querela inofficiosi post mortem patris factum, ipso iure tollit querelã, licèt minori competat restitutio in integrum. glo. & text. l. 1. C. de in integ. restit. minorum. Bald. in Rubr. extrà, de pact. num. 15.

Prætereà lex quandoq; prohibet pactum fieri propter inhabilitatem personæ, vnde pupillus sine tutoris authoritate non potest pacisci, ne agat. l. contra iuris ciuilis regulas. ff. de pact. Item tutor, curator, procurator, & quilibet alius administrator, non potest remittere debitũ liquidũ domini sine speciali mãdato; quia remittere, vel

renun-

renunciare, non est administrare, sed dilapidare. l. ab agnato. ff. de curat. furiosi. Ideò administratoribus minimè competit. C. ad Trebell. l. Imperator. Bal. in l. pactum curatoris. C. de pact. Similiter filiusfamiliâs in patris præiudicium iniuriam remittere nequit. l. in personam. ff. de pactis. Postremò, pactis priuatorum fieri non potest, ne possessor conueniatur de canone, vel collecta, aut alio onere fiscali, quia pactis priuatorum forma iuris fiscalis conuelli non potest. l. inter debitores. ff. de pact.

EXCEPTIO IVRISIVRANdi, quæ vocatur etiam Exceptio abiurationis. c. cùm venissent. de Institutionibus Innoc.

Loci huius except. c. cùm venissent, de Institut. et tit. de iureiuran. in decret. & in sexto. tantùm agitur de iureiurando promissorio, ex quo ex iure ciuili nec oritur actio, nec exceptio; secùs de iure canonico. Sed ex iuramento litis decisorio, nascitur actio & exceptio. Vide C. & ff. de iureiur. §. æquè, de actio. Instit. Iuramenti delati parti à parte est magna authoritas, & maior quàm si iudex, vel statutum, vel lex deferat. l. 2. ff. de iureiur. l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. dicitur, quòd post hoc iusiur. nihil amplius sit quærendum, quàm an iuratum sit, quia tollit omne dubium, habet enim speciem transactionis. d. l. 2. Oritur autem ex iuramento duplex exceptio, scilicet declinatoria iudicij, & peremptoria, Plerique Doctores volunt eam es-

ſe etiam litis finitæ: quidam diuerſum contendunt.

Nota primò, quòd ex iuramento oritur duplex exceptio, ſcilicet declinatoria & peremptoria. Innoc. in c. cùm veniſſent, de inſtitut. Bald. l. poſtquam liti. C. de pact. Et exceptio iuſiurandi impedit inchoari iudicium, quia eſt litis finitæ exceptio, iuxta l. 1. ff. de iureiur. et not. c. 1. de lit. conteſta. lib. 6. Prætereà ex verbis Prætoris, quæ ſunt, Actionem non dabo. vt l. ait prætor. 2. loc. ff. eod. Sed generaliter vbicunque lex vel ſtatutum dicit, actionem non dabo, oritur ex tali lege vel ſtatuto exceptio impediens initium iudicij, vt notatur in l. 1. ff. ad Macedon. Attamen huiuſmodi verba non tollunt ipſo iure poteſtatem agendi in ciuilibus, quia nec obligationem, nec actionem ipſo iure tollunt, ſed pariunt exceptionem. l. qui naturalis. ff. ad Macedo. Sed in criminalibus ipſo iure impediũt accuſationem. Bart. l. 1. ff. ad Trebell.

Hæc exceptio datur reo, qui actore deferente iurauit, vel cui iuramentum remiſſum eſt, quacunque actione conuentus ſit, ſiue in perſonam, ſiue in rem, ſiue in factum, ſiue interdicto, ſiue pœnali actione. ff. eod. l. ait prætor. et l. remittit. et l. nam & poſtea. §. 1. Item competit reo, ſi actor iurauit amplius non petere. Angel. Inſtit. de except. §. æquè. Item domino ex iuramento defenſoris vel procuratoris. d. l. nam poſteaquàm. Itẽ cõpetit domino ex iuramento ſerui. d. tit. l. ſi ſeruus. Item patri ex iuramento filij. d. tit. l. quanto magis. Et filio ex iuramento patris. d. tit. l. qui iuraſſe. Vel competit ſucceſſoribus & fideiuſſoribus. l. fina. ff. de iureiuran. et l. duobus. §. 1. eod. tit. Et tranſit in quemlibet ſucceſſorem etiam

ſingu-

ſingularem.l.ait prætor. §.fin. ff.eod. Quia iuramentum ex parte illius cui iuratur, eſt reale, licèt ex parte iurantis ſit perſonale. Innoc. c.veritatis, de iureiur. et Philipp.Franc.c.quamuis, de pact.lib.6. Competit alteri ex duobus Reis promittendi, eiuſdem pecuniæ.l.duobus. ff.de iureiur. Item poſſeſſori ex iuramento authoris ſui paritur exceptio iuriſiurandi.ff.de except.iuriſiur.l.1.§.2.

Præterea iuriſiurādi exceptio, competit contra creditorem, quia detulit debitori iuramentum, ſe nihil dare oportere, quod ille præſtitit, attamen nihilominus creditor ille denuò agit. Inſtit.de except.§.æquè ſi debitor : quia hac pactione naturalis obligatio ſublata eſt, adeò, vt etiam ſi pupillo detuliſſet iuramentum, tutus foret. ff.eod.tit.l.fi.§.1. Et competit contra actorem, qui detulit iuramentum de ſola conſtituta pecunia, ſi rurſus de conſtituta pecunia conueniat.l.ſi actor.ff.eod. Item contra petitorem, qui detulit poſſeſſori, vt iuret rem ſuam eſſe, vel rem petitoris nō eſſe, attamen nihilominus poſt iuſiurandum eandem rem vendicat.d.§.æquè ſi debitor. et l. ſed etſi poſſeſſori.ff.de iureiur. Inſuper contra dominum, eò quòd ſeruus detulerit.d.tit.l.ſeruus. Cæterùm, competit contra alterum ex duobus Reis ſtipulādi. d.tit.l.duobus. Et contra patronum, qui detulit liberto iuramentum, ſe libertum non eſſe.l.eum qui.§.fin.ff. eod. Et competit contra dominū, eò quòd procurator, qui habuit generale mandatum cum libera, vel ſpeciale, vel datus fuit in rem ſuam, detulit.l iuſiurandum quod ex conuentione, §.fin, cum l.ſeq.ff.eod.

Idem ſi defenſor ciuitatis Municipij, ſeu alte-

rius corporis detuliſſet.l.iuſiurandum. & ad pecunias.§.1. Ad hæc contra pupillum vel minorē, propter iuramentum delatum per tutorem vel curatorem datur, quia illi ſemper habent mandatum generale cum libera.glo.fin. l.mandatum generale.ff.de procur. Poſtremò, contra vniuerſalem ſucceſſorem datur, quia fingitur eadem perſona cum defuncto, vt in Authent. de iuramento à moriente præſtito, in princip. Et etiam competit contra ſingularem ſucceſſorem, habentem cauſam ab eo, qui iuramentum detulit: ſecùs ſi habuiſſet ab alio cauſam. Item ſecùs, ſi habuiſſet cauſam ante iuramentum delatum. Nam iuramentum poſteà delatum ſucceſſori, non noceret. Iaſ. in §. ſi prætor. l. nam poſteaquàm. ff. eo.

Contra exceptionem iuriſiurandi replicari poteſt, his atque alijs modis. Putà,

Quia iuſiurandum delatum & præſtitum ſit inter alias perſonas, vnde alijs obeſſe nō debeat, quia iuſiurandum vnius non debet præiudicare alteri, qui in illud non conſenſit. Vt matris iuſiurandum neque proficiet, neque nocebit partui. tex. & Paul. de Caſt. l. ait prætor. 1. loc. §. Marcellus tractat. ff. de iureiur. In ſumma, aduerſus alium, qui iuſiurandum non detulit, neq; in locum deferentis ſucceſſit, non competit exceptio hæc, quia non debet alij nocere, quod inter alios actum eſt. l. nam poſteaquam. in fin. cum l. ſeq. ff. eod. Quæ regula fallit in tribus vel quatuor caſibus, quos vide in alleg. §. Marcellus tractat. in glo. ver. nocet. Deinde replicari poteſt, quòd iuratum ſit ſuper diuerſa re. Nam iuramentum nō porrigitur, niſi ad acceſſoria. l. iuſiurādum à debitore. ff. eod. Et ad fructus & partus. l. ſed etſi poſſeſſori. §. fin. ff. eod.

Inſu-

Insuper contra iurisiurandi exceptionem replicatur, quòd alia sit actio, & ex alia causa, & alio medio, atque ad alium finem nunc agatur, quàm priùs: sed generaliter vbi competit actio ex alia causa, & alijs medijs, seu ad alium finem, non obstat exceptio iurisiurandi. l. duobus. §. exceptio. ff. eod. glo. ver. cessabit. in l. si actor. ff. eod.

Contra exceptionem iuramenti admittitur replicatio doli mali, si ab alio, & non à deferente, dolus sit commissus, ad deferendum vel iurandum. ff. de dolo. mal. l. quòd si deferente. Item replicatio fraudis creditoribus debet dari contra debitores, quibus in fraudem creditorum iuramentum est delatum. l. posteaquàm. §. sed & si quis. ff. de iureiur.

Replicari potest de metu aduersus exceptionem iurisiurandi. l. 2. C. quod met. cau. Barr. Authent. sacramenta pub. C. si aduer. vendit. Licèt de iure Canonico iuramentum vi extortum, ipso iure nullum sit. c. sacris, quod met. cau. et c. Abbas, eod. tit. Tamen à iuramento metu extorto, petenda est absolutio. c. ad audientiam. et c. ad aures, quod met. causa.

IN QVIBVS CASIBVS iuramentum non est obligatorium efficaciter.

PRopter conditionem personæ deferentis iuramentum, replicari potest. Putà, si minor xxv. an. iusiurandum detulerit, & hoc ipso captum se doceat, aduersus exceptionem iurisiurandi debebit id replicari. l. nam posteaquàm. §. si minor. ff. eod. Pupillus tutore authore iusiu-

re iusiurandum deferre debet. Quòd si sine tutore authore detulit, exceptio ei obstabit, sed replicabitur, quia rerum administrandarum ius ei non competit. ff. eod. l. iusiurandum, quod ex §. pupillus. et ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. §. 1. C. eod. l. 4.

Prodigus etiam & furiosus, non possunt iuramentum deferre. l. tutor pupilli. §. 1. ff. eo. quia non possunt alienari. d. §. pupilli. et l. cui bonis. ff. de verb. sig. Nisi deferant cum authoritate curatoris, cùm æquiparentur pupillo. l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. mi.

EXCEPTIO SOLVTIONIS, maximè eius, quæ fit in iudicio.

SOlutionis exceptio litis ingressum impedit, quia solutione eius quod debetur, si fiat ei, cui debetur, siue alij, creditore volente, ipso iure tollitur obligatio, si eadem res quę debetur, soluatur. l. solutam ff. de sol. Bart. in l. si cùm fundum. ff. de re iudi. secùs si fiat alij quàm debetur, & in alia re, quia tunc creditore volente, contingit liberatio ope exceptionis. l. fin. §. fin. ff. de ver. obliga. Sed in primo casu, quo ipso iure tollitur obligatio, exceptio solutionis impedit ingressum litis, quia nemo sine actione experitur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. Et hoc procedit, si opponens offerat, se incontinenti probaturum, tunc statim terminus probandi excipienti statuendus est. Bart. in l. nam posteaquàm. ff. de iureiur. et Paul. de Cast. in l. cùm quærebatur. et in l. vir bonus. ff. iudic. sol.

Com-

Competit hęc exceptio debitori, siue ipse soluerit, siue alius pro eo: liberatur enim debitor, & alio soluente, siue sciente, siue ignorante debitore, vel inuito eo solutio fiat.. Instit. quib. mod. toll. oblig. in princ. ff. de solu. l. solutionem. Item fideiussore soluente nomine suo, liberatur reus per exceptionem. ff. mandati. l. si quis. et l. Papinianus. Si verò soluerit nomine Rei, ipso iure reum liberat. ff. de neg. gest. l. soluendo. et de Nouat. l. Stichum.

Prætereà fideiussoribus competit, si reus principalis soluerit. Idem in mandatoribus & sponsoribus. Instit. quib. mod. tol. ob. in princip. ff. de except. l. omnes. et l. exceptiones. C. de non num. pecun. l. 4. Quòd si quis duos etiam fideiussores dederit, potest ita soluere, vt vnum liberet. l. in his. §. si duos. ff. de solut. Fideiussor autem præstando operas artificiales, in quibus industria debitoris electa fuit, inuito stipulatore non liberabit reum. l. inter artifices. ff. de solut. Item debitori adiecto in obligatione, competit exceptio solutionis. l. si decem. ff. de solut.

Insuper domino, qui pecuniam procuratori dedit, vt eam creditori solueret, qui illam nomine domini, & non nomine suo soluit, exceptio solutionis datur. l. Cassius. ff. de solu. Deinde pupillo soluenti sine tutoris authoritate, consumptis nummis, statim cōtingit liberatio, & solutionis exceptio. l. quod si fortè. §. fin. ff. de solut.

Minor restituitur contra solutionem debiti naturalis, quam fecit lapsus errore iuris. C. si aduers. solut. l. 2.

Deinde competit domino, cùm seruus actor, absente domino, pecuniam solueret, quæ solui debuerat. ff. de solutio. l. si is qui. Item competit

prælа-

prælato soluenti debita, per antecessorem contracta pro necessitate Ecclesiæ, & competit filio soluenti pro patre.c.1.& 2.de solu.Item competit hæredi, si soluit pro defuncto.l.ex parte.ff.de solut. Et competit etiam successoribus, ex solutione per antecessores facta.l.successores. C.de solutio.

Exceptio doli mali generalis, seu solutionis, datur cõtra creditorem, qui pergit petere quod semel accepit, vel in quo debitorem liberauit.ff. de solu.l.si debitor. et l.si is cui nummos. Proinde datur contra dominum, cuius procuratori speciali vel generali cum libera, est solutum. ff. de solut. l. vero procuratori. Etiamsi dominus vetuerit procuratori solui, quod soluens ignorauit.d.l.§.1. et l.qui hominem.§.si Titium. et l. dispensatori. Sed etsi non vero procuratori soluant, ratum autem dominus post certior factus habeat, liberatio contingit, ratihabitio enim mandato comparatur.d.l.vero procuratori.§.si. et l.si quis offerenti.Sed soluens falso procuratori, qui nunquam habuit mandatum, non liberatur, etiamsi soluat bona fide.d.l.si ex pluribus.§. 1. Item si habuit mandatum, quod fuit reuocatum, & soluens hoc sciebat. l.qui hominem. §. si nullo mandato. ff. eod. Idem si debitor soluat creditori creditoris, scientis & volentis, vel ratificantis.l.solutam.ff.de sol. Nam cùm iussu meo id quod mihi debes, solueris creditori meo, & tu à me, & ego à creditori meo liberor. ff. eod. l. cùm iussu. Item si debitor soluerit creditori creditoris, qui habet obligata omnia bona creditoris.l.etiam.ff.quæ res pig.oblig.poss. Vel si ex eadem causa vtriusque creditoris debitum sit. l.liber homo.ff.de nego.gest.

Præ-

Prætereà ſeruo etiam fugitiuo, ab ignorante debitore, ſi pecunia ſoluta efficiatur domini, competit liberatio.ff.de ſolutio. l.fugitiuus ſeruus. Etiamſi manumiſſus ſit ſertus. d. tit. l.ſi ſeruus. Etiamſi venditus ſit. C.eod.l.ſi cùm ſeruus.

Solutum ſeruo prępoſito pecunijs recipiẽdis, liberat ſoluentem, etſi inſtrumentum adhuc penes dominum ſit.l.ſi actore. C.de ſolut. Vel non ſit cancellatum vel inductum.C.eo.tit.l.inductũ. Et quod de ſeruo dictum eſt, extenditur ad filiumfamiliàs, cui debitor poteſt ſoluere, ex contractu cum illo celebrato, quia cenſetur habere mandatum ad recipiendum. l. ſi vnus. ff. de pactis. et l. quod ſeruus.ff.de ſolut. Verùm ex contractu celebrato cum patre, non rectè ſoluitur filiofamiliâs, inuito patre: quanquàm filius admodum coniuncta perſona ſit, non tamen ſolutionem rectè ſine mandato recipit.Paul.de Caſt. in l.filiusfamiliâs.ff.de ſolut.per l.non ſolùm.ff. ſolut.matr.

Tutoribus quibuſcunque ſoluerit debitor, liberatur, niſi ſint interdicti, poſtulati, ſeu remoti. ff.eod.l.quòd ſi fortè.§.ſunt quidam. et l.ſolutã. et l. ſi ſeruus decem. Idem ſi ſoluatur illis, qui pro tutore negocia gerunt, ſi in rem pupilli ſolutum peruenerit.ff.eod.l.debitores. Vel ſi debitor neſciebat eos adminiſtrationem habere. d. tit.l.filiæ. Curatori quoque minoris, furioſi, & bonorum, rectè ſoluitur. d. §.ſunt quidam. et l. ſi filia. Tutori licèt capitis reo, poteſt ſolui id, quod pupillo debetur.d.tit.l.quamuis, quia reo criminis poſtulato, interim nihil prohibet, pecuniam à debitoribus ſolui. ff.eod. l. reo criminis. Pupillo etiã ſine tutoris authoritate rectè ſoluitur, ſi nummi ſalui ſint.ff.de ſolut.l.pupillo. Vel

ipſe pupillus locupletior eſt factus. d. tit. l. in pupillo. et l. ſi pupilli debitor.

Si ſoluitur adiecto, perinde eſt, ac ſi ſtipulatori ſolutum ſit. ff. de ſolut. l. ſi ita ſtipulatus ſum. Adeò vt fideiuſſor & mandator, adiecto rectè ſoluant, ſicut principali. Paul. de Caſtro, in l. ſi ita ſtipulatus ſum. Nec facultas ſoluendi adiecto per conſtitutum tollitur ſimpliciter factum. Nec tollitur facultas ſoluendi adiecto per ſolutionē factam creditori de altera parte. d. tit. l. cùm decem. Et adiecto ſoluere licet, quamuis capite minutus ſit. l. Stichum aut Pamphylum. §. vſumfructum. ff. de ſolut. Pupillo etiam adiecto licet ſoluere ſine tutoris authoritate. ff. eod. l. ſi ſtipulatus fuero mihi. Præterea filiofamiliâs adiecto rectè ſoluitur, ſiue in poteſtate, ſiue emãcipatus. l. eum qui ita. §. qui ſibi aut filio. ff. de verb. oblig. Item ſi pupillus vel furioſus adiectus ſit, cũ curatore ſeu tutore rectè ſoluitur, ſi pecunia in rem pupilli verſa ſit. Sed ſi ſeruus adiectus ſit domino non rectè ſoluitur, niſi ex ſerui voluntate. l. Stichum aut Pamphylum. §. vſufructum. ff. de ſolut.

Adiecto non rectè ſoluitur, ſi poſt contractũ mutauit conditionem ſuam in deterius. l. cùm quis ſibi aut Titio. ff. de ſolu. gloſ. in l. quod ſeruus. ff. de condit. ob cau. Propterea curatori, etiamſi poſt mandatum cœperit eſſe deterioris vitæ, & debitor hoc ſciat, non rectè illi ſoluit. Bartol. in l. Cornelius. ff. de ſolut. Secundò, poſt litem conteſtatam cum ſtipulatore, adiecto ſolui non poteſt. ff. de ſolut. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem. Tertiò, hæredi adiecti, eo mortuo ſolui nõ poteſt. l. ſi ſtipulatus ſum. ff. eo. et l. cùm quis ſibi. ff. de verb. obliga. quia ſolutio prout in per-

ſonam adiecti confertur, eſt meri facti, ideò ad hæredem tranſit.l.qui hæredi.ff.de condit.& demonſtr.l.eum qui. §.qui ſibi. ff.de verb. obligat. vbi Bart.

Exceptio ſolutionis etiam contra hæredem competit.§.ſi lancem.l.ſi ſtipulatus ſum.ff.de ſolut. et in l.ante reſtitutam.ff.eod.

Contra exceptionem ſolutionis replicari poteſt, quòd cùm debitum ſit ex pluribus, tunc in aliam cauſam ſolutum ſit, & pro alijs cauſis actiones non ſint ſublatæ. In quam autem cauſam ſolutio cedere debeat, ſi ex pluribus ſit debitũ, vide text.& Barto.in l.cùm ex pluribus.ff.de ſolut. et text.glo.& Docto.in l.1.ff.de ſolutionib.& Cynum,& alios,in l.1.C.eod.

Præterea replicari poteſt contra ſolutionem, ſi res non fiat perfectè creditoris. ff. de ſolutio.l. ſi rem meam. et l.cùm quis. §.qui hominẽ. Quia quamdiu aliquid iuri rei deeſt, adhuc res ipſa peti poteſt.l.etiam circa ſtipulationem.ff.eod.

In ſumma, quoties id quod debetur, ita ad creditorem peruenit, vt nihil illi abſit, nec quod ſolutum eſt, repeti poteſt, tunc liberatio competit.d.tit.l.quoties. et l.qui decem. §.qui hominẽ. Vnde re euicta, liberatio non contingit. d. tit. l. qui ſibi aut Titio, etiamſi pro parte res ſoluta euicta ſit.d.tit.l.ſi quis aliam rem.

Vt liberatio debitori contingat, rem perfectè ſolutam eſſe oportet, & ſolidũ non minus quantitate quàm die. l.ſolidum non ſoluitur. ff.eod. Vnde ſi res aliena vel alij obligata ſit ſoluta, non liberatur debitor.l.ſi hominẽ. et l.alieni nummi. ff.de ſolu. Item ſi res deterior ſit ſoluta, ſimiliter non liberatur debitor.l.qui ſibi aut Titio.§.qui, &c. Item ſi pars pro toto ſit ſoluta. l.ſi ſtipula-

latus sum mihi.§.fin.Et hoc in obligatione generis. Item si res post moram interijt,non liberatur debitor.l.si mihi alienus seruus.ff.de solut. et l.si ex legati causa.ff.de verb.oblig.Quòd si sine culpa promissoris res intereat, liberatur debitor. l. verborum obligatio.ff.de solu. et l.creditor oblatam.eod.tit.cum similib.

Potest etiam replicari contra debitorem prætendentem solutionem, quòd àliud pro alio inuito creditore soluerit, quod non permittitur. Vt in §.1.Instit.quib.mod.toll.obli. et ibi Angel. Bart.& alij in l.2.ff.si cert.petat. Idem in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig. tex.in l.eum à quo,cum Authen. et l.seq.C.de solu.tex. & Docto.in l.Paul.respondit.ff.de solut.

DE CONFVSIONE.

Confusione etiam, sicut solutione, extinguitur obligatio,seu perimitur actio, cùm in eandem personam iùs stipulantis promittentísue deuenit.ff.de solut.l.penult. Putà, si debitor hæres creditori exístat. l.sicut acceptilatio. et l.Stichum. §.aditio. ff.dé solut. Item si fideiussor succedat debitori, confusa est obligatio.d.l.Stichum.§.quod vulgo.

Acceptilationis Exceptio ést reï finitæ,& litis contestationem impedit,quia per eam concluditur, actioni actorem non competére. Veruntàmen sine actione nemo experitur. l. si pùpilli. §. Phill. ff. de negoc. gest. Bartol. l. cùm quærebatur. §. proinde, et in l. vir bonus. ff. iudic. solui.

Exceptio acceptilationis competit reo,etiam si per fideiussorem acceptilatio sit stipulata. l.etsi per

ſi per iuſiurandum. §. etſi fideiuſſori. ff. de accepti. Niſi fiat fideiuſſori pendente conditione. d. l. §. ſi legatorum. Item competit pupillo, qui ſine tutoris authoritate per acceptilationem liberatus eſt. d. tit. l. pupillum. Item filiofamiliâs, qui accepto rogauit. l. an inutilis. §. fin. ff. eod. Item domino rogante ſeruo, vel fructuario, vel vſuario, vel bona fide ſeruiente, vel hæreditario. ff. eod. l. an inutilis. §. ſeruus communis. et l. ſpecies acquirendi eſt. ff. de acceptilatione. Item pluribus obligatis, ſi vno accepto feratur. l. ſi ex pluribus. ff. eod. Item competit hæredibus. l. & per iuſiurandum. §. fin. Et competit vni ex hæredibus pro ſua parte. ff. eod. l. ſed etſi non numerata.

Competit cōtra creditores, qui debitum per acceptilationem remiſerunt, vt ff. & C. de acceptil. per tot. Contra plures creditores. ff. eod. tit. l. & per iuſiurandum, in fin. Et datur contra dominum, cuius procurator ſpecialis acceptilauit. ff. eod. l. 3. Et contra pupillum tutoris authoritate acceptum ferentem. C. eod. l. 1. Et contra minorem ex iuſta cauſa acceptum ferentem curatoris authoritate. Bald. in d. l. 1. Item datur contra hæredes, & alios honorarios ſucceſſores. l. & per iuſiur. §. fin. ff. eod.

Poſtremò, Exceptio acceptilationis valet ad perimendam actionem. ff. eod. l. ſi accepto. et l. fi. et C. eod. l. 2. Et ad reſoluendum totum vel partem eius, quod ex ſtipulatu debitor promiſit. d. l. & per iuſiur. §. 1. et l. is qui Stichum. Item valet acceptilatio ad perimendam partem ſtipulationis. ff. eod. l. pars ſtipulationis. et l. qui hominem, ſi modò res debita recipiat diuiſionem. ff. eod. l. & per iuſiurandum. §. 1.

DVODECIM MODIS IPSO iure tollitur obligatio naturalis & ciuilis,

ADeò vt nullæ reliquiæ maneant. Inſtitut. quibus mod.toll. obligat. & per gloſ.fin. eod.tit.

Obligationem autem ipſo iure tolli, vel debitorem ipſo iure eſſe liberatum, tantum valet, vt nec eo opponente iudex ex officio, repellere agentem debeat, & abſoluere reum, ſi quouis modo illi ex actis conſtat, de liberatione ipſo iure. Bartol.l.ſi vnus. §.pactus ne peteret. ff.de pactis. Idem in l.lecta.ff.ſi cer.pet. Iaſon in §.in bonæ fidei.Inſtit.de actio.

Sed ope Exceptionis actionem euaneſcere intelligitur, ſi actione propoſita in iudicio, reus Exceptionem opponendo, eam elidat, quam niſi opponeret, condemnaretur. Nec ſolutum, ex condemnatione tali repeti poſſet, per l.Iulianus. ff.de condict.indebi. et §.prætereà. Inſtit.de except. Hæc latiùs proſequitur Philip.Decius in l. non videtur.ff.de reg.iur.

Exceptio nouationis datur debitori delegato nouationis iure, per quam vetuſtior contractus euanuit.ff.de nouat.l.ſi vſusfructus debitorem. et l.nouatio eſt legitimè facta. & l.Paulus reſpondit. et C.eod.l.2. & 3. Item datur pluribus ex diuerſis cauſis obligatis. ff. eod. l.dubitari.§.fin. Prætereà datur contra creditorem, qui ſpecialiter remiſit priorem obligationem, & ſecundam magis pro anteriore elegit. C.de nouat. l.fin. Inſtit.quib.mod.toll.oblig. §.prætereà nouatione.

Ex delegatione contingit liberatio creditori

primo à ſuo creditore, quia quod ego debeo, ſi alius promittat, liberare me poteſt, ſi nouationis animo hoc fiat. Si autem hoc non nouandi animo interuenit, vterque quidem tenetur: ſed ſoluẽte altero, alter per omnia liberatur, etiamſi nolit. l. ſi Stichum. §. fin. ff. de nouat. In ſumma, quando id quod mihi debes de mandato meo promittis creditori meo, duplex obligatio perimitur, ſcilicet illa, qua mihi teneris, & illa qua ego meo creditori teneor. Paul. Caſtr. in l. ſi vſufructus. ff. de nouat. Prætereà fideiuſſoribus & mandatoribus, ex nouatione contingit liberatio, ſi modò in ſequenti obligatione ſe non obligauerunt. C. de fideiuſſ. l. nouatione. ff. de nouationibus. l. nouatione. Poſtremò hæredi promiſſoris liberatio competit, à primo creditore, quia hæres promiſſoris perſonam ſuſtinet. l. nouatio autem. ff. eod.

Secundo loco notandũ, quòd exceptio nouationis datur contra eum, qui id, quod ſibi Seius debebat, à Titio dari ſtipulatus eſt. §. prętereà. Inſtit. qui. mo. tol. obl. et l. Stichũ. §. ſi quis ita. ff. de nouat. Prætereà datur etiã contra vnum ex pluribus Reis ſtipulãdi, non ſocijs, quia quando nõ ſunt ſocij, tunc vnus alijs prędiudicare poteſt, nouando & paciſcẽdo. tex. & Doct. in §. fi. in l. ſi rem aliquam. ff. eo. Inſuper datur contra creditorem priorem delegantem ſuum debitorem alteri, vel ratum habentẽ ſtipulationem, quam quis fecit à debitore ſuo. d. tit. l. ſi quis abſente. Proinde datur contra delegantem vſufructus debitorẽ, contra quem delegatus Exceptione doli mali per in factũ tutus eſſe debet. l. ſi vſufructus. ff. eod. Vnde datur etiã contra vaſallũ, vel emphyteotã tranſferentem beneficiũ in aliũ, domino volẽte. Bald,

& Paul. de Castr. in d. l si vsufructus. Postremò datur contra filiumfamil. seu patrem & dominum, si filius seu seruus in libera peculij administratione nouauerit, & condictionem eo modo meliorem fecerit. ff. eod. l. si. Similiter datur contra eum, cui bonis interdictum est, si conditionẽ suam meliorem fecerit. ff. eo. l. 3. Et etiam contra tutorem & curatorem seu pupillum, si nouatio pupillo expediat. l. fin. ff. de nouat.

Quando præsumatur nouatio iure fforum, latissimè distinguit Bartol. in l. Valerianus. ff. de prætorijs stipul. et in l. ita stipulatus. versi. vt ergo liqueat. ff. de verb. oblig. et in l. item illa. §. fin. ff. de constitut. pecu. cum similib.

Contra nouationem excipi potest, quia non sit hoc inter contrahentes actum, neque verbis expressum, quòd propter nouationem prioris obligationis conuenerint, nec quicquam sit noui, putà, neque persona, neq; quantitas aucta vel minuta, neque condictio, per l. fina. C. de nouat. Attamen si non exprimatur inter contrahentes, sed tamen in secunda obligatione plus est re, quàm in priore, vel minus est tempore, aut tantundem, sed noua persona, tunc veteri iure præsumebatur nouatio, adeò quòd etiam hodie prima obligatio ope exceptionis tollitur, per glo. l. fin. C. de nouat. et per Bart. l. pecuniam. ff. si cert. petat.

Exceptio doli vel tacitæ nouationis, competit aduersus debitorem, si nec quicquam adhuc soluit, nec adhuc illi denunciatum est per creditorem mandatarium, nec ille creditor mandatarius litem contestatus est. l. 3. C. de nouat. Nam in his casibus prior creditor secundi creditoris exactionem inhibere potest.

Contra

Contra nouationem etiam replicari potest, quòd persona non potuerit nouare: putà, quia fuerit seruus, vel ille qui nouauit, vel ille in quē nouatum est, per l.seruus.ff.de nouat.& per l.3 §. filiusfa.ff.de pecul. et §.prætereà. Instit.qui.mo. tol.obl. Item quia fuerit filiusfamiliâs, qui patris actionem, ignorante eo, nouare non potest, nisi habeat liberam administrationem, vel faciat suam conditionem meliorem.ff.de noua.l.filius. et l.non ideò. Item quia pupillus sine tutoris authoritate nouauerit.ff.eod. l.si pupillus. et l nouare possumus. Item quia non sit procurator omnium bonorum. Vnde contra voluntatem domini nouationem facere non potuit.l.non abstulit.C.de nouat. et l.nouare.ff.eo. Item quia sit tutor seu curator, quia tūc solùm nouare possunt, si pupillo expediat. d.l.nouare. Itē si sit talis, cui alieno nomine soluitur.l.cui rectè soluitur.ff.eo.

COMPENSATIONIS EXceptio.

Opponi potest quandocunque etiam in executione, & post sententiam, Abbas & Felin.c.suborta, de re iudic. Adeò, vt illa Exceptio sententiæ executionem impedire possit. Bald.& Salyc.l.2.C.de compens. Quia omnis exceptio peremptoria, quæ non venit ad impugnandam sententiam, sed ad limitandam seu moderandam executionem, potest opponi etiā post sententiam. Ias.in l.quamuis, post Bart.C.de iur. & fac.ig.Bar.l.si cùm dos.ff.rerum amot. Tutius est tamen opponere ante sententiam conditionaliter: Sic, Dico te non habere ius. Quod si habeas, compenso vel retineo. Ioan.Fab.§.appel-

lantur. Instit. de except. Præterea nedum ad merita causæ, sed etiam ad processum & ad executionem potest opponi. l. quod in diem. ff. de compensat. et notatur in l. 2. C. senten. rescin. non posse. Coram arbitro autem compensatio opponi non potest, quia est species recōuentionis: quanquam coram delegato possit opponi. Bal. & Sali, l. neque. C. de compens. Bal. l. 1. C. de arbitr. Iason l. est receptum. ff. de iurisd. omn. iud. num. 12.

Socio contra socium licet vti compensatione, si ambo in societate parem negligentiam adhibuerunt. l. si ambo. ff. de compensat. Sed quod debetur societati, non compensatur cum vno ex socijs. ff. pro socio. l. actione. §. si communis. Bal. l. eius quod. et quod debetur vni officiali, non compensatur cum alio. C. eod. l. 1.

Compensatione vti potest actiuè & passiuè procurator simplex, de bebito quod ad dominum suum spectat, quia cùm ab initio ipso iure compensatio sit inducta, procurator absentis, si conueniatur, non debebit de rato cauere, quia nihil compensat. sed ab initio minus ab eo petitur. ff. de compen. l. posteaquàm. Sed de proprio debito, vel de debito tertij, non potest vti compensatione ad pensandum id, quod debet dominus suus. l. eius quod. ff. eod. Idem in tutore, curatore, & omni alio administratore dicitur, per l. id quod pupillorum. ff. eod. Bart. l. inter tutores. ff. de administr. tut. Et etiam contra alterum ex tutoribus, ob id quod alter debet ex diuisa tutela, objici potest compensatio, quia inspicitur persona impuberis, quæ debitor & creditor est, ex contractibus, vel patris, vel sui, vel tutoris, qui omnes vnam personam, scilicet pupilli repræsentant, ff. de administ. tut. l. inter tutores.

Vbi

Vbi Bart. quia æs alienum ſequitur totum patrimonium. l. ex pacto. ff. de hæredi. inſtit.

Cohæres etiam non vtitur compenſatione eius quod debetur ſuo cohæredi actiuè vel paſſiuè. ff. de compenſa. l. ſi cum ill. Emptor qui ſoluit creditori venditoris pro luenda re vendita, quod ſolutum eſt, compenſabit cum precio. C. de compenſ. l. quoniam.

Excommunicatus, bannitus, & omnis qui inhabilis eſt ad agendũ poteſt vti compenſatione, quia poteſt ſe defendere. c. cùm inter, de except. Vbi Docto. per l. etiam. C. de compenſat. quia excommunicatis & huiuſmodi perſonis ſolutio fieri poteſt. c. veritatis, de dol. & contu. ergo compenſatione vti poſſunt, quia compenſatio eſt ſolutio, per l. ſi debitor. ff. qui potiores in pign. habean. Et licèt in conſequentiam debitum conſequantur, tamen attẽditur id quod principaliter agitur. l. 1. ff. de author. tut.

Tutor qui eſt creditor pupilli atque eiuſdem debitor, compenſatione vti poteſt, quia poteſt ſibijpſi ſoluere. l. quoties. §. antepen. ff. de adminiſtrat. tutor. et l. fiſtulas. §. ſi fundum. ff. de contrahen. empt. (Multis enim remedijs iuris conſulitur pupillis contra tutores) Et cùm compenſatio ſolutionis loco habeatur. ff. qui pot. in pign. hab. l. ſi debitor. ff. de liberali cauſa. l. & permutabunt. Prætereà magiſtratibus nominantibus pupillis tutores minus idoneos, contra pupillos agentes pro debito à tutoribus ex mala adminiſtratione competit compenſatio ad imputandũ id, quod vel tutores, vel nominatores pro pupillis ſoluerunt. C. de compenſ. l. ſi tutores.

Debitor ex pluribus cauſis cõtra creditorem ex vna cauſa, poteſt vti compenſatione. ff. eod. l. ſi à

si à fideiussore: & contrà, creditor ex vna causa tantùm contra debitorem ex pluribus causis, potest eligere, in quam summam velit imputare. Vide Tindarum in tractatu, de compens. fol. 7. colum. 4.

Qui iurauit soluere, citra periurium, nequit compensare, quia iuramentum in specie debet impleri. c. 1. et c. ad nostram, de iureiur. Sed Bart. in l. amplius nō peti. ff. rem ratam haberi, sentit, quòd etiā ille, qui iurauerit soluere, possit compensare: cuius opinio maximè procedit, quando obligatio compensanda superuenit nouiter, post iuramentum, Tindarus in d. tract. de compens. fol. 6. col. 4. Ad hęc statutum prohibens iterum exigi quod est semel solutum, impedit etiā compensationem. Bartol. d. l. amplius. Item conuentus ex instrumento, vel statuto prohibente omnem exceptionem, potest nihilominus compensari, quia allegat liberationem iam ipso iure factam, quæ resultat ex facto aduersarij, per quā repellit agentem à limine iudicij. Bal. in l. fratris. C. de transact. Tindarus in d. tract.

Cæterùm descendendo ad secundum locum in materia compensationis, quo recensendę sunt personæ, contra quas compensatio opponi potest. Putà, contra creditorem suum, eundémque debitorem petentem, debitor compensatione vti potest. ff. de compens. l. 2. Item contra patrem, vel dominum agentem in solidum per compensationem seruamus debitum ex societate contractum cum filiofamil. vel seruo. ff. eod. l. si cum filiofam. Quod intelligitur, si illi contractum ratū habuerunt. Aliàs peculiotenus, vel in nihilo. C. ne filius pro patre. Idem contrà in patre Vel domino conuento, vt obijciat de compensatione

debiti

debiti filio vel seruo. Item filiofamiliàs contra patrem, in eo quod naturaliter debet, competit compensatio. ff. eod. l. etiam.

Contra fiscum competit compensatio de eo debito, quod priuatus sibi à fisco deberi approbauerit. ff. eod. l. fin. et l. idem iuris est. Quod intelligitur, primò quando debetur ab illa camera fiscali, cuius nomine agitur: secùs si ab alia, ne inducatur confusio in actione fiscali. C. eo. l. 1. et l. 3. ff. de iure fisci. l. aufertur. Sed in quibusdam casibus priuatus contra fiscum non potest vti compensatione, videlicet in causa tributaria & stipendiorũ, & precio rei à fisco emptæ, & quod ex causa annonaria debetur, qui casus numerantur d. l. aufertur. §. vt debitoribus. et in l. ob negocium. ff. de compensat. et in l. 3. et l. si ex venditione. C. eod.

Si ex maleficio pecuniariter agatur, locum habet compensatio. ff. eod. l. si ambo. §. quoties. Idem si criminaliter circa idem crimen agatur, quia participes eiusdem criminis inuicem se nõ accusant. C. de liber. causa. l. si filium. et de hæret. l. quoniam. Bart. in l. is qui reus. ff. de publ. iudic. Et etiam si proponantur diuersa delicta, ex eodem dolo. Doct. in l. neganda. C. de accusa. Nam dolus cum dolo, ipso iure compensatur. l. si duo. ff. de dol. mal. l. viro atque vxore. ff. solut. matr. et l. cùm mulier. eod. tit. Innoc. in c. intelleximus, de adult. Dynus in c. in pari, de reg. iur. lib. 6. Et culpa cum culpa æquali compensanda est. d. l. si ambo. Idem si vnus in culpa, alter in dolo sit, circa diuersa. Nam in eodem, & circa idem, dolus præponderat culpæ. l. item si obstetrix. §. fin. ff. ad leg. Aquiliam.

Compensatio datur ad minuendas omnes

actiones,

actiones, siue in rem, siue in personam sint. Instit. de acti. §. in bonæ fidei. et §. compensationes. Vnde debitum etiam litigiosum potest deduci in compensationem, quia licet iterum deducere id quod pendet, in altero iudicio, agendo, in modum excipiendi. ff. de compensat. l. in compensationem.

Et debitum certo loco cum sua causa, id est, vt ratio habeatur quãti interfuerit eo loco, quo conuenerit pecuniam soluere, compensatur. ff. eo. l. pecuniam. Quia sicut quando agitur in alio loco de interesse actionis, detrahitur interesse rei. ff. de eo quod cer. loc. l. 2. Item & cùm excipitur de interesse loci.

Debitum vsurarum etiam compensari potest ad impediendum cursum vsurarum, & ad impediendam moram vel pœnam ex mora. ff. eod. l. cùm alter. et l. seq. C. eod. l. etiam.

Alternatiuum etiam debitum, si aduersarius palàm dixisset, vtrùm velit cõpensari, tunc compensandum est, quod debitor eligit, vel ille ad quem electio ex pacto pertinet. l. si debeas. ff. de compensat.

Nedum debitũ ex contractu, sed ex testamento, potest deduci in compensationem. C. eo. l. etiam. Adeò vt fructus consumpti cum legato compensentur. C. eod. l. si propter fructus.

Replicari potest contra compensationẽ, quia repugnet natura rei: putà, quia quantitates, quæ in compensationem deducuntur, non recipiunt functionem, quia sunt diuersæ qualitatis seu bonitatis. l. diuortio. §. ob donationes. ff. soluto matrimo. Item quia species ad speciem sit compensanda, quæ compensatio iure non admittitur. Bart. in l. Mæuius. §. duobus. ff. de legat. 2. Item

quia

quia ſpecies ad quantitatem ſit compenſanda, quod etiam iure non admittitur. l.ſi ex ea pecunia.ff.de rei vendic. Etiamſi debeatur quantitas vt ſpecies, tamen non ſit compenſatio ad aliam quantitatem.l.ſed ſi certos nummos. ff.de lega.1. glo.l.cùm fundus.§.ſeruum tuum.ff.ſi cert.peta. Quod tamen intelligitur, ſi quantitas extet.Iuxta ſenten.Imolæ,in l.talis ſcriptura. ff.de legat.1. Si verò quantitas redacta ad ſpeciem ſit conſumpta, tunc debitor ſoluit & compenſat æſtimationem. Bald.l.fin.C.de compenſat. Quia quoties ſpecies eſt perempta, tunc deducitur ad quantitatem, & æſtimatio venit compenſanda.l. propter fructus. C.de compenſat. l.ſi non ſortem. §. ſi centum. ff.de condict. indeb. Præterea quanquam regulare,quod ſpeciei ad quantitatem nõ admittatur compenſatio,tamen in compenſatione facienda ex præſumpta vel expreſſa mente diſponentis,& pro debito neceſſariò, & naturali admittitur compenſatio ſpeciei ad quantitatẽ, vt voluit Imola.l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.ff.ſol. matrim.Item ſicut ex conſuetudine aliud pro alio inuito creditore ſolui poteſt, ita & compenſari. gloſ.& text.l.ſi quis argentum. C.de donat. Panor.in c.quanto,de iureiur.Poſtremò licèt directè ſpeciei ad quantitatẽ non admittatur compenſatio,tamẽ indirectè per retentionem admittitur: Putà,cùm ex eodem contractu,& ex eadẽ cauſa compenſatur res empta cum precio, iuxta l.Iulianus.§.offerri.ff.de acti.emp.Vel cùm compenſantur impenſæ cibariorum cum ſeruitio rei commodatæ,iuxta gloſ.§.poſſunt.l.in rebus. ff. commod. Et plures caſus habet gloſ.ver.retinebitur.§.ſi centum,l.ſi non ſortem. ff.de condicti. Indeb.

Repli-

Replicari poteſt etiam ampliùs contra compenſationem, quia natura cauſæ vel obligationis reſpuit compenſationem. Vnde contra actionem directam depoſiti, non procedit Exceptio compenſationis. l. fin. C. de compenſat. l. penult. C. depoſ. c. ſi. extr. de depoſ. Quod extẽdunt quidam etiam de depoſito ad depoſitum. Vt Paul. de Caſtro conſil. 59. in 2. parte. incip. Viſo puncto ſuprascripto. Sed admittitur reconuentio, in qua tamen non retardatur liquidum propter non liquidum. Bald. l. ſi quis. C. de poſ.

Quædam obligationes non poſſunt deduci in compenſationem: putà, quod in diem debetur, non compenſatur priuſquàm dies veniat. ff. de compenſat. l. quod in diem. Quod intelligitur de die appoſita per contrahentes: ſecùs ſi eſſet debitum in diem à lege appoſitum: putà, debitum ex iudicato, quod intra quadrimeſtre ſoluendum eſt. C. de vſur. l. iudicatæ. l. 2. ff. de iudic. l. ſi debitori. Quia eius debiti, cuius ſolutio ex benignitate legis differtur, admittitur compenſatio. §. fin. in l. ſi cum militi. ff. de compenſat. putà, dotis, ex §. exactio. l. 1. C. de rei vxo. acti. & conſtituti: quanquàm in diem debeatur, per §. 1. in l. promiſſor. ff. de conſtit. pec.

Ciuilis obligatio, quæ nihil naturalitatis habet veræ vel fictæ, non deducitur in compenſationem, Bald. l. fin. C. de compenſat. quia deeſt naturale fundamentum. Nam ciuilis obligatio efficaciam non habet pariendi actionem efficacem, quia per Exceptionẽ perimitur. C. de compenſ. l. neque. C. de non num. pec. l. ſi cui. Sicut ciuile debitum in conſtitutum non poteſt deduci, vt. l. 3. ff. de conſtit. pecun. In ſumma, quæcunque

actio

actio per exceptionem poteſt repelli, non poteſt deduci in compenſationem. l. quæcunque. ff. de compenſat.

Officium iudicis in proceſſu compenſationis eſt, vt ante ius actoris liquidatũ amittat in compenſationem etiam id, quod non habet promptã probationem, argumento à contrario ſenſu. l. fi. C. de compenſ. Sed poſt liquidatum ius actoris ſtatuet terminum probandi debitum compenſabile. Bart. in l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iur. fiſ. Quo termino elapſo & proceſſu publicato, ſi debita ſint liquidata, pronunciet ſecundùm compenſationem, id eſt, abſoluat conuentum, vſque ad concurrentem quantitatem. C. de compenſ. l. ſi conſtat. ff. eo. l. verum. In reliquum condemnet reum actori, ſi maius ſit debitũ actoris, quàm Rei. Si amplius ſit debitum Rei, non condemnet actorem, quia hoc non eſt petitum. Nam in compenſatione reus ſolùm petit ſe abſolui vſque ad concurrentem quantitatem: per reconuentionem autem petitur condemnatio. Docto. in l. in rebus. §. fina. ff. commodat. Si verò reus nihil liquidauerit, iudex poterit reprobare compenſationem. l. quod in diem. §. ſi rationem. ff. de compenſa. Vel reſeruare excipienti ſua iura in aliud iudicium. l. fin. C. de compenſ. Quod ſi non admiſerit compenſationem temerè poterit reus appellare, quia ſententia interlocutoria reprobationis compenſationis, eneruat totum ius actoris. l. inter vtile. ff. de minor. Facit & iudex litem ſuam, ſi per imprudentiam reprobet. l. fin. ff. de var. & extraord. cognit.

Requirite effectus eius in Summis.

EXCEPTIO: TITIVS non potuit testari.

IMpedit litis ingressum; quia ante omnia de persona testantis debet inquiri, per l. liber. C. de petit. hæred. et l. si quæramus. ff. de testam. Vnde si quis intendat se ius ex testamento habere, primum quod illi obstat, est, si testator nõ habuerit factionem testamenti; per Bart. d. l. liber. et d. l. si quæramus. Idem in l. 1. C. de ord. cog. Et talis Exceptio opponi debet, etiam priusquàm intentio actoris sit fundata, quia respicit personam, aliàs exceptiones iuris vel facti, respicientes merita causæ, post probatam intentionem actoris, debent probari. l. siquidem. C. de except.

Quæ personæ testamenti factionem non habeant. Vide in glo. l. si quæramus. ff. de testam. & qui testa. fac. pos. et in glo. vlt. Instit. quib. non est permiss. fac. testam. et apud Panorm. in Rubr. de testa. Et passim apud Summistas super Rubri. de testam. Apud Specula. de instrum. edit. in §. compendiosè. Vbi addidit Ioan. Andr.

EXCEPTIO: TV NON es hæres, vel non es cohæres.

COmpetit contra petentem hæreditatem, vel agentem familiæ hercisc. l. 1. ff. familiæ herciscun. & prohibet litis ingressum, quia qui hæres non est, non potest petere se declarari, nec potest pro diuidenda hęreditate agere. l. 2. C. communi diuid. et l. si mancipium. §. 1. ff. de euict.

Et

Et debet talis Exceptio ante litem contestatam opponi.glos.in d.l.si mancipium. §.si commune. Et contra actionem famil.herciscun.dicitur Exceptio præposterationis,seu ordinis.Nam priùs petitione hæreditatis, quàm diuisorio, ille qui negatur hæres agere debet. l.non possumus. ff.si pars hære.pet. Et antè quis debet intentare actionem de iure & dominio,tanquàm de principali, quàm de iudicio diuisorio.Bart.& Bald.in d. l.1.ff.famil.hercisc.

EXCEPTIO COLLAtionis.

COmpetit suo hæredi contra emancipatum filium rumpentem testamentum per contra tabulas. C.de collat. l. vt liberis. et l. ea demùm. Item competit suo posthumo contra emancipatum.d.tit.l.posthumo. Item competit contra emancipatum succedentem rescisso testamento per querelam inofficiosi.d.tit.l.filiæ. Siue etiam antè succedant ex edicto, vnde liberi, Vel succedant per constitutiones ab intestato. d. tit. Authen.ex testamento. Item competit suo hæredi contra adoptiuum filium. ff.eod. l.1. §.is quoque. Item emancipato contra suos hæredes. C. eo.tit.l.si emancipati. Postremò competit nepotibus, vel neptibus contra patruos, auunculos, amitas, materteras, ad conferendam dotem vel donationem propter nuptias, datam ipsis amicis vel auunculis ab auo. l.illam,cum Auth. seq. C.eo. Item datur fratribus,qui in potestate manserunt contra filiamfamil.eandemq́ sororẽ, pro dote profectitia cõferenda.ff.de col.dot.per tot. C.eo.l.2.et l.pactum dotale.l.filiæ.et l.filiam. et l.

ſi ſoror. Demùm hæredibus etiam datur. C. eod. l. ſi maritus.

Quomodo & quot modis iura varient in collationibus, recenſet Bartol. in l. pater filium. ff. de collat. dot. Bal. & Paul. de Caſt. Rub. C. de collat. et Paul. Caſtrenſ. in l. ſi emancipati. C. eo. tit. Vbi colligunt, quòd iura ſeptem vel nouem modis immutentur circa collationes.

Collatio etiam locum habet inter ſuos, ſi inuicem alícui aſcendenti ſuccedere velint. Bart. in l. pater filium. ff. de dot. collat. et Paul. Caſtr. l. ſi emancipati. C. de collat.

Emancipatus iure ffſorum nihil conferebat emancipato. ff. de collat. bon. l. cùm emancipati. §. ſi tres emancipati. Sed nouiſſimo iure Codicis, emancipatus confert emancipato dotem & donationem propter nuptias profectionem. l. vt liberis. et l. filiæ dotem. C. de collat.

Etiam his, qui nec in poteſtate, nec emancipati ſunt, competit ius conferendi: putà, ſi deſcendant per lineam maternam, ex l. illam, cum Authent. ſeq. C. de collat.

Non coguntur conferre filij cum extraneis non deſcendentibus. l. filij. C. communia vtr. iudic. Item inter extraneos prorſus non eſt iure inducta collatio. l. illam. C. de collat. Poſtremò, generaliter abſtinens ſe ab hæreditate patris, conferre non compellitur. l. pen. & fin. ff. de collat. dot.

Ius conferendi quæſitum tranſit ad hæredes, actiuè & paſſiuè. l. ſi maritus. C. de collatio. et l. 1. §. ibidem. et l. cùm emancipati. ff. de collat.

Hactenus de perſonis, nunc de rebus reliquũ erit agere, quæ conferantur; & reſpondetur,

quic-

quicquid in legitimam computatur, confertur, non contrà. C. de collat. l. illud.

QVAE BONA SINT conferenda.

DEciditur per Bart. l. 1. §. ne castrense. ff. de collat. bonorum. & per multas ll. C. eod. tit. Et per Ferrariensem, in forma libelli, pro hæreditate diuidenda.

REGVLA.

Generaliter, quicquid computatur in legitimam, illud confertur; modò tale sit, quod ad materiam collationis pertineat. Sed ea regula nō conuertitur, vt notat l. illud. Vbi Doct. C. de collat. Vnde dos & propter nuptias donatio profecta ab illo, de cuius hæreditate agitur, & data causa militiæ, quæ vendi vel transmitti potest, conferri debent. glo. & dd. Authent. ex testamento. C. de collat. Et conferuntur ea deductis expensis necessarijs & vtilibus. ff. de collat. do. l. 1. Deducuntur etiam in collatione vsuræ & fructus dotis, vel donationis profectitiæ, post moram. ff. de collat. dot. l. filius emancipatus. Et in summa, quicquid reperitur penes fratres, tempore mortis illius, de cuius hæreditate agitur, quod prouenit ab eodem, nisi tale sit consumptum dolo vel culpa illius qui conferre debet. l. ea demùm. C. eod. Aduentitiæ etiam res conferendæ sunt, quando tractatur de hæreditate illius, à quo illa aduentitia prouenerunt. l. vt liberis. C. eod. Emancipati etiam tenentur conferre ea, quæ ante emancipationem, & post in vita pa-

tris à parentibus ſunt conſecuti.l.vt liberis,cum l.ſeq. C.de collat.

Vnde donatio filiofamiliâs facta ob merita, ſtatim irreuocabiliter valet, & conferri non debet.Authent.vnde ſi parens.C.de inoffic.teſtam. Quod intelligitur,ſi merita verè appareant.glo. l.ſed donatione.C.de collat. Item ſi donata non excedant merita. Bald.l.illud.C.de ſacroſan.eccleſ. Item ſi talia merita non ſint reuerentialia, vel obſequialia.l.filia.C.de patria poteſtate.Sicut donatio ſimplex facta filio in poteſtate regulariter non confertur.l.à patre.C.de collationib. Quod fallit in aliquot caſibus recenſitis in gloſ. Authen.ex teſtamento.C.de collationibus,Contrà autem donatio ſimplex facta filio emancipato,regulariter conferri debet.l.vt liberis.§.fi.C. de collat.

Triplici via collatio peti poteſt. Vel officio iudicis.l.ſi ſoror. C.de collat. Vel actione ex ſtipulatu,ſi interpoſita ſit.l.penul.ff.de coll.do.Vel ope exceptionis.l.filiæ licet.C.de colla. et l.poſthumo.eod.tit.

Collatio fit generaliter conferendo re ipſa, vel cauendo, vel tantummodò accipiendo, vel actionem conferendo,vel liberando cohęredes. l.1.§.iubet,cum duobus ſeq.ff.de collat.bon.l.filiæ.C.de collat. et l.dotis.

Officium iudicis in hac exceptione eſt,vt non conferenti deneget actiones hæreditarias. l. filiæ. C. de collationibus. Aut vt cogat filium, vel filiam petentem contra tabulas, vel ſucceſſionem ab inteſtato, conferre. ff. de collat. dot. l. 1.

DE EX-

DE EXCEPTIONE SAtiſdationis omiſſæ.

ACtori obijci poteſt, quòd non ſatiſdederit de lite proſequenda, ſcilicet quod nõ præſtiterit fideiuſſorem periculo competentis iudicis, quòd vſque ad finem litis ſit permanſurus, per ſe vel procuratorem, Neque in defectum fideiuſſoris iuratoriam expoſuerit cautionem. Item quòd non ſatiſdederit, ſi conuictus fuerit iniuſtè mouiſſe litem, expenſarum, ſumptuumq́ꝫ nomine. C. de epiſc. & cler. Authen. generaliter, de lit. conteſt. Authent. offeratur. Fallit tamen in quibuſdam caſibus, quibus actori ſatiſdatio remittitur, ſcilicet in compromiſſo, quando ex conſenſu partium omiſſa cautione proceditur. Bald. d. Authen. generaliter. Item quandoque hæ ſatiſdationes conſuetudine non ſeruantur. glo. §. ſed hodie. Inſtit. de ſatiſdat. Bart. Saly. Paul. de Caſtr. in d. Authen. generaliter. Item ſi omittatur, poteſt ſuppleri in qualibet parte iudicij, quia quicquid omittitur circa præparatoria, non vitiat proceſſum: excepto libello, ſuper quo debet fundari iudicium per litis conteſt. Bald. d. Authent. generaliter.

SATISDATIONIS OMISſæ Exceptio.

REO obijci poteſt: nam reus ſiue in rem, ſiue in perſonam cõueniatur, pro ſuo perſona caueat, ſcilicet quòd in iudicio permaneat vſqꝫ ad terminũ, quod committitur vel ſuæ promiſſioni nudæ, vel cum iuramẽto, vel ſatiſdabit pro qualitate ſuæ perſonæ, Inſtit. de ſa-

tiſdat.§.ſed hodie. Variat hoc, ſi reus non poſſideat immobilia, nam tunc cum fideiuſſore iudicio ſiſti caueat.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſciendum.Item ſi conueniatur rei vendicatione pro re mobili, & ſit ſuſpectus de dilapidatione, tunc debet ſatiſdare de re non tranſportanda.l.ſi fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſd.cogantur.

EXCEPTIO OMISSAE cautionis, de rato, vel defendendo.

OPponi poteſt procuratori actoris domini vel quaſi domini. Nam procurator actoris, vel cuius mandato dubitatur, rem ratam dominum habiturum, ſatiſdare compellitur.ff.de procura.l.ſi procuratorem. Inſtit.de ſatiſda. §.ſin autem per procuratorem. Item cauere etiam debet de defendendo eo, pro quo agit, ſi ille reconueniatur.ff.de procur.l.ſeruum.§.fin. aliàs denegabitur ei actio.d.tit.l.mutus. §.fin.C. eod.tit.l.actionem. et l.1.C.de ſatiſd.Generaliter omnes nomine alieno agentes, debent oſtendere fundamentum legitimum, vel cauere de rato, ſi ſit dubium.Ioannes Fabr. §. ſui autem. Inſtit.de ſatiſdat. C.de eo qui pro tutore.l.1. C. de procurat.l.1.

Exceptio omiſſæ ſatiſdationis opponi poteſt procuratori Rei.Nam procurator Rei ſatiſdare cogitur iudicatum ſolui, pro litis æſtimatione, etiam ſuper geſtorum teſtificatione factis. l.1. C. de ſatiſdat. Nec excuſatur, eô quòd immobilia poſſideant.Barto.l.ſciendum.§.tutores.ff.qui ſatiſdare coguntur, Iuxta regulam, Nemo alienæ

litis

litis ſine ſatiſdatione defenſor idoneus intelligitur.ff.de procuratori.l.vitrop.§.2. et l.non videtur. Dominus tamen procuratorem hoc onere leuabit, ſi ipſe in iudicium venerit, & ſui procuratoris perſonam, per ſatiſdationem iudicatum ſolui, firmauerit. l. licet. ff.de iudic. Vel extra iudicium ſub hypotheca ſuarum rerum ſatiſdationem expoſuerit.ff.iudicatum ſol. l. iudicatum ſolui.

NON IMPLETI CONtractus Exceptio.

Opponitur proceſſui, & litis ingreſſum, ſeu litis conteſtationem impedit. l. Iulianus. §. ferri. in verb. nondum exempta actio. Vbi Paul. Caſtr. Angel. & Iaſ. in §. actionum. Inſtit.de actio. Quæ ſi non fuerit ante litem conteſtatam oppoſita, vel opponens in oppoſitione ſuccubuerit, poſt litem conteſtatam in vim peremptoriæ opponere & probare poteſt, vt ſequatur plena abſolutio, argumen.l.pen.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Bart.extrauag.ad reprimendum.verſ.ſummariè.

Officium iudicis circa exceptionem hanc eſt, vt ſi videt eam habere locum, putà, precium nõ eſſe ſolutum, neque oblatum, poterit mandare emptori agenti, vt ſoluat preciũ, quanquàm ad hoc non ſit actum.tex.& Bal.l.ſi pater. C.de acti. emp. Vel poterit in ſententia dicere: Condemno venditorem ad tradendam rem, ſoluente preciũ emptore.Bart.l.eum qui ita. §.qui ita.ff.de verb. obli.Bal.in l.per hanc.C.de tem.appel.& ſẽtẽtia ita ſuo modo dicta, valet, & modus ſeruandus eſt, l. cùm eorum. C.de ſent.& interl.om.iud.

EXCEPTIO NON EXOlutæ pecuniæ.

Contra pignoratitiam actionem, competit creditori, qui pignoris causa res obligatas habet, cui debitum nondum est solutum. l.penul.C.de pignor.act. Contra debitorem, qui non exoluit omnem pecuniam, aut eo nomine satisfecit, pro qua pignus est obligatū. ff.de pig. actio.l. si rem alienam.§.omnis pecunia. et ff.de pignor.l.qui pignori. Nisi enim totum debitum solutum sit, neque debitor, neq; illius hæres, pignus recipere potest.C.de luitione pign.l.1.Etiamsi hæres partem suam soluerit.C.de distr.pigno. l.vnus ex multis. Pignoris enim obligatio dicitur indiuidua.C.si vnus ex plur.hæred. creditoris. per totum. Neque ex persona hæredis conditio obligationis immutatur.l.2.§. ex his.ff.de verb.obligat. Attamen in quibusdam casibus pignoratitia competit, pecunia non exoluta verè, vt est casus in l.solutum.§.si quasi daturus. ff.de pignor.acti. et in l.aliena. et in l. si rem. §. fin. ff. eodem.

Viciſſim etiam doli mali Exceptio datur debitori conuenienti cum creditore, vt soluta pecunia pignora reddantur, contra creditorem petentem pecuniam, cuius culpa res pignorata perijt.ff.de doli mali except.l.apud Celsum.§.item quæritur, si vniones.

EXCEPTIO DOLI mali.

Competit debitori contra creditorem ad interesse, putà, quanti interest sua, (id est, obesse

obesse sibi putauerit) pignus perditum esse, dolo vel culpa creditoris.l.si creditor. C.de pigno. actio.l.qui ratiario crediderit.ff.de pig.actio.

ORDO EXCEPTIONIS precij non soluti, & rei non traditæ.

EMptor priùs tenetur offerre preciũ, quàm venditor rem tradat. §.offerri. l. Iulianus. ff.de actio.empt. glos. ver.qui prius. c. intimamus, de symon.vbi Feli.Quòd si neuter alteri fidem habeat, deponatur res & precium apud sequestrum.ff.de solut.l.si soluturus. Vel caueatur de re tradenda, si precium infra certum tempus fuerit numeratum. ff.de redhibitoria actio. l.ædiles.§.fin.cum l.sequen.

DE EXCEPTIONE PRECIJ non soluti.

EXceptio precij non soluti, competit venditori, qui pignoris loco, quod vẽdidit, retinet, quoad emptor satisfaciat. l.quod si nolit.§.Marcellus quoq; scribit. ff.de ædil.edi.text. glo.Doct.§.offerri, in l.Iulianus.ff.de actio.emp. & potest venditor rem loco pignoris pro precio retinere, non obstãte statuto, quod excludit omnem exceptionem. Bald.in l.si traditio. C.de actio.empt. Et datur contra emptorem agentem exempto, qui non dat, nec soluit integrum precium, neque illud offert. d. §. offerri. Item datur contra hæredes, si non solidum precium soluerint, ff.de contrahenda emptio.l.fistulas.§.qui

fun-

fundum. Et datur contra alios potentes ex empto agere, non soluentes, neque satisfacientes. ff. de contrahend. empt. l. quod vendidi. Oportet enim emptorem precium dare, hoc est, in venditorem pleno iure trãsferre. l. cùm seruus. ff. mandat. Nec liberaretur, si alienis nummis solueret. l. si seruos. C. de acti. emp. Nec etiam liberaretur, si offerret interesse. Bartol. l. 1. in fin. ff. de actio. empt.

Venditor etiam propria authoritate rem venditam pro precio retinere potest, vel recipere possessionem rei traditę emptori propter preciũ non solutũ, vel resistere emptori, ne capiat possessionem. Angel. in l. hæres cùm debuerat. ff. ad Trebell. Item venditor potest retinere rem loco pignoris pro precio, non obstante statuto, quòd nulla exceptio possit opponi. glo. & Bald. in l. si traditio. 3. quæst. C. de actio. empt. Alexan. in l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. Etiamsi deficiat vnus nummus. Bald. in l. fi. C. commod. Et excommunicato licet illa exceptione vti. Ioan. Andr. in c. cùm inter. Vbi etiam Bal. extrà, de excep. Quia istud est onus ipsius contractus forma & natura. l. cùm eorum. C. de sentent. & interloc. omn. iudic.

DE EXCEPTIONE MERcis non traditæ.

EXceptio rei non traditæ potest in executione opponi, hoc est, quando emptor condemnatus venditori ad soluendum precium, nihil in iudicio de hac exceptione disceptauit, tunc ad executionem potest obijcere, quia tunc non impugnat sententiam, cùm fateatur se debere pre-

re pre-

re precium. Sed dicit rem ſibi tradi debere. Ideò tunc poterit opponi, ſicut exceptio, in quantum quis facere poteſt. l. Neſenius. §. fin. ff. de re iudic. ſecùs ſi fuiſſet deducta, & eo non obſtante, ſententia fuiſſet lata, tunc non opponitur executioni, ſed actor petat rem ſibi tradi noua actione. Specul. de execut. ſent. §. fin. verſic. item pone.

Exceptio mercis non traditæ, vel non liberè traditæ, aut non vacuè traditę, competit emptori conuento ad precium. l. qui pendentem. ff. de acti. empt. glo. §. offerri. l. Iulianus. ff. de act. emp. Et competit, etiam non obſtante ſtatuto, quòd contra inſtrumentum confeſſionatum nulla exceptio poſſit opponi. Bald. in l. ex prædijs. C. de euict. Præterea datur aduerſus venditorem petentem precium pro ea re, quæ venit, neque tradita eſt. d. l. qui pendentem. Vel quæ non eſt liberè, & ſine onere tradita. d. tit. l. in venditione. Vel quia non eſt vacua tradita. d. tit. l. ſi in emptione. §. vacua. Vel quæ non eſt effectualiter tradita. d. tit. l. datio. Vel quæ non eſt integra & ſana tradita. d. tit. l. tenetur. §. ſed ſi fas mihi. Vel quæ nō eſt tradita tempore & loco. d. l. datio. §. ſi per venditorem. Et competit etiam contra venditorem, qui redhibita re agit pro precio. ff. de exceptio. dol. mal. l. purè. §. ſi ſeruus. ff. de except. l. filiusfamiliâs. Etiamſi pro domino vendiderit. ff. de pact. l. ſi cum emptore. §. fin.

EXCEPTIO NON IMpleti contractus.

COmpetit aduerſus emptorem vel venditorem, non præſtantem ea quæ in continenti promiſit, vt reuendere. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. Secundùm enim fidem anteceden-

tis, vel in continenti ſequuti pacti, experire & excipere poſſe, non ambigitur. C.de ædil.act. l.ſi apud. Vel inemptum fieri precio ad diem non ſoluto. ff. de l. commiſſ. per totum. Vel melio. ri allata conditione. ff. de addict. in diem, per totum. C.de pact.inter emptorem & vend.compoſ.l.1.

Exceptio non impleti contractus locati, datur conductori, cui res tradita nō eſt, vt vti frui liceat.ff.locat.l.ſi tibi alienam inſulam.et l.ſi quis domum. Vel ſi conductori non æquè commoda res tradita ſit. Bald.& Paul. de Caſtr. d. l. ſi quis domum. Cynus l.2.C.ad legem Aquil. Item datur hæredi conductoris. l. ſed addes. §. ſi quis mulierem.et l.qui fundum.ff.locat.l.viam.C.eo. Inſtit.eod.in fin. Deinde datur aduerſus locatorem mercedem petentem, attamen non præſtantem vti frui.l.ſi merces. §.1.ff.eod. Siue non præſtet per ſe, vel per alios.glo.magna.l.ſi vno anno. ff.eod. Et ſi non præſtet, per totum tempus conductionis. d. l.ſed addes. §. ſi quis cùm in anno. Ad retinendam mercedem, loco pœnæ, textus & gloſ. l. ſi de fundo. C. eod. Vel ad precij exonerationem. gloſ. verſic. non teneri. §. hic ſubiungi. in l. ſi quis fundum. ff.locat. l.ex conducto. §.1. ff.locat.

Poſtremò conductori, ſi quid in l.conductionis conuenit, non præſtatur, datur exceptio non impleti contractus. l.ex conducto. et l. ſi in lege.§.colonus.ff.eod. Nam omne quod in l.conductionis conuenit, ex æquo & bono præſtari oportet. Inſtit.loc.§.penult. C.eod. l.legem conductionis.

EXCE-

EXCEPTIO NON SOLVTI Canonis, pensionis, vel mercedis.

COmpetit locatori conuento ob rem non traditam ad vtendum.l.quæro.§.inter locatorem.ff.locati. Secundò, aduersus conductorem, qui pensionem non soluit, attamen locati experitur. Nam conductor non potest agere, nisi totam pensionem soluerit.ff.de migrando.l.1.& locati.l.sed addes, in fin.in ff.Item si non præstet conuenta.l.si merces.§.si maior,ff.eod. et l.1.& 4.C.eo. Præthereà Exceptio non soluti Canonis, datur domino, cui emphyteota canonem non soluit intra biennium seu triennium.l.2.C. de iur.emphy.Bart.l.1.ff.si ager vectigalis,&c. Et datur aduersus emphyteotam priuati, seu Ecclesiæ, agentem pro iure emphyteotico vtili rei vendic. Non autem extraneo, contra emphyteotam Ecclesiæ, nisi dominus voluntatem suam declarauerit circa priuationem emphyteotæ. Bald. l.solennibus. C.de rei vendic. Idem in Authent. qui rationem.C.de sacrosan.eccles.Specul.de locato.§.6.versic.66.

EXCEPTIO NON IMpletæ societatis.

DAtur contra agentem pro socio, eô quòd non communicauerit æqualiter lucrum & damnum negociationis, iuxta proportionem capitalis.Instit.de socie.§.1.ff.eo.l.si non fuerint. et l.Correi. Nisi aliter sit conuentum.d. l.si non fuerint. et §.de illa. Instit.eo. Item datur cōtra socium non refundentē partem impensarū

ſocietatis, vel non reuendentem partem fructuum, contingentem alterum ex ſocijs. ff. eod. l. pro ſocio arbiter. et l. cum duobus. §. damna. Item datur ideò quòd alter ſociorum non pręſtat bonam fidem. d. tit. l. nemo. poteſt. Vel quia nō præſtitit diligentiam tantam, quantam bonus paterfamiliâs. d. titul. l. & quicquid. et l. ſocius ſocio. Item quia alter ſociorum intempeſtiuè ſocietati renunciauerit. l. actione. §. diximus. ff. pro ſocio. Item datur ideò quia ſocius, qui experitur pro ſocio, non obſeruauit pacta ſocietatis. l. ſi fratris. §. ex facto. ff. eod. et l. ſi non conuenerit. et l. itemq́. Item datur contra hæredem, qui inchoata per defunctum non explicat. ff. eo. l. hęres. Pręſertim ſi ſuper publico ſocietas ſit inita. ff. eod. l. adeò. et C. eod. l. 3.

EXCEPTIO NON IMpleti contractus innominati.

DAtur illis, inter illos, & contra illos, quibus aut contra quos datur exceptio condictionis cauſæ, cauſa non ſecuta.

Exceptio non impleti contractus innominati, datur promittenti dare vel facere, vt aduerſarius etiā det vel faciat: qui niſi ex parte ſua impleuerit contractum, non poteſt agere, quia in contractibus innominatis non oritur obligatio, nec actio, niſi ſequuto implemento. l. iuriſgentiū, in prin. ff. de pact. Bald. l. cùm quis. C. quis. C. de iur. & fact. ignor. Idem in l. ſiue apud acta. C. de tranſact. Angel. §. in perſonam. Inſtit. de actio. Et illud etiam procedit de iure Canonico; putà, vt

con-

contractus innominati non pariant actionem, nisi post implementum.c.cùm inter seniorem,de elect. Adeò vt èx impleméto vnius tandem incipiat aduersa pars obligari. l.ex placito.C.de rer. permut. Ias.in l.quoties in die.ff.de verb.obli.Et in hoc contractus innominati à nominatis differunt, quia ex nominatis etiam ante implementũ nascuntur actiones.Bald.d.l.siue apud acta.

Contra agentem præscriptis verbis,vel actione in factum, competit exceptio nõ impleti contractus,eô quòd non dederit rem conuẽtam certæ speciei.l.cùm precib.C.de rer.permut. Vel si non tradiderit rem,vt habere liceat.ff.& C.in l. 1.de rer.permu. Vel si res vitiosa aut morbosa sit tradita.ff.de rer.permut.l.2. Vel quia non impleuit pactum incontinenti appositum contractui nominato.C.de pact.l.legem. et de donat. l.legẽ. & de pact.int.empt.& vendi.comp.l.2. Vel quia non dederit, vt aliquid fieret.ff.eo.l.1. et l.permisisti. et l.insulam. Vel si non ante fecerit hoc, ob quod sibi quid fieri petit. l.ob eam causam. ff.de præscr.ver. Vel si non fecerit, propter quod sibi dari petit.l.cùm proponas.C.de dol.mal. Ratio autem omnium horum est, quia ex pacto nudo non oritur actio.l.ex placito. C.de rer.pemutat. Imò ei tantùm, qui rei interuentu pactum vestiuit, ex contractu innominato competit actio. l. iurisgentium.§.sed si in.ff.de pact.

NEGLECTAE FORMAE Exceptio.

COmpetit quoties super aliquo actu à iure vel statuto traditur forma specialis,secundùm quam aliquid fieri oportet,si tunc de

ineptitudine formæ, siue de illius omissione incidat disputatio, ante lit. contest. debet opponi & examinari, quia est de re finita. & est exceptio iuris de euidenti; quam probat inspectio; ideò antè lit. contest. discutienda est: vtputà, quòd forma appellationis tradita in c. vt circa, de electio. lib. 6. sit omissa, qua præscribitur, quòd ea appellatio, quæ fit ab obiectione cõtra formam electionis, debeat scribi, & omnia & singula obiecta complecti, &c. vt in d. c. vt circa. Nam aliàs regulariter circa appellationes in principio cognoscitur, an appellatum sit in scriptis, infrà decẽ dies, vel an causa sit expressa. d. c. vt circa.

Exceptio nullitatis appellationis, etiam antè lit. contest. debet opponi, quia lit. contest. impedit. c. Romana. §. si verò, de appellat. lib. 6. Ioan. Mon. & Dominic. d. c. vt circa. versic. alioqui, de elect. lib. 6.

Dilatæ litis exceptio, seu ratardati processus, datur reo comparenti in termino contra actorem, qui in termino agendi non comparuit, vnde deinceps non auditur, nisi refectis expensis, cum cautione de lite prosequenda. Bart. & alij l. qui ante Calend. ff. de verb. oblig. Docto. in l. sancimus. C. de iud. et in l. non ignoret. C. de fructib. & lit. expens. & notatur c. 1. de dol. & contu. lib. 6.

Exceptio contumaciæ Rei differentis litem, datur actori misso in possessionem ex 1. decreto, in reali actione, iuxta §. in alijs. c. quoniam frequenter. extr. vt lit. non contest. Contra reũ contumacem, offerentem cautionem suscipiendæ litis, infra an. C. de præscr. xxx. an. l. si quis. §. pen. Ad restituendum actori omne damnum, quod ex vitio absentię Rei passus est. Authen. et qui iurat. C. de bon. aut. iudi. possidend.

Exce-

Exceptio lapsi termini agendi, competit reo diffamato, vel mox recessuro. Angel. Aret. in Rubri. de except. num. 23. Contra infamantem dolo vel errore, qui post lapsum terminum sibi ad agendum statutum agere intendit, contra l. diffamari. C. de ing. & man. Quia tacitè quis iuri suo renunciare videtur, qui permittit labi terminũ à iudice præfixum. l. si ea. C. qui accus. non poss. Et competit ad imponendum perpetuum silẽtium infamandi. Innoc. in c. cùm in tua.

Ex Inuentario duę exceptiones dilatorię oriuntur, dum inuentarium est in fieri, scilicet dilatoria iudicij, & dilatoria solutionis. Sed cùm est in facto, omnis dilatoria expirat, & incipit peremptoria competere: putà, quòd hæres non teneatur, nisi quatenus hęreditas soluendo est. Bal. & Paul. de Castr. in l. fin. §. donec. C. de iure deliber. Et datur exceptio inuentarij nondum confecti, hæredi, si tempus cõficiendi inuentarij conueniatur: & hoc si conueniatur actione personali, vt hæres: non autem si reali conueniatur, vt quilibet possessor. Item datur, vbi ex mora non infertur irreparabile præiudicium. Datur etiam si hæreditas euidenter sit lucrosa, quia etiam lucrosa existente hæreditate, expedit habere beneficium inuentarij. Bald. d. l. fin. §. cùm igitur. Item competit fideicommissario vniuersali. Bald. d. l. fi. §. cùm igitur. Et datur contra hæreditarios & legatarios creditores, ne interim inquietent aut conueniant hæredem, donec inuentarium conscribatur. d. § donec.

Hæc Exceptio, quòd quis sit infra tempus conficiendi Inuentarij, impedit lit. contest. vt patet ex verbis textus. §. donec. in l. fi. C. de iure delib. ibi, non liceat hæredes, & c. Vbi etiam Docto.

Bart. Paul. & Iason. Verùm ex Inuentario confecto competit hæredi exceptio peremptoria, quę etiam post sententiam in executione opponi potest, iuxta regulam, Quòd exceptio, quæ non excluditur per sententiam, sed est præter sententiā, opponi potest etiam post sententiam. Bald. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Idem in l. peremptorias. C. sent. resein. non poss. Bart. in l. cùm fideicommissum. ff. de confess. Item exceptio, per quam non infringitur nec impugnatur sententia, opponi potest etiam post sententiam. Bart. in l. Nesennius. §. in solidum. Idem in l. ex diuerso. §. fin. ff. solut. matrimon.

EXCEPTIO DILATIONIS pendentis.

Dilationis pendentis Exceptio datur illi, cui terminus deliberandi datus est, quo pendente, officium iudicis, & etiam arbitri quiescere debet, donec petiti temporis effluxerint curricula. l. siue pars. C. de dilat. Et adeò officium iudicis quiescat, vt ipso iure nullū sit, quicquid iudex dilatione pendente facit. l. 1. ff. de dilatio. c. significante de appel. §. suscepto. in Authent. de exhib. reis. Nisi Iudex ex causa iusta reuocet dilationem datam, ex l. quod iussit. ff. de re iudic. Item super alijs capitulis omninò diuersis, iudex etiam dilatione pendente procedere potest. l. creditor. ff. manda. c. super eo, de appellat. Tertiò, si periculum sit in mora: putà, ne reus fugiat, iterum dilatione pendente, & etiam ferijs existentibus, iudex procedere potest. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. si in frau. cred. glos. l. dies festos, C. de ferijs. Item si finita sit causa dilationis.

nis.l.à filia. §.alumno. ff.ad Trebell. Item si data sit super actu nullo, vel super eo, quod probatũ non releuaret. l. cùm pater. §.curatores. ff.de legat.2, Vel si dilatio data sit sine causæ cognitione. l.1. C.de dilationib. Cæteras fallentias vide apud Socinum 93. regula. & apud Bart.in repert. vers. dilatio pendens.

EXCEPTIO FERIArum.

DAtur feriatis diebus in ius vocato. Nam feriatis diebus neque iudicem, neque arbitrum ius dicere fas est. l.1. ff. & C. de fer.l.si feriatis.ff.de arbit.l.2.ff.si quis in ius voc. non ierit. Nisi renunciatum sit ferijs.d.l.1.Vel res sit tempore peritura,& ex alijs causis,quibus etiam feriatis diebus ius dicere licet, vt latiùs notatur ex l.1.& 2.de fer. Prætereà coram arbitratore non obstent feriæ etiam in honorem Dei. l. si feriatis. et l.fin. C.de fer. Quia arbitramentum est quædam transactio.in authent.vt differ.iudi. §.1.cum glos. Sed transactio potest fieri die etiam in honorem Dei feriata, vt not.Docto.in d.l.fin. C. de ferijs.

EXCEPTIO NON CELEbrati contractus, neque commissi delicti in loco, vbi quis conuenitur.

DAtur Reo conuento in certo loco, vbi contraxisse, vel deliquisse dicitur, qui tamen se eo loco fuisse vel contraxisse negat. Bal. in l. præscriptionem, num. 15. C. si contra ius vel vtilitatem public. Quia cessante contractu, cessat iurisdictio. Anton. de Butr. c. nouit, extr. de iudi. Et datur hęc exceptio contra iudicem ordinariã non habentem iurisdictionem in citatum, nisi ratione contractus, vel delicti. Vnde coram se alienigenam vocauit, iuxta l. hæres absens. §. 1. et l. omnem obligationem. ff. de iudic. et Authent. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. Panor. c. fin. de for. compet. Postremò, competit ad examinandum, an ibi conuertus contraxerit, vel deliquerit: quod factum priusquàm vlterius procedatur, examinandum est.

INGRESSVM IVDIcij, etiam ex officio Iudex prohibere potest.

VIdelicet, vbi publicè interest actorem repelli à limine iudicij: vtputà bannitos & excommunicatos, & cæteros, qui ratione criminis iure repelli possunt. Bal. in. l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. par. Item vbi iudex cognoscit partem sine actione experiri, repellere potest. glos. in l. vbi pactum. C. de transact. Bart. & Iason l. si Titius. ff. de verb. oblig. Item, in his quæ respiciunt publicam vtilitatem, iudex officium suum etiã non imploratum impartiri potest. l. congruit. ff. de offic. præsid. Et in his quæ respiciunt pietaté. l. sancimus. C. de administ. tut. Et in his quæ su-

am re-

am reuerentiam respiciunt.l.iudicibus.C.de appellatio. Et in his quæ principaliter, præcipuéq; in personam iudicis radicantur. l. 1. C. de offic. asses. De his latiùs Bartol. l. 3. §. hoc autem. ff. de dam. infect.

EXCEPTIO EX IVRE obstante intentioni agentis.

IMpedit litis contestationem. Nam vbicunq; super aliquo facto inhibitum est agi, siue litẽ contestari, prohibetur litis ingressus, vt §.fin. l.si oleum.ff.de dol.mal. Et Bart.not.l.infamem. ff.de publ.iudic. Bald.l.Arethusa.in fin. ff.de statu hom.

Insuper omnis Exceptio, per quam concluditur, agenti ius non competere, impetit litis ingressum & contestationem.Bart.l.cùm quærebatur. ff.iudic.sol. Si modò ea possit incontinenti probari. Bart.l.fin.ff.pro suo.

EXCEPTIO ALTERIVS personæ vel Rei.

COmpetit illi, qui conuenit cum alia persona, deindeà tertio quodam extraneo ex eadem conuentione in ius rapitur, quod nõ licet, quia conuentio facta cum alia persona, aut in alia re, alij personæ, vel in alia re, non debet nocere. ff.de pact.l.si vnus.§.ante omnia Neq; debet prodesse.ff.eod.tit.l.si tibi.§.pactus.Et datur contra tertium quendam extraneum, agentem

ex conuentione alterius, cuius non est hæres. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. Neq; est paciscentis iure subiectus. §. ei qui. Instit. de inutil. stipul. Neq; est accessorio obligatus. l. fideiussoris. §. cum alio conuento. ff. de pactis. Neque vna persona reputatur cum paciscente. d. tit. l. cum emptore. Neq; illius interest, alium fuisse pactum. l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verbor. obligat. Neque est illius procurator, aut institor. l. in omnibus. ff. de instit. actio. In summa, cùm regulare sit, quòd alteri nemo stipulari possit, neq; paciscendo acquirere. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. obligat. §. si quis alij. Institut. de inutil. stipul. Sequitur quòd ex stipulatione & pactione, seu conuentione, alteri non potest competere actio vel exceptio, nisi in casibus exceptis per Iasonem, in d. §. alteri. ff. de verb. oblig.

PACTVM IN ALIA RE.

SVper alia non obstat, nisi altera sit accessoria illius, super qua pactum est, d. l. si vnus. §. si stipuler. Nam in indiuiduis & inseparabilibus, inseparabile & indiuiduum ius est. l. 2. ff. de verbor. obligat.

EXCEPTIO CEDENDARUM ACTIONUM.

COmpetit mandatoribus conuentis iudicati actione in solidum. ff. de fideiuss. l. si fideiussores. §. fin. et l. fideiussorib. et l. cùm his, eo. tit. Contra creditorem agentem ad suum debitũ, Bart. l. Modestinus. ff. de solut. Contra mu-

lierem

lierem agentem hypothecaria, cõtra possessores rerum mariti. Bartol. in l. iubemus. C. ad Velleianum. Et datur aduersus eos, qui mandauerunt, actiones liceat illis exercere, qui intercesserunt pro reo principali, & conueniuntur, vt soluant, dd. iuribus.

CESSIONIS BONORVM Exceptio.

IMpedit lit. contest. si debitum est liquidum, vel debitor paratus est agnoscere debitum, etiam extra iudicium. Bart. l. qui cedit. ff. qui bonis ced. poss. text. Bart. Angel. & Paul. Castr. l. 3. C. de bon. aut. iud. possid. Competit autem debitoribus priuatorum, qui bonis cesserũt. Nam cedens bonis, neque agere, neque conueniri potest pro his bonis, de quibus cessit. ff. de recept. arb. l. item si vnus. §. 1. ff. de cess. bon. l. qui bonis. et l. his qui bonis. Quod intelligitur, vt debitor bonis cedere possit, postquàm debitum agnouit, vel condemnatus est, vel in iure confessus est. l. penult. ff. de cess. bonor. Et postquam indicauit bona. Cyn. l. 1. in 7. quæst. C. qui bon. ced. poss. Ita his præcedentibus debitor cedens liberatur à debito. Cynus d. l. 1. Et competit etiam filijsfamil. qui cesserunt castrensi, vel quasi castrensi peculio, vel illis facultatibus, quæ patribus acquiri vetitæ sunt. C. qui bon. ced. poss. l. cùm & filijfamil. Item competit Ecclesiæ, & omnibus Collegijs. §. si quis autem adiecerit. in Authenti. vt deter. mi. credit. Non autem datur fideiussoribus. §. 1. Institut. de replicat. Nec datur minori pupillo. Bald. l. 1. penult. quæstio. C. eod. Datur Exceptio cessionis contra omnes creditores,

res, etiamsi tantùm gratia vnius cedatur, qui intendunt cedentem inquietare. d. l. is qui bon. cessit. ff. de cess. bon. Et contra eos creditores, qui miserabile cessionis bonorum auxilium elegerunt pro beneficio quinquennali. C. qui bon. ced. poss. l. fin. Postremò, competit vt debitores liberati sint à ciuili obligatione, quoàd exercitium, remanente naturali. Bartol. l. 1. C. qui bo. ced. poss. Adeò vt pro bonis, à quibus cesserunt debitores, non inquietentur, & de bonis posteà quæsitis tantùm quatenus facere possunt, teneantur. §. fina. Instit. de actio. Sed à quibus debitis seu obligationibus debitores cedentes bonis, nō liberentur, habet Iason in §. fin. Instit. de actio. et Socin. reg. 46.

Exceptio proueniens ex facto in confessum, ante litis contestationem, à quo non fuit appellatum infra decem dies, est exceptio litis finitæ. Domin. & Philip. Franc. in c. 1. de lit. contest. lib. 6. Docto. in l. cùm non solùm. §. necessitate. C. de bon. quæ liber. Quia huiusmodi præceptum habet vim definitiuæ, eô quòd hinc actio orisur, sicut ex sententia. Specul. de senten. execut. §. breuiter, circa fin. Quia non oritur ex mera interlocutoria. Clemen. fin. de appell. Item quia talis exceptio imponit finem liti, vnde transit in rem iudicatam.

Exceptio confessionis factæ in iudicio, est exceptio litis finitæ, quia post confessionem in iure factam, nihil quæritur. l. post rem iudicatam. ff. de re iudicata. Nam in iure confessi pro iudicatis habentur. l. 1. ff. & C. de confess. Et in confessum nullæ sunt partes iudicis in cognoscendo, sed solùm in pronunciando. 2. quæstio. 1. c. nos in quemq;. Porrò, hæc exceptio datur illi, qui egit

aliqua

aliqua actione, vel aliqua causa, cui reus in iudicio, iudice pro tribunali sedente, confessus est se esse debitorem.l.proinde.§.si procurator.ff.ad leg.Aquil. Et datur contra reum, qui confessus est, se ex aliqua causa esse debitorem, & inter & contra alios, inter quos actio ex confessione iudiciali, siue negatoria, seu confessoria competit, vt notatur in arbore actionum.

EXCEPTIO EVICTIOnis.

DAtur illa exceptio contra venditorẽ vendicantem rem, quam ipse vendiderat. Improbè enim rem à se distractam euincere conatur.ff.de euict.l.vendicantem. Item datur contra dotantem.ff.eod.tit.l.Seium. Item contra donantem. C.de euictio.l.2. si per stipulationem de euictione promisit. Et datur contra eum, qui insolutum dedit. C.eod.tit.l.4. Et datur contra permutantem.C.eo.tit.l.si permutationis. Et generaliter contra omnes, qui de euictione tenentur. Item datur contra fideiussorem, qui venditioni adeò consensit, vt se etiam pro euictione obligarit.C.de euict.l.exceptionem. Non autem datur contra hæredem fideiussoris. C.eod.l.fin. Et datur contra hæredem obtinentem venditoris hæreditatem iure hæreditario, pro ea portione, pro qua ad eum hæreditas pertinet.C.de rei vendica.l.cùm à matre. et l.venditrici. C.de reb. alien.non alie.l.siue possessio.C.de euict. Postremò datur ad retinendam rem, intentione venditoris, vel alterius authoris, per exceptionem elisa, d.l.vendicantem.

ADVL-

ADVLTERII EX-ceptio.

IMpedit litis conteſtationem & proceſſum. Ioan. Andr.& Philip.Franc. c.1.de lit.conteſt. lib.6.allegant c.1.in fi.32.quæſt.6. Poteſt tamen etiam poſt litem conteſtatam opponi. Innoc. & Ioan.Andr.in c.penult.& fin.de adult. Prætereà datur illa exceptio marito, propter adulterium vxoris.l.cùm mulier.ff.ſolu.matrimon. Contra vxorem repetentem dotem. Ad retinendam dotem propter mores pudorē Matrimonij lædentes.l.conſenſu. C.de repudijs. Sed Exceptio hæredibus mariti mortui, qui in vita ſua non fuit conqueſtus, non competit, quia illa querela odioſa eſt. Nec ad hæredes tranſmittitur, niſi fuerit per teſtatorem mota.c.fin.de donat,l.fin.C.de reuoc.dona.Paul.Caſt.conſil.402.in 1.parte.Bal. conſ.182.in 3.parte. et conſil.302.in ead.parte.Datur etiam hæc exceptio contra tertium, qui dedit dotem ſimpliciter, & eandē repetit, quæ culpa vxoris amiſſa eſt.l.ſi dotem. vbi Bal.C.de iure dot. Item datur contra vxorem, petentem reſtitutionem mariti, ſi adulterium ſit notorium. c.pen.de adult.c.ſignificaſti, de diuort. Prætereà datur contra hæredem vxoris defunctæ, repetentem dotem, quando mulier deceſſit, non in bona gratia mariti, ſed facti diuortio. Bald.l.ſi, C. de adulter. Etiam datur contra maritum, accuſantem mulierem de adulterio, licèt ipſe egerit pœnitentiam de ſuo adulterio. Nam pœnitentiam animo præiudicat, iuri quæſito mulieri ex adulterio mariti. argumen.c.gaudemus, de diuort. et l. cùm mulier. ff. ſoluto matrimonio.

Con-

Contra Exceptionem Adulterij replicari licet, de alio adulterio commisso per excipiẽtem, quia crimina paria compensatione tolluntur, vnde vxor potest replicare de adulterio mariti, etiam non notorio. c. significasti, de adulter. Vbi Panorm. c. penult. eod. tit. c. 1. 32. quæst. 6. l. viro atque vxori. ff. solu. matrimo. et l. cùm mulier. eo. tit. Quod intellige, si agatur ciuiliter ad priuatam vtilitatem, & crimina sunt commissa circa idem: secùs si ageretur criminaliter ad pœnam legalem. Panorm. d. c. penul. Item secundò intellige, si excipiẽs de adulterio certat de lucro, tunc admittitur replicatio de alio adulterio. Panor. d. c. penult. Tertiò limitatur, si alter coniugum non mutauit statum. Panorm. c. veniens, de conuers. coniugum.

Prætereà contra Exceptionem adulterij licet vxori replicare de lenocinio: Exceptio enim adulterij lenocinij replicatione tollitur. Paul. Castrens. in d. l. cùm mulier. Putà, si maritus sciens vxorem adulteram detinuit, & carnaliter cognouit. 32. quæstio. 1. & 2. et c. si vir sciens, extrà, de adult. aut quocunque modo maritus lenocinij reus sit: putà, qui induxerit vxorem ad delinquendum. l. 2. §. lenocinium. ff. de adulter. Aut quia recepit pecuniam pro adulterio vxoris suę. d. l. 2. §. lenocinij. & l. castrati. C. de adulter. Cur enim maritus mores improbet, quos ipse aut antè corrupit, aut posteà approbauit. d. l. cùm mulier. 1. loc. Post peractam autem pœnitentiam, si maritus vxorem retineat & cognoscat, videtur reconciliatus ei, & pœnam remisisse. 22. quæst. 1. c. quod ante. et c. non erit, de iureiuran. c. quemadmodum.

LENOCINII EXceptio.

ANte lit.contest.obijciēda est,quia est exceptio præiudicialis,sicut exceptio status.l. quoniam. et l.ita nobis.vbi text.& glo.C. de adulter. Vnde cùm sit dilatoria, oportet eam opponi antequàm nomen Rei receptum sit inter reos.l.si maritus. §.præscriptiones.ff.de adult.l. 2 §.lenocinij. et §.si publico.vbi Bart.ff.de adul. Sed quandoque exceptio vel replicatio lenocinij est peremptoria, ideò post lit.contest.venit obijcienda.l.viro atque vxore.ff.solut.matrim. Sed post lit.contest.vel post nomen Rei receptum inter reos,competit ad puniendum.Barto.in d.§.si publico. et glos. in d.l.ita à nobis. et l.quoniam Alexandrum.C.de adult.

EXCEPTIO VEL REplicatio lenocinij.

DAtur vxori accusatæ de adulterio. l.quoniam.C.de adulter.Et datur vxori expulsæ,repetenti dotem,quia maritus non administrat illi necessaria. Paul.Castr.l.cùm mulier.ff.solut.matrim.

Datur etiam vxori inuitæ traditæ ad adulterandum,petenti restitutionem mariti, qui ob adulterium illam recipere non vult.text.et glo.c. discretionem,de eo,qui cog.cons.vxo.s. Et datur contra accusatorem de adulterio. Specul.de accus.§.1.vers.Item quòd artem ludicram. Item datur contra maritum agentem de adulterio.32. quæst.1.§.quod si. Specul.de accusat.§.item contra agentem. et Doct.in dd.ll.putà,l.cùm mulier. et l.

et l. viro atque vxore. l. quoniam. et l. ita à nobis. Postremò datur ad repellendum aduersariũ agentem de adulterio, si obijciatur ante litem contestatam. l. Lucius. ff. de infamibus. et l. viro atque vxore. ff. soluto matrimon. vbi Paul. dicit, quòd competat ad absoluendum reum: sed post litis contestationem ad puniendum. Cynus l. crimen. C. de adult.

EXCEPTIO: TIBI NON est ius habendi hanc rem, Mixta ratione petentis, & rei petitæ.

IMpedit litis contestationem glo. Bart. Bald. & Paul. Castrens. in l. vir bonus. ff. iudic. solui. Modò reus offerat se incontinenti probaturum. Nam tunc non cogitur iudicium suscipere. Paul. Castr. d. l. vir bonus. Sed illa exceptio datur contra hæreticum vel Iudæum, petentem mancipium Christianum quocunque titulo. C. ne Christianum mancip. hæretic. Iudæ. vel pagan poss. l. vnica. l. Iudæi. 2. loc. C. de Iudæis. Item datur contra forenses, qui per statutũ prohibentur quærere ius in re immobili allibrata ciuitati. Bald. in d. l. vir bonus. ff. iudic. solui. Postremò datur contrà omnes, qui vendicant tales res, quas ciuiliter possidere prohibentur, vt laicus decimas. c. causam quæ inter, de præscriptionibus. Vel ius eligendi in cathedrali Ecclesia. c. sacrosanctæ. et c. Massana, de electione. Idem si quamcunque rem sacram, religiosam aut publicam, priuatus vendicet. Nam tunc repellitur, quia eã rem habẽdi ius nõ habeat, per l. inter stipulantem

pulantem. §.sacram. ff.de verbor.obligat. et per l.liber homo, eo.tit. Authen.hoc ius porrectum. C.de sacrosanct.eccles.& tot.tit.de non alien.aut permut.reb.&c.

DE EXCEPTIONE, RE-reconuentionem non habere locum.

DE qua notatur in l.cùm Papinianus, cum Authent.& consequenter, C.de sent.& interloc.omn.iud. Quæ competit illi, qui reconuenitur in aliquo casu, vbi reconuentio locum non habet. Quos vide in regul.Socini, regu. 332. Et datur clerico cõuenienti & agenti coram laico, reconuẽto super causa ecclesiastica coram eodem iudice.c.ex tenore, de foro compet. Item datur agenti super spolio. sed reconuento super proprietate.de ord.cog. c.super spol. ff.de iudic. l.2. §.item si agatur. Item datur accusanti criminaliter, si reconueniatur ciuiliter.d.l.2.§.fi. Item datur conuenienti sub alieno iudice pro iniuria sua, furto aut damno.l.qui non cogitur.ff.de iudic. Prætereà datur contra reconuenientem post lit.contestat.ex interuallo. d.Authent. & conuenienter. Item contra reconuenientem coram arbitro, extrà, de arbitr.c.cùm dilectus. Et contra cæteros, qui reconuenire intendunt in casibus, in quibus reconuentio prohibita est.

DE PRAEIVDICIALI Exceptione.

Exce-

EXceptio præiudicialis ad processum, quæ respicit non solùm merita causæ, sed etiam merita iurisdictionis, litem contestari non sinit, quia oppositum infert. Bald. de tit. de controuer. inter vasallum & episcopum, in vsib. feudorum. Potest tamen Exceptio hæc reseruari ad merita causæ. Felin. c. exhibita, de iudic. num. 7. Nam omnes exceptiones, quæ solent impedire litis ingressum, si indigeant altiori indagine, non impediunt processum, sed proceditur ad litis contestationem, reseruatis exceptionibus ad merita causæ. Bartol. in l. nam & posteà. ff. de iureiuran.

Generales notiones & regulas, ex quibus Exceptiones litis finitæ cognoscere licet, habet Angel. in §. æquè, numero 11. Instit. de except. et Philipp. Franc. aliquas recenset, super c. 1. de lit. contest. lib. 6. Videlicet, quòd omnis Exceptio, quæ est notoria ex narratis per actorem, impedit litis ingressum, quia ipsa se per suam confessionem excludit. l. cùm precium. C. de liber. caus. Bart. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig. Nam in notorijs non requiritur neque processus, neque ordo iuris, neque probatio. c. ad nostram, de iureiuran. c. vestra. c. tua, de cohabit. cler. & mulier. Et neque pro actore, neque pro reo, manifesta iuris ordinem requirunt. c. manifesta. 2. quæst. 6. gl. Clement. appellanti, de appell. l. ea quidem. C. de accus. cum similibus.

ALIAE REGVLAE.

Item omnis Exceptio, per quam notoriè apparet de iniustitia actoris, impedit litis ingressum. Innoc. c. 1. de offic. vic. c. 1. de ord. cogn. glo. c.

ſuper literis, de reſcript. Item omnis Exceptio peremptoria, etiam non notoria, ſi opponens offert ſe incontinenti probaturum, impedit litis ingreſſum. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibend. Abbas c. ſuper literis, de reſcript. c. literas, de reſtitu. ſpol. Item omnis exceptio dilatoria iudicij impedit conteſtationem litis, quia coram non competenti iudice, non cogitur quis litem conteſtari, & præſcriptiones fori in principio ſunt proponendæ. l. fina. C. de except. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. Item omnis dilatoria, quæ opponitur parti, ſiue ratione ſuæ perſonæ, ſiue aduerſarij. impedit litem conteſtari. c. ſignificauerunt, de excep. Bartol. & Doct. in l. de pupillo. §. pen. & vlt. Idem ſi dilatoria objiciatur agenti vel conuento, alieno nomine. l. ita demum. et l. alienum. C. de procurat. Item ſi lex vel ſtatutum deneget parti audientiam, talis obiectio impedit litis ingreſſum. Bart. l. non ſolùm. §. quanquàm. ff. de iniur. l. 1. ff. ad Macedo. l. 2. ff. ad Velleia. Item quoties actori opponitur, quòd illi actio non competat, repellitur ab ingreſſu litis. Bar. & alij in §. ſi quis poſt. l. eleganter. ff. de condict. indeb. Imò iudex ex officio agentem ſine actione, repellere poteſt. glo. & Barto. l. vbi pactum. C. de tranſact. Item quoties actori opponitur, quòd ſua non interſit, experiri, dummodò intereſſe incidenter deducatur, & non principaliter, impeditur litis conteſtatio. l. poſthumus. §. ſi quis ex, &c. ff. de inoffic. c. veniens. 2. lo c. de teſtam. Poſtremò, omnis Exceptio, per quam factum redditur impunibile, poteſt proponi ante lit. conteſtat. vel ante nomen receptum inter reos. l. ſi maritus. §. deſcriptiones. ff. de adulter. l. ſi ſeruus. Vbi Docto. C. de his qui ad eccleſ. fugiunt.

Formam

Formam proponendi except. prohibentes litis ingressum, vide apud Angel. alleg. §. ęquè. Pręterea processum, & an post lit. contestat. possint opponi, & quis illas possit opponere.

Hactenus de Exceptionibus litis finitæ, Sequetur de Peremptorijs.

DOLI MALI EXCEptio.

RAtio & causa inducendi hanc exceptionē, fuit naturalis æquitas, quæ magis quàm rigor iuris, spectanda est. l. in omnibus. ff. de reg. iur. l. placuit. C. de ll. Et ne malitia doloso esset lucrosa, & simplicitas circunuento damnosa. l. 1. ff. de dol. mal. et l. non fraudantur. ff. de regul. iur. l. 2. §. pen. ff. ad Velleia. l. 2. & 3. C. si minor se maior. dix.

Ex glossa & Doct. in l. qui se debere. ff. de condict. ob causam, not. 4. vel 5. species exceptionis doli mali. Prima datur, quando contractus fuit factus per dolum dantem causam contractui, quæ nascitur simul cū ipso contractu. l. 2. in princip. ff. de doli except. Secunda datur in locum non numeratæ pecuniæ. Et nascitur tempore, quo ille agit, qui scit se per exceptionem posse repelli. d. l. 2. §. proinde. Tertia datur in locum pacti & iurisiurandi. Dolo enim facit, qui petit ex iure aliquo, cui renunciauit, d. l. 2. §. item quæritur, & Iason in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. Quarta datur in locum exceptionis facti vel intentionis, quando scilicet actor nullo iure nititur, sed de facto agit, d. l. qui se debere. Quinta datur in locum cuiuscunq; alterius exceptionis, d. l. 2. §. & generaliter.

& l.qui æquitate. ff. de doli exceptio. Nisi ratio personæ vel iusti ignorantia exceptionem excludat.glo.in l.si ex cautione. C.de non num.pecun. Vnde exceptio doli dicitur subsidiaria, adeò vt concurrat cum qualibet exceptione, etiam cum illa: Vt quis non teneatur vltra quàm potest. l. Nesenius. Vbi Iason.ff.de re iudic.num.16.

Exceptio doli mali est intentionis & facti. l. qui Romæ.§.cohæredes.Vbi Iason.ff.de verbor. obligat.glo.in vers.exceptione,in l.qui se debere. ff. de condict. ob caus. Quanquàm generalis & subsidiaria sit, attamen concurrit cum alijs Exceptionibus & actionibus etiam extraordinarijs,per §.Labeo ait. et §.etsi ex stipulatu, in l. apud Celsum. ff.de except. dol.mal. quia fauorabilior est Exceptio doli mali, quàm Actio doli mali,per l.fauorabiliores.ff.de regul.iur. Nam actio doli mali cum nulla àctione concurrit.Bartol. & alij. §. eleganter. l. si finita. ff. de dam. infect.

Exceptio doli mali in rem ex parte opponentis est.l.2.§.planè.ill.tit.f.de except.do.mali.Sufficit enim dolum esse commissum in re,nec opus est, vt aduersus excipientem sit commissus. argum.§.2.in l.Fulcinius.ff.ex quib.caus.in possess. eatur. Sed ex parte eius, cui opponitur, est personalis.Vnde quicunque dolum commisit,repellitur exceptione doli mali.l.apud Celsum. §. pen. ff.de dol.mal.except.glo.in l.sed Iulianus.§.non solum.ff.ad Macedon. Vnde ex parte opponentis transit ad fideiussores, iuxta regulam, Exceptionum realium,ex l.exceptiones.2.lo.ff.de exceptio. Et competit fideiussoribus, & omnibus quorum interest, etiam inuito reo, d. tit. l. omnes. et l.& hæredi.ff.de pact.

Exce-

Exceptio doli mali, quæ concurrit cum quacunque alia exceptione, fauorabilis est. glo. l. qui se debere. ff. de condict. ob caus. Item Exceptio doli, quæ oritur ex re ipsa, absque proposito stipulatoris, dicitur fauorabilis. l. si cùm aliquem. Vbi Iason ff. de verborum obligat. Sed exceptio doli mali specialis, quæ oritur ab initio ex dolo incidente contractui, est odiosa. Bartol. l. 2. C. de rescind. vendi. Cynus in l. cùm quis. C. de iuris & facti ignoran.

COMPETIT HAEC EXceptio.

REO vel conuento, qui dolo inductus, promisit stipulanti, quod non debuerat. Instit. de except. in princ. Vel illi, qui vltrà se obligauit, quàm ratio iuris patitur. Bald. d. l. si quis cum aliqua. Vnde datur decepto vltra dimidiũ iusti precij, quando dolus re ipsa incidit contractui, l. 2. C. de rescind. vendit. Item datur decepto promissori, qui fuit per dolum inductus ad promittendum, aliàs nõ promissurus. d. l. si quis cum aliqua. ff. de verbor. oblig. et l. dolo vel metu, C. de inutil. stipulat. Prætereà fideiussoribus & omnibus, quocunque modo pro alijs obligatis, quia rei cohæret l. exceptiones. 2. lo. ff. de excep. et l. oẽs, eod. tit. Deinde datur contra varios & dolosos, qui calliditate quadam stipulãdo ad promittendum inducuntur. d. l. si quis cùm aliter. et d. l. dolo. Competit insuper promittenti ex causa, quæ non est sequuta: putà, reualescenti, si non præstat, quod causa mortis promisit. l. apud Celsum. §. Iulianus scribit. ff. de excep. doli mal. et l. mortis causa. §. Titia. ff. de donatione

causa mortis. Inde competit etiam promittenti alteri ex iussu alterius ex errore, cùm neutri quicquam debebat. ff. eodem. l. Iulianus ait. Inde etiam competit patri, per errorem vsuras dotis promittenti, cùm tamen ille filiam aleret. l. pater pro filia. ff. illo tit. l. insulam. §. vsuras. ff. solut. matrim. Prætereà competit emptori hæreditatis falsæ contra hæredes venditoris, petētes precium pendente cognitione falsi. l. pater. §. ex quadrante. ff. ill. tit. Item datur ementi rem alienam à nō domino, qui deinde domino successit, si ille ipse venditor petat. d. l. apud Celsum. §. si à Titio fundum emeris. Item datur ædificanti in alieno solo pro sumptibus retinendis. l. cùm vir vxori. et l. Paulus respondit. ff. ill. tit. Item datur domino conuento ex iudicato propter corruptionem procuratoris. ff. ill. tit. l. si procurator. Item datur debitori, cui debitum negatū est, vel cui liberatio legata est, contra hæredem qui pergit debitum remissum petere. l. purè. l. dolo facit. §. auus. in l. pater. ff. ill. tit. et l. 3. cum 4. ff. de liberatione legata. Prætereà datur debitori furiosi, qui post solutionem ex delegatione factam conuenitur pro debito. ff. ill. tit. l. si debitor. Postremò datur hæredi: putà, hæredi soceri, cùm filia vel gener socerum ad promittendam dotem induxerat. d. l. apud Celsum. §. apud Iulianū. Item datur hęredi liberti de dolo patroni. l. apud Celsum. §. aduersus. ff. ill. tit.

Exceptio huiusmodi aduersum eum, qui agit ex stipulatu sine causa, vel causa non expressa. ff. de except. dol. mal. l. 1. §. circa, & de fid. instr. c. si cautio. Specu. tit. de feud. §. 2. vers. 4. Nam qui stipulatus est sine causa, vel causa non sequuta, vel causa finita, nihil agit. d. §. circa. Nisi enim

causa probetur, reus absoluitur. gl. l. generaliter. C. de non num. pecun. text. l. cùm de indebito. ff. de probat. Fideiussor etiam, qui sine causa promisit, potest se except. dol. mal. defendere. l. si stipulatus esses. 1. respon. ff. de fideiuss. In summa, vbi nulla causa subest stipulationi, nulla obligatio cum effectu constituitur. ff. de pact. l. iurisgentium. §. sed cùm nullum.

Aduersus pupillum competit exceptio doli mali, petentem id quod solutum est, sine tutoris authoritate, in quo factus est locupletior. ff. de except. l. 4. et de doli except. l. apud Celsum. §. si quis pupillus. Item si cum dolis locupletatus sit. d. l. §. illa etiam quæstio. Pupillus enim ex dolo suo conueniendus est, & repellendus per exceptionem, si proximus pubertati sit, & doli capax. d. l. apud Celsum. §. de dolo autem ipsius minoris. Et maximè si locupletior est ex eo factus. ff. de dol. mal. l. hæredibus. §. fin. Ne propter malitiæ ignorantiam quis eandem pecuniã consequatur, contra l. bona fides. ff. de reg. iur. Et etiam quia excipiendum contra eum est, qui solicitus est de præda. text. & glos. l. fina. C. de vsucap. pro empt. Et ita in cæteris omnibus, quibus non rectè soluitur sine legitimo administratore. d. §. si quis pupillus. in l. apud Celsum. ff. de dol. except.

Contra minorem vendicantem rem donatã, & non reddentem sumptus, expensas aut alimenta, datur doli mali exceptio. l. apud Celsum. §. si minor. Nam possessor bon. fid. sumptus per doli exceptionem recuperat. l. sin autem. §. in re petita. ff. de rei vendicat. Etiamsi minor quacunque causa restituatur, repellitur exceptione doli mali, si non præstet precium cum

vsuris,& sumptus meliorati prædij.l.intra.§.fin. ff.de minor. et l.si prædiũ. C.de pręd.minorum. Prætereà hæc Exceptio competit aduersus fructuarium vendicantem vsufructum ab eo,qui emit rem à domino volente fructuario. d.l. apud Celsum.§.quęsitum est,quia videtur vsufructus consensu fructuarij distractus,argumen.l.2.C.de remiss.pign.

Doli mali Exceptio datur etiam contra creditorem condicentem mutuum, ante diem vsurarum præstitarum.ff.illo tit.l.2.§.non malè dictum est. Dolo enim malo facit,qui accepit vsuras,& sortem ante diem petit,cui petitioni tacitè renunciasse videtur. argum. l.post diem. ff. de leg.commissaria. Item contra creditorem petentem pecuniam,cuius culpa perditum est pignus. d.l.apud Celsum.§.item quæritur, quia si creditor non seruat fidem,restituendo pignus,nec debitor tenetur restituere creditum. C. de pact. l. cùm proponas.2.lo. Item contra creditorem agentem pro pecunia,quam debitor obtulit,& illius opera perdidit.ff.illo tit.l.si opera. Etenim non est æquum, teneri eum pecunia amissa, qui non teneret, si creditor accipere voluisset. ff. de solut. l. qui decem. Et debitor generis liberatur per exceptionem, si res pereat post oblationem. glo.d.l.qui decem. Prætereà hæc Exceptio competit aduersus creditorem amodò petentẽ,quod debitor creditori creditoris soluit. d.l. si opera. Modò ille præsens solutioni non contradixerit. glo.d.l.si opera. et l.fin.§.fin.ff.de verb.oblig.

Doli Exceptio competit aduersus petitorem, qui & rem iudicatam vendicat,& pœnam stipulatam. Iniquũ est enim, & rem possidere, & pœnam exigere.d.l.apud Celsum. §.Labeo ait, quia acci-

accipiendo rem pœnam remisisse videtur. l.fi. ff. de eo quod certo loc. Vbi Iason latiùs. Nam alternatiuè stipulatio facta intelligitur, scilicet, vt aut res soluatur, aut pecunia petatur, & creditor altero contẽtus sit. l. ita stipulatus, in fi. ff. de verbor. obliga. Nisi rato manente pacto stipulatum sit. l. quum idem. ff. de transact. Vel nisi in altero plus sit. l. prædia. ff. de actio. empt. Datur etiam contra agentem ex stipulatu ad pœnam, eô quòd reus non steterit iudicio, in casu quo ipse agens dolo malo, reum retinuit ne iudicio sisteret. l. 1. §. si reus. ff. de eo per quem fac. erit. Item datur reo, qui promisit iudicio sisti sub pœna, & post diem sistendi de negocio transactum est in eo casu contra agentem ex stipulatu ad pœnam, datur except. dol. mal. Quis enim de pœna promissa laborat post negocium transactum. ff. si quis cauti. l. 2. Nisi in transactione super sorte, reseruata specialiter sit pœnæ petitio. l. si debitor. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol.

Conuento etiam ex stipulatione ad pœnam, qui obtulit pro rata portione pœnam, competit exceptio doli mali. l. si seruus. §. 1. ff. si quis cauti.

Prætereà contra agentem ex empto ad redhibendum, competit hæc exceptio, scilicet si emptor sciuit vitium rei, attamen emit. Quo casu si agat pro precio soluto recipiendo, vel ad interesse, repellitur exceptione doli mali. l. apud Celsum. §. item Labeo. ff. de dol. mal. ex. In ædilitijs enim actionibus exceptionem opponi æquum est, si emptor sciuit de fuga, aut de vitijs. ff. de ædil. edi. l. si tamen. In vniuersum, si vitium, morbúsue rei intelligatur, edictum cessat. ff. de ædil. edi. l. 1. §. eum qui certus est.

Datur etiam contra hæredem, qui quid ex testamento contra voluntatem defuncti petit. ff. ill.tit.l.apud Celsum.§.præterea.Quia solet doli exceptio nocere his, quibus voluntas testatoris refragatur.l.qui cum alio.ff.de reg.iur. Item datur contra legatarium, si petat legatum voluntariè alienatum. ff.de aur.& arg.leg.l.scribi. §.item scripsi. Item contra legatarium vendicantem totum legatum, non oblata æstimatione quartæ Falcidię.ff.de dol.except.l.curæ.Item contra hęredem petentem legatum, qui tamen non impleuit conditionem.ff.ill.tit.l.fin.§.fin. Item contra hæredem, petentem legatum, cùm precium pro institutione acceperat, quia dolo facit, qui partem hęreditatis ex institutione accepit, & tamen negatum petit.d.l.apud Celsum. §. si quis ex vncia.ff.de petit.hær. l.sed etsi le.&c. §.item si rem. Item contra hæredem petentem hæreditatem, qui tamen antea legatum accepit. ff.de petit.hæred.l.postquàm.Et datur pro retinendis sumptibus & impensis factis à bonæ fidei possessore. ff. de petit.hæred.l.hæreditas.

DE DOLI MALI ALIENI Exceptione.

EXceptio doli mali competit contra hæredem propter dolũ defuncti. l.ad ea. §.vltimo. et l.quod ipsis. et l.qui in alterius. ff.de regu.iur. Quia res transit cum suis vitijs. l.vitia. C.de acquir.poss.Et transit cum ipsis etiam personalibus, si hæres velit vti adminiculo defuncti.l.cùm hæres. ff.de diuers.& temp.præscrip.l. Pomponius.§.1.ff.de acqui.poss.l.apud Celsum. §.de authoris.ff.de excep.dol.mal.Præterea hęc

exce-

exceptio obijci poteſt contra patrem vel dominum, ob dolum commiſſum per filium vel ſeruum, ſi actio ex peculiari negocio intentetur: ſi autem ex dominico, tunc de eo duntaxat negocio excipi oportet, qui admiſſus eſt in ipſo negocio, quod geritur, iuxta §. in hac except. d. l. apud Celſum. Item in acquirendis, & non in acquiſitis, dolus filij vel ſerui nocet patri vel domino. l. ſeruus. C. de pact. Contrà autem dolus patris vel domini, ſemper nocet filio vel ſeruo agentibus. d. §. in hac exceptione.

Inſuper contra pupillum vel adultum de dolo tutoris vel curatoris, quatenus effecti ſunt locupletiores. Niſi colluſio ſit facta. d. l. apud Celſum. §. illa autem quæſtio. Sed dolus protutoris pupillo non nocet. d. l. apud Celſum. §. ſi quis nõ tutor. Ad hæc dolus alterius ex ſocijs alteri obſtat. l. ſi duo. ff. ſi quis cautio.

Contra dominum etiam agentẽ de dolo procuratoris in rem ſuam, & de dolo procuratoris generalis cum libera, excipi poteſt per rationẽ, l. qui ſtipendia. C. de procur. et per l. procurator generalis cum libera. ff. de procurat. Sed de dolo procuratoris ſimplicis cõtra dominum agentem excipi poteſt, ſi dolus commiſſus ſit in iudicio, & poſt litem conteſtatã. d. l. apud Celſum. §. petitum eſt. et in l. ſi procurator. 2. lo. ff. de do. excep. Quod intelligitur, quatenus dominus effectus eſt locupletior. Bal. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. et in l. ſi procurator. §. Celſus. ff. de condict. indeb. Regulariter autem, ſi antè vel poſt iudicium procurator ſimplex in dolo verſatur, contra dominum excipi non poteſt. l. Plautius. et l. ſi procurator meus. §. 1. ff. de procur.

Exceptio dol. ma. nõ datur cõtra empt. de do.

autho-

authoris,& contra alium successorem singularẽ succedentem ex titulo oneroso, sæpè d.l.apud Celsum.§.de authoris. C.de præscrip.long.tem. l.1.l.eum qui.§.prætor ait.ff.de publi. Quæ regula variat in aliquot casibus. Vt not.ex d.§.de authoris. et apud Angel.in §.sequitur. Instit.de except.quos licet ibi videre.

Doli mali except.quæ poterit obijci deleganti,non obstat illi cui facta est delegatio.l.doli.ff. de noua.Quia ille nititur ex sua stipulatione,& non innititur actioni cessæ vel delegatæ. Hanc tamen regulam Angel. limitat aliquot modis,in allegato. §. sequitur. Instit. de except. numero 17.18.

Exceptio doli mali, quæ competebat contra cedentem,datur etiam contra cessionarium, vbicunque cessionarius agit ex iure cedentis, inhærente personæ, vel ex actione cessa,vel ex dominio quæsito,mediante actione cedentis. Item vbi cessionarius intentat directas actiones. Item vbi exceptio impedit actionem cedentem, & illius substantiam. Item si cessio fiat ad vtilitatem cedentis,semper exceptio obstat cessionario.Angel.§.sequitur numero 16.Instit.de except.Sed vbicunque cessionarius venit per Publicianam, vel vsucapionem ex persona sua, Vbi habet dominium à se, Exceptio doli, & alia, quæ contra cedentem dabatur, non competit contra cessionarium. Item contra cessionarium intentantem vtiles actiones, ex causa onerosa, de dolo commisso non circa actionem cessam,sed circa aliud, non competit exceptio,quæ dabatur contra cedentem. Dynus in regula,si quis in,&c. de regu. lib.6. Bartol.in §.si cum legitima, in l.apud Celsum.ff.de dol.except.Prætereà vitium personale

ſingulari ſucceſſori, tam ex cauſa oneroſa, quàm lucratiua, non nocet.

Doli mali alieni Exceptio non datur contra Eccleſiam propter dolum prælati. Bald. & alij. l. meminerint. C. vnde vi. Niſi ex dolo vel delicto aliquid ad Eccleſiam peruenerit. Dynus in c. delictum perſonæ, de reg. in libro 6. Prætereà municipes & vniuerſitas de dolo adminiſtratorum non tenentur, niſi ad eos ex dolo adminiſtratorum aliquid peruenerit. l. ſed & ex dolo. ff. de dolo malo.

QVANDO ALTERI PER alterum doli Exceptio quæratur.

QVæritur domino per procuratorem paciſcentem cum creditore, ne à domino petat. l. reſcriptum. §. fin. ff. de pact. Quod intellige, ſi habeat generale mandatum, vel cum libera, vel ſit in rem ſuam, quia procuratori ſemper facultas benè gerendi conceſſa intelligitur. glo. l. nam & nocere. ff. de pact. Item cæteris ſocijs Exceptio doli mali per alterum quæritur. d. tit. l. item magiſtri. Item pupillo per tutorem Exceptio quæritur. d. tit. l. tutoris. Item reo per fideiuſſores & confideiuſſoribus Exceptio acquiritur, ſi hoc actum eſt, ne à reo vel fideiuſſoribus petatur. l. idem in duobus. §. quamuis. ff. de pact. Item hæredi ex liberationis legato defuncto debitoris exceptio quæritur. ff. de liberatione lega. l. non ſolum. §. ſi liberationis verbum.

Per extraneum non quæritur Exceptio doli mali debitori, niſi extraneus nomine debitoris

pactum

pactum recipiat, vel nisi paciscens habeat mandatum, vel sequuta sit ratihabitio. Bartol. Paul. de Castr. & Iason l. idem in duobus. §. personale. ff. de pact. Bartol. l. non solùm. §. liberationis. ff. de liberat. legat. Vnde licèt exceptio doli mali ex parte opponẽtis, in rem sit, vt l. 2. §. 1. ff. de doli except. Tamen non quæritur alteri conuento, nisi vel respectu eiusdem rei, vel respectu eiusdem obligationis. l. si tibi. §. pactum. ff. de pact. Bald. l. fideiussoris. ff. eodem. Vel nisi sint eiusdem pecuniæ debitores. l. & hæredi. §. in his. ff. de pact. vel nisi se inuicem contingant, aut alterius intersit alterum liberare. Ias. d. §. personale. Et ideò exceptio doli mali non datur tertio, ex eo quod res alteri est restituẽda, quàm conuẽto. l. si socer. §. Lucius. ff. sol. matr. l. 1. C. si constante matrimo. dd. l. fin. C. de edict. D. Adria. toll. Nec datur cui cõtra commodatarium, quantũ is domino sit restituturus. l. fin. §. sed cùm in secundam. C. de fact. Nec datur socero contra generum, quanquàm ille dotem vxori sit restituturus. d. l. Lucius. Et in quibus alijs casibus exceptio, Dolo facis, locum non habeat, vide Docto. d. §. Lucius. et in c. dolo facis. et c. qui ad agendum, de reg. iur. lib. 6. et in l. 2. C. de edict. D. Adria. tollen.

Contra aliquas personas hæc Exceptio non datur propter reuerentiam, putà aduersus parentes patronosq́ue, eminentes bonis moribus, neque doli exceptio, neque alia, quæ parentis patroniq́ue opinionem apud bonos viros sugillat, siue ex suo, siue alieno contractu. Neque etiam contra hæredem patroni datur. Nam conuenit tam viuo, quàm mortuo patrono honorem exhiberi. ff. de dol. except. l. apud Celsum. §. aduersus.

ſus.ff.de obſequijs à liberis. l.licèt. Extende nomen parentum & patronorum, ſicut in l.4.cum ſeq. ff.de in ius vocan. In factum tamen excipiendum eſt contra parentes patronosq́;, quæ Exceptio verbis temperanda eſt, ita vt in medio concludendi non fiat mentio doli ſeu fraudis. Sed quòd non conueniat fidei bonæ, cum aliena iactura locupletari l.non debet. Vbi Barto.ff.de dol.mal. l.ſi ſuperſit. C.eod. cum l. ne ex dolo. Bartol.l. infamem. ff.de public.iudic. Similiter non competit humili ſiue plebeio, contra eum qui poſitus eſt in dignitate, nec vili contra hominem vitæ emendatoris. Docto.d. §.aduerſus. & in allegatis legib.de dolo malo.

Exceptio doli mali perpetua eſt.l.pure.§.fi.ff. de dol.except. Adeò, quòd perpetuò competit, & nunquàm illi præſcribitur, & in qualibet parte inſtantiæ poteſt opponi, vſque ad ſententiam. Et in quibuſdam caſibus contra executionem ſententiæ competit: putà, ſi ſententia lata ſit contra partem ex falſis allegationibus. l. cùm à te. et l. ſi legatarius. ff.de dol.mal. Angel.Alexand. l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig. Item contra exigentem pœnam compromiſſi, quãdo ſententia lata eſt ex dolo, vel pœna commiſſa eſt ex iniuſta ſentẽtia, tunc competit exceptio doli mali. Bart.l.ita demùm.§.ſed ſi quidem. et in l. arbitrorum.ff.de arbit.

Dolus malus in vim replicationis multifariã opponi poteſt, & multas exceptiones remouere, putà contra excipientem de tranſactione replicatur de dolo malo eius, qui ſubtraxit inſtrumenta, quibus veritas argui potuit. l.ſub prætextu.C.de tranſact. Item contra eum, qui nititur inſtrumẽtis diuiſionis, quibus cautũ eſt, ne quid

vltrà

vltra de hæreditate petatur, poteſt replicari de dolo malo, quia excipiens aliquid pecuniæ ſubtraxerit de hæreditate, iuxta l. tres fratres. ff. de pact. Item contra excipientem de tranſactione doli mali, vel in factum replicatione vſus, poteris ad obſequium placitorũ aduerſarium tuum vrgere. C. de tranſ. l. ſiue apud acta.

De dolo malo etiam replicatur contra filium famil. excipientem de Macedoniano, in caſibus in quibus ceſſat Macedonianum. tex. & glo. in §. contra ſenatuſconſ. in l. apud Celſum. ff. de dol. except. Putà, ſi filiusfamiliâs aſſeruit ſe ſui iuris eſſe, & creditor habuit iuſtas cauſas ignorantiæ. Sic enim filiusfamiliâs egit, ſic contraxit, ſic muneribus publicis functus eſt. C. ad ſenatuſc. Macedon. l. 1. & l. 2. Cæteros caſus, in quibus Macedonianum ceſſat, colligere licet ex tit. ad Macedon. in Pandectis & C.

Doli mali replicatio datur contra mulierem vtentem Velleiano, ſi creditor aliqua ratione per mulierem deceptus ſit: Putà, ſi mulier diſſimulauit res eſſe alienas, cùm ſint ſuæ. C. ad Velleia. l. ſi ſine, vel ſi ſimulauit ſe eſſe quod non eſt, decipiendi cauſa. ff. ad Velleian. l. ſi decipiendi, vel ſimulauit negocium ad ſe principaliter pertinere. l. 1. C. ad Velleian. Vel ſi ſimulauit ſe accipere pro alio. l. ſi cùm mulier. C. eod. In ſumma, creditor replicatione doli mali ſenatuſconſulti exceptionem remouere poteſt, ſi neſciuit mulierem intercedere, vel negocium ad mulierem principaliter non pertinere, vel ſi ignorauit mulierem mandaſſe fideiuſſionem. l. ſi fideiuſſores, cum ſequente. ff. ad Velleia.

Cõtra excep. do. mal. datur replicatio doli mali, quãdo reus tractat de lucro, & actor de damno,

no, vt notatur l. cùm mulier. ff. solut. matr. et l. si duo. ff. de dol. mal. l. fi. §. sed si stipulator. ff. de eo per quem fa. facit. c. intelleximus, de adult. In summa, replicatoria damni admittitur contra except. lucrosam. Quod tamen fallit. Primò, si replicatio dicat illud idem, quod dicit petitio siue libellus. Vt si repeto turpiter datum, & excipitur de turpitudine, non admittitur replicatio de eadem. l. 1. 2. et l. si ob turpem. ff. de condict. ob turp. cau. l. 1. l. mercalem. C eod. Secundò fallit, si replicatio agentis de damno vitando tangeret personam excipientis, & non merita causæ, non auditur replicans, quia actor vocando indignũ habilitare videtur, & vbi persona necessario cõparet, non potest replicari de inhabilitate eius. Innoc. c. cùm inter, de except. Et replicatio quæ non tangit causam, non iuuat actorem. Hostiens. c. fin. de ord. cognit. Tertiò fallit, si replicatio euitatoria damni non sit, de eodem facto, nec si præcisè exclusiua exceptionis. Abbas & Felin. c. dilecti filij, de except.

Aduersus doli mali Exceptionem, non datur replicatio doli mali. Vbi pariter tractant de damno vitando, vel de lucro captando, quia in pari causa præfertur reus. Angel. in §. Marcellus. l. apud Celsum. ff. de dol. mal. except. et in c. dilecti filij, de except. vbi Canonistæ. Vnde testis cui obijcitur crimen, non potest replicare de crimine, quia excipiens tractat de damno vitando, ergò non debet repelli replicatione criminis. glos. c. testimonium, de testib. et c. in fidei, de hæretic. lib. 6. Bald. l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fid. cathol. Panorm. d. c. dilecti filij.

DE EXCEPTIONE SImulationis.

EXceptio ſimulationis oritur ex ſimulatione, quæ omninò non habet ſubſtantiã obligationis: Putà, quando in veritate nihil agebatur, vel agebatur aliquid inualidũ vel turpe: ſecùs ſi in veritate aliquid agebatur, ſed illud cadit in ſpeciem alterius obligationis. Bartol. l. Lucius Titius. ff. depoſi. Idem l. ſi ſub ſpecie. C. de poſtul. et l. ſi ex precio. C. ſi cert. pet.

EXCEPTIO SIMVLAtionis.

COmpetit illi, qui ſimulatè contraxit, & illi, cum quo ſimulatè eſt contractum. Et pôteſt ille, qui ſimulauit contractum, ſimulationem allegare, & petere contractum reſcindi quatenus de facto proceſſit. Paul. Caſtr. ſub tit. Plus valere quod agitur, in vlt. commento. Item cõpetit marito vel hæredi illius, aduerſus vxorem vel illius hæredem, repetentem dotem, amplius cõſtitutam, quàm ſit numerata. dd. l. ſi diuortio. ff. de verb. oblig. glo. et Dd. l. ſi voluntate, C. de dot. promiſſ. Item hæredi debitoris competit facultas allegandi contractum ſimulatum, licèt defunctus tacuerit tempore vitæ ſuæ. Panorm. c. illo vos, de pignor. et c. ad noſtram, de empt. & vendit.

In ſummà, Exceptiò ſimulationis obijci pôteſt vbicunque falſitatis exceptio locum habet. Bald. l. ſi non rerum. C. de donat. inter vir. & vx. Quæ etiam locum habet in actibus iudicialibus, & extraiudicialibus. Bal. l. 2. C. plus valere quod agitur,

agitur, & contra instrumenta opponi potest; putà matrimonij glo.l.neque.C.de nupt.Bald.§.naturales.tit.si de feudo fuerit cõtrouersia, & contra donationem insinuatam, factam in fraudem confiscationis.Speculat.de donat. vers.pone aliquis.Bart.l.post contractum,de donat.

Cùm prior species simulationis sit, quando in veritate agitur, vt vnus cõtractus celebretur, & alius celebrari simuletur ; putà, si quis donauit, simulauit autem se vendere.C.de contrahen. empt.l.empti fides.Vel si quis pignori accepit, simulat autem se emisse.l.emptione.C.plus valere quod agitur.Aut simulatur locatio,cùm in veritate sit venditio.d.tit.l.fin.Vel simulatur depositum,cùm tamen sit contractus dotis. l.Lucius.2. loc.ff.depos. In qua specie, & in his casibus locum habet Exceptio simulationis, vnde competit exceptio simulationis vẽditori, qui animum vendendi non habuit, neque etiam emptor consilio emendi contraxit,sed potius animo pignorandi vel locandi, cõtra ementem fundum, eundemq́ incontinenti locantem cum pacto de retrouendendo, interueniente fraude, dolo vel simulatione, verè, fictè, vel præsumptiuè. Et est deceptio siue læsio in venditione, locatione, & in pacto de retrouendendo.c.ad nostram, de empt. & vendit. et c.illo vos, de pignor.

Contractus dicitur simulatus, & inde rescindendus, si ex parte vtriusque contrahentium interuenit dolus, fraus, vel simulatio, quia neuter contrahentium habuit animum vendendi, vel emendi, licèt nulla læsio in precio seu pacto de retrouendendo interuenerit.vt tot.tit.C.plus valere quod agitur. et Bart.in l.post contractum. ff.de donat.Doct.in l.per diuersas. C.mand. et c.

illo vos, de pign. c. ad nostram, de emptio. & venditio.

Præterea dicitur contractus simulatus, si venditor non habuit animum vendendi, attamen emptor habuit, sed emptor ignorauit, venditorem animum non habere. Nam hoc casu emptor contra venditorem de simulatione agere & excipere potest. Cæpol. in §. quarto casu. vers. tertiò casu principali, de simulatione contractuũ. Postremò, si emptor non habuit animum emendi, tunc venditor potest de simulatione opponere, ad rescindendum contractum. l. & eleganter. ff. de dolo. l. iurisgentium. §. dolo malo. ff. de pact.

Insuper contractus dicitur simulatus, & proptereà rescindẽdus, quia interuenit læsio in venditione, locatione & pacto de retro vendendo, dictis iuribus, vt notatur circa c. conquestus, de vsur. vel interuenit læsio, in duobus tantùm habeo respectũ ad valorem rei venditę, & eius fructuum vel redituum. Non autem pecuniæ solutæ. Cæpol. d. tractatu, de simula. l. contractuum, in §. quoniam te casu. versicu. secundo casu.

Contractus etiam dicitur simulatus, & inde rescindendus quando tria concurrunt, scilicet de retrouendendo pactum, tenuitas precij, & quod emptor solitus sit fœnerare. d. c. illo vos, et c. ad nostram. glo. in c. conquestus, de vsuris.

Postremò contractus dicitur simulatus, quia pactum est de retrouendendo, & de fructibus perceptis in sortem computandis, & quòd vltrà summam receptam aliquid debeat, per volentẽ redimere, solui. d. c. illo vos, de pignor.

Præterea Exceptio simulationis cuilibet, qui per

per ſimulatum contractum læditur, præter ea, quod ei competit, cum quo contrahatur. Bald. l.emptione. C.plus valere,&c. Panormitan.c.illo vos,de pignor.

REPLICATIONES CONtra exceptiones ſimulationis.

SI excipiens de ſimulatione contractus, non expreſſerit cauſam ſeu ſpeciem ſimulationis, poteſt replicari contra eum, quia exceptio ſit dubia,generalis,obſcura & incerta.Nam excipiens claram & certam ſimulationis ſpeciem exprimere debet.Bald.l.ab Anaſtaſio. C.mandat. Paul.Caſtr.l.iuriſgentiũ.§.dolo malo. ff.de pact. Docto.l.mater. C.de probat. Quia id quod pluribus modis fieri poteſt, debet declarari per intentantem.Bald.d.l.ab Anaſtaſio.Et quandocunque probatio conſiſtit in differentia temporum, oportet vt fundans ſe ex differẽtia, probet eam, ff.de neg.geſt.l.cùm actum. et de noui oper.nunc. l.non ſolùm.§.ſed &c. Vnde ſi non expreſſerit ſimulationis ſpeciem, exceptio non eſt admittenda.l.1.§.Labeo.ff.de fluminib.c.cùm ex officij,in fin.de præſcrip.Clemen.fin.de appellat.Quia exceptio generalis incerta & obſcura non prodeſt, niſi declaretur. Doct.in l.Titiæ textores.ff.de legat.1.Bart.l.1. C.de condict.ob turp.c.& iudex ex officio poteſt excipienti iniungere, vt exceptionem declaret. Bald.l.age cum Geminiano. C.de tranſact.

De renunciatione etiam contra except. ſimulationis, replicari poteſt, ſi renunciatio facta ſit ex interuallo, quia per renunciationem ex in-

 teruallo

teruallo tollitur præsumptio ſimulationis, argumen.eorum quæ not.in l.2. C.quod met.cauſ. ſecùs ſi renunciatio ſit facta incontinenti, nam actor nequit replicare de renunciatione ſimulationis, quando reus dicit contractum ſimulationis,& omnia contenta. Bartol. l. nemo poteſt, ff.de leg.1.

Contra ſimulationem de iuramento, non poteſt replicari, quia contractus ſimulatus ſimulatione nihil agentium, non firmatur iuramento, glo.emptione.C.plus valere quod &c. et notant Docto.l.fin.C.de non num.pecun.

EXCEPTIO VEL REplicatio falſi.

COmpetit perpetuò, glo.l.querela.C.de falſ. per regulã legis, Puræ.§.ſi.ff.de dol.except. Docto.c.cùm venerabilis, de excep. et c. licet cauſam, de proba.Bar.l.ſi ex falſis.C.de tranſact. Quod intelligitur, ſi exceptio falſi opponatur ad repellendum eum, qui nititur falſo. Non autem ad reſcindendum aliquod remedium litis finitæ. Non tunc exceptio falſi tollitur quadriennio.Iaſ.l.D.Adrianus.ff.de re iudic.Bal.d.l. querela. Putà, ſi exceptio, vel replicatio falſi opponenda ſit contra ſententiã ex falſis probationibus latam, tunc oportet reſtitutionem in integrum infra quadriennium præcedere. gloſ.l.qui agnitis.ff.de except.Iaſ. d.l.diuus Adrianus. Sed impetrata reſtitutione in integrum, exceptio & replicatio falſi, eô quòd iam natę ſunt, perpetuò competunt.gl.d.l.querela facit.§.ſi minor.l.nam poſteaquàm.ff.de iureiur.

Exceptio falſitatis poteſt opponi in cauſa matrimo-

trimoniali quandocunque. dd. c. 1. de except. Et generaliter post terminum peremptoriũ ad producendum omnia. Card. in Clemen. 1. de except. in 6. quæst. Et potest opponi post sententiam. c. licet causam, de probat. Sicut omnis exceptio, per quam potest sententia & iudicium annullari. Hubert. de Bonacurso, in tract. except. sub tit. de except. quæ post sent. oppo. poss.

EXCEPTIO FALSI.

Competit reo condemnato per falsos testes, si contra eum petatur executio sententiæ. text. & Ias. l. Diuus Adrianus. ff. de re iudic, l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. Similiter replicatio falsi, datur actori victo, si iterum prima actione agat, & reus opponat exceptionem rei iudicatæ, actor replicabit, quòd sententia lata sit per falsos testes. l. qui agnitis. ff. de excep. Et idem in instrumentis, quod in testibus, per tit. si ex fal. instru. vel testim. iudic. sit. Nam titulus ille complectitur vtrunque. et per l. in exercendis. C. de fide instrum. Et intelligit Bart. prædictum titulum, si ex falsis. instrum. et l. diuus Adrianus. ff. de re iudic. locum habere, etiamsi fuerint producta instrumenta falsi, absque dolo partis, per glo. l. si ex falsis. C. de transact. et Bal. l. querelam. C. de falsis. dicit, exceptionem vel replicationem falsi, contra executionem sentẽtiæ tandem competere, petita restitutione in integrum. l. fin. C. de tempo. in integ. rest.

Falsitatis exceptio impedit executionem sententiæ, quando opponitur ante executionem factam, & apparet falsitas sine probationibus extraneis. Vel excipiẽs offert se incontinẽti proba-

turum. c.veniens, de testibus. c.literas, de restit. spol. Nisi præsumptio sit contra opponentem, quòd calumniosè excipiat. l.fin. C. si ex fals. instrum. Nam tunc fit executio præstita cautione per actorem, qui petit executionem fieri de restituendo quod accepit, si contingat opponentem obtinere. c.suscitata, de rest. in inte. l.satis apertè. C. de fals. Et hoc casu, putà, si præsumptio sit, ne maliciosè excipiat, mandabitur sententia executioni, præstita cautione. Deinde excipiens, si velit, poterit in modum actionis proponere, de appell. c.constitutus, de accus. c.accedens.

Hoc dictum, scilicet quòd exceptio falsorum testiũ & instrumentorum impediat executionem sententiæ, intelligitur, si probetur iudicem in ferenda sententia fuisse secutum dicta falsorum testium. glos. c.licet causam. verb. opponi, de prob. Et not. in l.falsam. C. si ex fals. instrum. vbi Doct. Et hoc casu sufficit sola falsitas absque corruptione, nisi excipiens astrinxerit se ad probandum vtrunque. d.glo. Et notant Doct. in l.diuus Adrianus. ff. de re iudic. Sola corruptela absque falsitate non retractat sententiam, vt notant Docto. circa alleg. gl. argu. §.1. in l.Fulcinius. ff. ex quib. caus. in posses. eatur. Sunt autem casus, in quibus satis est corruptionem probare, ad infringẽdam vel retractandam sententiam. Quos vide in Feli. in d.glo. verb. opponi.

Sententia lata prætextu falsorum testium vel instrumentorum, mero iure valet. gl. c.licet causam, de probat. dd. c.cùm venerabilis, de except. Tamen eneruatur per quatuor remedia. Quartũ autem est exceptio falsi, quæ perpetuò competit contra fundantem se in sententia lata ex falsis probationibus. glo. d.l.querela. C. de falsis. et in

d.c.

d.c.cùm venerabilis. Et licèt regulariter in casibus, in quibus restitutio & exceptio concurrūt, exceptio locum non habeat, nisi restitutio petita.l.nec non.§.exemplo.ff.ex quib.caus.maior.l. exceptiones. ff.de exceptio.l.nam & posteà.§.si minor.ff.de iureiur. Attamen hic competit exceptio, non petita restitutione. Iuxta sententiam Felin.c.licet causam, de probat. Et tenet eam opinionem etiam Vdalricus Zasius, in intell.singul. contra Bart.d.l.querela.

Falsi except.contra testem, præiudicat & suspendit processum causæ principalis. Bartol.l.diuus.§.diuus.et in l.si testamentum. ff.de peti.hęredit.Bald.l.si quis testibus.C.de testibus. et in l. maritus. ff.de vsuris. Quod intellige, si excipiatur de falso contra testem, & contra producentem. Nam si contra testem tantùm exciperetur, non suspenderet processum in principali. Cyn.l. 1.C.qui accus.non poss. Bald.l.fin. C. de fid.instr. idem in l.1.C.de quæstio.

Præstereà falsi exceptio opposita testi repellit etiam illum in alia causa. Barto.l.Bauarius. ff.de offic.præt. Item testis falsus in vno articulo, nō probat in alijs, ratione vnitatis iuramenti. c.fraternitatis, de hæretic. Innoc.c.in nostra, de testibus. Quod intellige, quando falsitas tangit substantiam negocij. Doct.o.l.si ex falsis.C.de transact.Bald.l.fin.C.de edict.D.Adr.toll.

Exceptio falsi contra testem, non infamat. l. Lucius.ff.de infamib. l.rescripto.§. si quis. ff.de minor. Item repulsus exceptione falsi, non punitur, quia per exceptionem falsi, non tollitur accusatio.glo.l.2.§.si publico.ff.de adult. Bald.l. falsam. C. si ex fals. instrumen. text. glos. & Docto, c, 2, de ordi.cogn. Sed illam conclusionem

Felin. declarat latiùs per octo conclus. c. 1. de except.

Exceptio falsi competit etiam contra instrumentum. Spec. de instrum. edit. §. nono. vers. item obijcitur. Et competit contra instrumentum etiam exemplatum, vocatis partibus. Bald. in Authent. si quis in aliquo. C. de edend. Et potest etiã post biennium obijci. Bald. l. si ex cautione. in 1. quæst. C. de non num. pecu. Et instrumentum in vna parte falsum vitiatur in totum, si falsum per tabellionem sit commissum. Bald. l. si ex falsis. C. de transact. Non cogitur autem opponens declarare partem, in qua falsitas consistat. Bald. l. fi. C. de fid. instrum.

Exceptio autem falsi nequit obijci contra instrumentum post sententiã ex eo latam, si transiuit in rem iudicatam. l. fin. vbi Bald. de fid. instr. Quod intellige, nisi excipiens velit apertis probationibus reprobare ad eum finem, vt producens puniatur.

Falsi except. vel replicatio, contra transactionem, datur reo vel actori, inducto & circunscripto ad transigendum per vsum falsorum instrumentorum, aut testium, quia illorum eadem est ratio. l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verb. sign. argum. l. Papinia. §. si filius. ff. de inoffi. testa. Et datur contra producentem falsum instrumentum, vel falsos testes, quibus aduersariũ ad transactionem compulit, etiamsi ipse aduersarius nõ perpetrauit falsum, neque doli reus est, tamen eo ipso, quòd excipientem non admittit, idq; agit, vt alterius delictum sibi prosit, dolo quoque ipse agere videtur. Paul. Cast. & Iason cum alijs, in l. si ex falsis. C. de transact. Postremò, datur ad rescindendam & elidendam transactionem

etiam

etiam iuratam, quatenus causa falsi instrumenti celebrata est. d. l. si ex falsis. Et valet ad rescindendam totam transactionem, si falsum eidem dedit causam. Vel ad rescindendam partem, si falsitas in parte causa fuit. Et valet etiam ad rescindenda capitula coniuncta & connexa. glos. ver. iudicari. c. accusatus, de hæret. lib. 6. argumen. c. constitutus, de rescript. Forma autem opponendi est: Benè ageres, nisi trāsactio esset falso facta, prætextu vel timore falsorum instrumētorum, aut testium. Bart. d. l. si ex falsis.

FALSI PROCVRATOris Exceptio.

QVandocunque opponi potest, & opposita iudicium reddit retrò nullum, & repellit procuratorem. l. licet. C. de procurat. c. in nostra, in fin. de procur. Attamen in quibusdam casibus obijci nequit. Putà, si procurator fuit admissus cum cautione rati. l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. infect. Nisi incontinenti post præstitā cautionem. Panorm. c. quoniam contra, de probat. Item si iudex ante sententiam pronunciasset legitimum procuratorem, qui tamen non erat, cuius sententia in rem iudicatam transisset. Bart. l. licet. C. de procur. et l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Bald. l. falsus. C. de furt. Item si instrumentum procuratorium tacitè fuisset approbatum per iudicem & partem, tunc amodò exceptio falsi non competeret contra procuratorem. Ias. post Bart. d. l. licet.

Competit autem actori vel reo, cuius procurator astitit iudicio, sine mandato, vel impertinenti mādato, vel cum reuocato mādato, vel ex

alia causa fuit falsus procurator. Paul. Castr. l. licet, et Bald. l. falsus. C. de furt. enumerat modos & casus falsi procuratoris. Deinde datur excep. fals. procuras. contra aduersarium, qui nititur ex gestis falsum procuratorem. c. nonnulli. §. fin. c. ex parte decani, de rescript. Siue sciuerit, errauerit, vel dubitauerit, quia scientia vel consensus partium, nihil operatur ad validandam agitata per falsum procuratorem. Bart. & Iason glo. ver. inueniatur, in d. l. licet. Postremò valet illa exceptio ad ostendēdum irritum esse, quod falso procuratore assistente actum est. glo. fin, in c. in nostra, de procur. Quod intellige, quoàd præiudicium domini, sed in præiudicium falsi procuratoris, sententia non est nulla, sed potest contra illum executioni mandari. l. si se non obtulit, à principio. ff. de re iudic. l. Plautius. ff. de procura. Nisi iusto errore ductus putasset se habere legitimum mandatum. dd. ll.

Contra except. fals. procurat. licet replicare, quòd dominus ratum habuerit gestum à fals. procur. Vnde sibi præiudicat, quia dominus ratificare potest sententiam falso procuratore assistente latam, siue dominus minor, siue maior sit, text. & Docto. l. licet. ff. de iudic. Bartol. l. si &c. §. hoc iure. ff. de except. rei iudic.


DE EXCEPTIONE FALSI, contra executionem sententiæ, etiam venalis.

HAEC quandocunque etiam post sententiam in rem iudicatam transitam, opponi potest, quia huiusmodi sententia ipso iure nulla

nulla eſt.l.venalis. C.quando prouocare non eſt neceſſ.Canonizata 2.q.6.§.venales.

Exceptio venalis ſententiæ datur actori vel reo læſo ex ſententia iudicis precio deprauari.d. l.venales.et per tot. tit. de pœna iudic. qui mal. iud. Et datur contra eum, qui vtitur ſententia, vel vti intendit: lata inquam à iudice, mercede vel pecunia corrupto. l.quinetiam. ff. de calum. Bald.l.1. C.de pœn.iud.qui mal iud.Et datur etiam,ſi data ſit pecunia, vt iuſtam ſententiam iudex ferat.text.c.vendentes.1.quæſt 3.Paul.Caſtr. l.2.ff.de condict.ob turp.cau.c.qui rectè.11.quæſt. 3.c.non ſanè.14.q.5. Et datur ad retractandam ſententiam, propter corruptionem iudicis. d.l. venales.

Quanquàm ſententia iudicis pecunia corrupti, ipſo iure nulla ſit.d.l.venales.Tamen ſententia arbitri vel arbitratoris, ſorde vel gratia corrupti,mero iure valet.l.ſeruo inuito.§.cùm prætor. ff.ad Trebell. Sed datur doli exceptio contra agentem ad pœnam.gl.l.3. C.de arbit. et in l. ita demùm.ff.de arbitr. Aut ſententia venalis arbitratoris, reducitur arbitrio boni viri. dd. iurib. Sed ſententia propter corruptionem aduocati, vel procuratoris partis aduerſæ,reſtituitur in integrum. Paul.Caſtr.d. §.cùm prætor.Bart.l.1.C. de aduoc.diuerſ. iudic.



FINIS.

Laus Deo ſemper.